

præferatur aliis. Idem tenet Velazquez. *hic Gloss. 4. num. 1. Matien. in dict. l. 1. Gloss. 5. per totam.* Quarta conclusio, quod hoc casu testes necessariò & pro forma debent esse bonæ opinionis & sanæ. Quinta conclusio, quod prædicti testes debent deponere ad minus se ita vidisse per tempus 40. annorum. Sexta conclusio, quod vltra prædicta, testes etiam dicant & deponant se ita audiuisse à suis maioribus & ancianis, & quod ita se habet, *publica vox y fama*, nunquam viderunt nec audierunt contrariam.

2 Ex quibus infertur, quod sicut regulariter in aliis actibus non requiritur scriptura pro forma & solemnitate eorum, ad faciliorem probationem, ita eodem modo in constitutione maioratus: & probat text. *in l. in exercendis, & per totum. Codic. de fide instrum. text. in l. prima & per totum ff. eod. tit. text. in cap. primo, & per totum. extra eod. tit.* Hac de re vide latè *Afflictis decisio 398. per totum. Dominicum in capite duobus, numero 3. de rescriptis in 6. Decium Beroium in rub. de constit. Alexand. consil. 107. volum. 7. per totum, & latius examinat Selua de Benefic. 3. part. quest. 22. per tot. Palacios Rub. hic num. 3. & Castellum verbo, de la licentia, Molinam lib. 2. de Hispanorum primogeniis cap. 8. num. 7. & 8. Burgoz de Paz, Iunior in quest. 4. num. 5. Matiençum in l. 1. titul. 7. lib. 5. gloss. 2. n. 1. & gloss. 3. per totam. Azevedum in dict. l. 1. num. 7. Velazquez de Auendaño, hic gloss. 2. num. 3. & 4. Confirmatur etiam, quia pro essentia & validitate legis non requiritur scriptura, sed tantum ad faciliorem probationem, & posset probari per testes argumento text. *in cap. consuetudo. prima distinct. text. in §. pro non scripto. Institut. de iure natur. gen. & civil. textus in capit. primo de iure iur. libro sexto. text. in capit. 1. de renun. eodem libro, & tenet Ioann. Andr. in regula, nemo potest de regul. iur. in sexto. Anton. Abb. Imol. Felin. & moderni in rubrica de constitut. Item etiam confirmatur, quia gratia, priuilegium vel licentia regis, principis, vel summi pontificis, non requirit scripturam pro forma & substantia eius, sed tantum pro faciliore probatione, argumento prædictorum iurium: ex quo infertur quod si Rex, Princeps, vel summus Pontifex concessit alicui gratiam vel priuilegium, & antequam sit de ea facta scriptura decedat & moriatur, non expirat nec finitur si per testes vel alio modo possit probari, & debet denominari ab illo prædecessore & non à successore: ita singul. Bald. *in leg. humanum, Codic. de legibus fin. columna & questione, qui reputat notandum & mente tenendum: & sequuntur ibi commun. Doctor. & latè Felinus quem vide in rubrica. de constitut. tertia eolum. num. 5.* Item confirmatur, quia quando aliquis actus ponitur in scriptura, modò requiratur pro forma, modò non, si illa perdat vel non inueniatur, benè potest eius tenor probari per testes: ita probat text. *in cap. Albericus, de testibus, & ibi commun. opinio. text. in cap. sicut de re iudic. textus in cap. cum olim. de priuileg. vbi expressè disponitur quod priuilegium deperditum probatur per testes: & ibi commun. opin. tenet etiam Bartol. in l. 1. ff. si cert. petat. num. 26. & ibi communiter moderni.***

3 Et adde quod regulariter de iure communi perdata scriptura modò esset requisita pro forma, modò non, ita demum probatur per testes, quando concurrunt sequentia, scilicet, vt probetur casus amissionis. Idem tenet Matiençus & Azevedus *vbi supra Castillus hic, verbo, del tenor. Velazquez de Auendaño, hic, in princip. Molina lib. secon-*
Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

do, cap. octauo, numero septimo, & lege omnino Velascum *in 1. part. de iure emphyteutico. quest. 7. num. 38.* Item quod testes probent de tenore eius. Item quod probentur substantialia ibi esse contenta, scilicet, locus, dies, signum tabellionis vel notarij: & quod apparebat sine aliquo vitio falsitatis. Item quod testes super hoc deponentes sint periti literarum, vt Doctores, aduocati, tabelliones vel notarij: quia si essent alij, tantum probarent femiplenè: Hoc idem tenet Matiençus *in l. 1. titul. 7. lib. 5. recop. gloss. 5. ad fin. ita probat text. notab. in materia, in cap. cum olim. de priuileg. & ibi Gloss. ordin. Abb. & communiter Doctor. text. in Authen. si quis, in aliquo documento. Cod. de edendo. & ibi commun. Doctor. text. in l. final. Codic. de fide instrument. tenet Paul. & Doctor. in l. sicut iniquum. Codic. de fide instrument. & in aliis locis ibi allegatis per eos, necessariò debet intelligi & suppleri ista nostra lex, inquantum dicit, *O per testigos que depongan en la forma quel derecho quiere del tenor de las dichas escripturas.* Circa autem hæc testium requisita videndus est Azevedus *in dicta l. 1. titul. 7. lib. 5. num. 8. Matiençus ibid. gloss. 5. per totam. Pelaez de Mierez quest. 10. num. 27. & alia requisita scribit Burgoz de Paz Iunior quest. 4. num. 26. Azevedus vbi supra num. 8.**

Item adde ad legem nostram, quod licet regulariter omnis consuetudo inducatur & præscribatur per decem annos, sine distinctione aliqua quod sit inducta in præsentia, vel absentia, quia ciuitas vel populus semper est præsens, vt *in l. de quibus, ff. de legib. & ibi Bart. in repetitor. 3. quest. princip. num. 14. Alber. Bal. Paulus & communiter Doctores & in l. 1. per tot. Codic. sit longa consuet. pro cuius probatione testes debent deponere de actibus illo medio tempore gestis, ex quibus resultet consuetudo: & idem tenet Auendaño *in dictionario, verbo, costumbre. 4. conclus. ver. item aliud. Azevedus in dict. l. 1. tit. 7. lib. 5. num. 24.* De istius consuetudinis probatione vide Velazquez *hic gloss. 6. num. 1. Azevedum in dicta l. 1. titul. 7. libro 5. num. 24.* & non sufficit dicere hanc esse consuetudinem in tali casu, nisi testis sit literatus vel aduocatus vel procurator expertus: quia peritis est credendum in arte sua argument. text. *in l. 1. ff. de ventr. inspic. & in l. semel. Cod. de re mil. libro 12.* tamen in nostra lege & materia eius, quando non reperitur scriptura maioratus, consuetudo eius debet probari per formam & modum, de quibus hic.*

TEXTVS XLII.

Ordenamos y mandamos que la licentia del Rey para hazer mayorazgo, proceda al hazer del mayorazgo, de manera, que aunque el Rey de licentia para hazer mayorazgo por virtud de tal licentia, no se confirme el mayorazgo que de antes estuuiere fecho, salvo si en la tal licentia expressamente se dixiesse que aprouaua el mayorazgo que estaua fecho. Id est:

Ordinamus & precipimus ut in Regia licentia ad institutionem maioratus ita procedat in illius institutione, vt quamvis Rex eam dederit virtute eius licentia, maioratus qui antea erat institutus, non confirmetur, nisi in ea licentia expressè dicatur, approbari maioratum iam institutum.

S V M M A R I V M.

- 1 Quando aliqua forma requiritur in actu, requiritur quod precedat.
- 2 Aliquando forma que requiritur in actu, potest concedi post actum gestum, & valebit actus
- 3 Si maioratus sit constitutus, & in eodem die est impetrata licentia in dubio, an videatur processisse?
- 4 Si eodem die est facta filio melioratio, & in eodem die filius emancipetur, an videatur processisse emancipatio?

L E X X L I I.

NOta ex ista lege quod licentia & autoritas regia debet precedere in constitutione maioratus, & non sufficit quod subsequatur, nisi expresse per principem dicatur, quod confirmetur maioratus antea factus & ordinatus.

Ex qua etiam nota, quod quando aliqua forma vel solemnitas requiritur in actu, oportet quod illa precedat & non subsequatur: quæ quidem lex & eius dispositio confirmatur ex sequentibus. Primò, quia licentia & consensus patris ut filius adeat hæreditatem debet precedere: text. est in *l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirend. heredit.* & ibi Gloss. ordin. Bartol. & communiter Doctor. Secundò confirmatur: quia licentia & consensus patris ad hoc ut filius possit esse in iudicio, debet precedere & non sequi: text. est in *l. fin. §. necessitate. Cod. de bon. que liber.* & ibi Gloss. ordin. Bald. & communiter Doctores. Tertio confirmatur, quia autoritas tutoris vel curatoris in actu gesto à pupillo vel adulto, debet precedere & in ipsomet actu interponi: Est Gloss. in *cap. edoceri.* & ibi Bald. Abb. & Felinus *de rescriptis Innocentius, Bald. Anton. & alij in cap. cum concordantibus, traditis à Tiraquello de leg. connub. gloss. 6. numero tertio, & quarto, & à Marienço in lib. quinto, titulo tertio, libro quinto, recop. glossa decima tertia, vbi latissimè tradit per totam illam Glossam, quando actus nullus posset confirmari. Azeuedus in l. 1. tit. 7. lib. 5. recop. num. 2. Pelaez de maiorat. 4. p. 2. quest. num. 2. & 10. Molina lib. 2. cap. 7. num. 50. non verò sufficere ex post facto: text. est in *l. oblig. §. tut. ff. de auth. tutor. text. in §. tut. aut. Instit. de author. tut.* Quartò confirmatur, quia decretum iudicis in alienatione rerum immobilium, minor debet precedere & non subsequi: text. est in *l. 1. & per tot. ff. de rebus eorum. text. in l. 1. & per totum C. de priuil. mino.* Quintò confirmatur, quia mandatum regulariter semper debet precedere actum, text. est in *l. si verò non remunerandi. §. post fin. mandati.* & ibi Gloss. ordin. & commun. Doctor. Sextò confirmatur, quia licet miles condemnatus crimine militari possit testari, & de bonis suis disponere, quando sibi permittitur & conceditur à iudice, tamen debet intelligi quando permittitur & referuatur in ipsa sententia, & non postea, text. est in *l. & militibus, Cod. de milit. test.* & ibi Gloss. ordin. & commun. opin. text. in *l. cum hic status, §. similes. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & ibi etiam Gloss. ordin. & commun. opin. & ex his videbatur referendum, quod hodie in nostro regno licentia mariti, quæ requiritur in actibus & contractibus vxoris deberet precedere & non subsequi, sed contrarium disponit lex 58. infra eod. Sed aduertendum, quòd contra prædicta facit text. singul. in iure, in *l. si quis filio exheredato. §. ir-**

ritum. vers. qua ratione. ff. de iniusto rupto. vbi disponitur, quòd si inhabilis ad testandum impetrauit à principe licentiam & facultatem testandi, nedum poterit testari, sed etiam confirmatur testamentum antea factum, tempore inhabilitatis: & ad hoc notat & commendat Gloss. ordin. Bartol. & communiter Doctores, ex quo text. inferuntur aliqua notanda & utilia. Primò inferitur, quòd si emphyteuta vel feudatarius vendidit rem, inæquisito domino, & incidit in pœnam commissi, & postea Dominus requisitus concessit licentiam, confirmatur venditio antea facta sine eius consensu & licentia, & excusatur à pœna. Secundò inferitur, quòd licet nemo possit facere molendinum in flumine nauigabili sine licentia principis, tamen si fecit & postea impetrauit prædictam licentiam, confirmabitur molendinum antea factum. Tertio inferitur, quòd si Papa concessit alicui clerico licentiam, ut possit testari de fructibus beneficiorum suorum, talis licentia extenditur ad testamentum iam factum. Quarto inferitur, quòd licet nemo possit habere duo beneficia curata incompatibilia sine licentia Papæ, tamen si quis habeat prædicta beneficia, & postea impetrauit licentiam, valet & tenet dispensatio, ut possit illa retinere, ita singul. Paul. de Castr. in *dict. §. irritum* & ibi Imol. & alij Doctor. idem Paul. in *l. & militibus. Codic. de milit. testam.* idem Paul. & alij Doctores, in *l. si iam facta. ff. de cond. & demonstr. Iason. in l. quo minus de flumin. 21. quest. numer. 128.* Quintò inferitur, quòd si quis impetrauit à summo pontifice certam præbendam vacaturam, & tempore concessionis iam erat vacans, valet & tenet imperatio & potest retineri Ita Gloss. notab. & ordin. in *Clementi. prima in verbo notitia de conced. præben.* Gloss. in *cap. si postquam. de præben. in sexto.* & ibi Domin. & Doctor. Sextò inferitur, maxima declaratio ad *l. 4. supra his ll. Tauri*, vbi habetur quòd condemnatus ad mortem potest testari, certè si tempore quo emanauit illa lex, qui haberet testamentum factum, valeret & confirmaretur sed sustinendo nostram legem & primo ex ea adducta in confirmationem dico, quòd non obstat text. in *dicto paragrapho irritum, versiculo qua ratione.* quia procedit quando ex certa scientia testatoris vel concedentis datur & conceditur licentia, & actus pendet à sua voluntate: quia cum actum possit de nouo facere, à fortiori confirmare & approbare: ita singul. Cinus in *l. si iam facta de condit. & demonstr.* & Imola. Socin. & alij Doctor. idem Cinus in *l. cum vxori. Codic. quam dies legat. cedit.* de quo per Doctor. & ibi. & per Alexand. in *l. Titius §. Lucius de liber. & posthum.* & per Iason. in *dicta l. quo minus ff. de flumin. 21. quest. numero 128.*

Quæro tamen si eodem die sit factus & constitutus maioratus, & eodem sit concessa licentia & facultas regia, & non constet nec appareat quòd eorum precedat, an valebit & tenebit maioratus & constitutio eius? & breuiter & resolutiue ego teneo quòd sic, & quòd præsumatur licentiam regis processisse: & hoc tali fundamento & ratione, quia quando in aliquo actu duo vel plura concurrunt, quorum vnum requiritur de necessitate, quòd precedat & non appareat de prioritate vel posterioritate, semper præsumitur illud processisse quòd requiritur de necessitate, pro forma & validitate illius actus: textus, est notab. & subtilis in *l. cum in testamento digestis, hæc verba ff. de hered. institut. cuius verba sunt, hæc verba Publicius, Marcus, & Caius inuicem substituti heredes, mihi simto; sic interpretanda sunt, vti breuiter videatur testator tres instituisse heredes,*

heredes, & inuicem eos substituisse, & ibi notat Cinus & antiqui, Bald. Imol. & alij Doctores: textus etiam singul, & expressus in l. secunda, §. prius, versicul. sed si quis ita, ff. de vulg. & pupillar. Idem tenet Molina libr. 2. de Hispan. primogen. cap. 7. num. 51. Matiençus in l. 3. titul. 7. lib. 5. gloss. 2. num. 2. confirmaturque hæc sententia ex traditis à Rotæ auditoribus in dec. 2. sub titul. de exceptionibus in nouis. Felin. in cap. pastoralis, numero 5. cum seqq. de præscriptionibus Iaf. in l. final. num. 30. Cod. de edict. diui Adriani tollen. Ripa. libro 3. resp. 3. num. 12. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 42. Si autem maioratus in licentia inseritur, licet antea factus videtur ea certa scientia confirmatus iuxta textum in cap. venerabilis & ibi Glossam, extra de confirmat. utili vel inutili, & ibi sequitur Abbas & Menchaca de success. §. 26. numero 100. Matiençus ubi supra numero 3. Idem etiam Alciatus & alij quos refert Molina lib. 2. cap. 7. num. 21. Azenedus in l. 1. tit. 7. lib. 5. recopil. num. 3. pro qua sententia & conclus. est Gloss. singul, & expressa in Clementina de rescript. & ibi communiter Doctores facit doctrina Arist. in prædicamentis, vbi dicit quod illud est prius altero à quo non conuertitur continentia subsistendi. Ex qua regula & conclus. generica infero sequentia.

Primò infero quod si eodem die appareat donatio vel contractus inter patrem & filium & similiter emancipatio: & non appareat de hora vel tempore, præsumitur quod præcessit emancipatio, quia requiritur pro validitate actus ita Bald. Angel. Imol. & communiter Doctores in dicta l. cum in test. §. hæc verba.

Secundò infero, quod si eodem die appareat de contractu & alienatione minoris super re immobili, & decreto, & licentia iudicis super eo & non appareat de prioritate & posterioritate, præsumitur decretum & licentiam iudicis præcessisse.

Tertiò infero, quod si eodem die appareat hæreditas alicui delata ex testamento vel ab intestato post mortem alicuius, & similiter aditio hæreditatis, & præsumitur prius hæreditas delata quam aditio eius, cum alias aditio non valeat antequam hæreditas sit delata, vt in l. qui hæreditatem, & in l. neminem, & in l. hæres institutus cum simil. de acquir. hered.

Quartò infero, quod si eadem die fiat appellatio: & commissio appellationis præsumitur quod præcessit appellatio. Item poterit inferre singularia in nostro iure communi & regio.

l. 2. tit. 7. lib. 5. Recopil.

TEXTVS XLIII.

LAs licentias que nos auemos dado, o dieremos de aqui adelante, o los Reyes que despues de nos venieren para hazer mayorazgo no espiren por muerte del Rey que las dio, aunque aquellos aquien se dieren no ayau vsado dellas en vida del Rey que las concedio. Id est:

Licentia instituendorum maioratum à nobis hætenus concessa aut concedenda in posterum, aut à Regibus post nos venturis, non expirent per concessoris mortem, etiamsi ij qui acceperunt non fuerint vsi viuente Rege qui eas concessit.

S V M M A R I V M.

I An licentia principis expiret morte ipsius principis?

NOta ex ista lege, quod licentia Regis vel principis alicui concessa ad constituendum maioratum non expirat nec finitur morte eiusdem regis vel principis concedentis, quamuis ille cui fuit concessa non sit vsus ea in vita concedentis: & confirmatur nostra lex & eius dispositio, quia regulariter concessio, gratia, vel priuilegium principis est perpetuum re integra antequam sit executioni mandatum: textus est in capit. si super gratia, de officio delegati, libr. 6. & ibi Gloss. ordin. & communiter Doctores textus in capit. si gratiosè, de rescriptis, in 6. vbi disponit quod solum quando exprimitur ad vitam vel voluntatem expirat per mortem secus verò si simpliciter vel in dubio, quia semper durat perpetuè, etiamsi causa propter quam fuit concessum expirauit & sit extincta: & ibi notat Dominicus Ancharanus, & communiter Doctores textus in capit. fin. de precariis, vbi habetur quod licet precarium sit reuocabile per expressam voluntatem concedentis, tamen non finitur morte facit etiam textus in l. prima ff. de constitut. princip. textus etiam in l. imperialis, §. 1. versic. sed & si talis. Cod. de nuptiis, & ibi notat Bartol. & alij Doctores. Vide Guidonem Pap. decisione 491. Ripam in Rub. de constitut. numero 48. Boërium decisione 346. numero 1. Archidiaconum in proæmio sexti in fin. versicul. sed pone, quem sequuntur ibi Ioan. Andr. Domin. & Felin. in capit. ceterum, num. 11. ex quo plura infert Didacus Perez in l. ultim. titul. 2. lib. 2. ordin. column. 337. Molin. lib. 2. capit. 7. numero 64. Aduersus tamen nostram legem obiicitur l. 20. titul. 30. part. 2. ibi entregandole luego de los officios, vbi Gregor. Lopez ex ea notat officia morte Regis ea concedentis, expirare, cuius difficultatis confirmationes refert Matiençus in l. 2. titul. septimo, lib. 5. Gloss. secunda, num. 2. Respondens etiam ad legem partitæ in numero tertio, & sequentibus, & quando possit Rex qui licentiam concedendi maioratum præstitit, eam reuocare, traditum est, sub in l. 40. numero 89. vbi videre potes alios plures ibi, Ego teneo contrariam sententiam & ibi nisi ea causa &c. Et præsertim videndum Molinam, de primogeniis libro quarto, capite tertio, per totum, vbi latissimè de concessione licentiæ prædictæ, & reuocatione tractat. Cætera tamen circa istam legem & materiam eius pertinentia vide in l. 40. supra, eodem.

l. 4. tit. 7. lib. 5. Recopil.

TEXTVS XLIV.

EL que hiziere segundo mayorazgo aunque sea con autoridad nuestra: o de los Reyes que de nos venieren, ora por via de contrato, ora en qualquier vltima voluntad, despues de hecho pueda lo reuocar à su voluntad, saluo si el que lo hiziere por contrato entre binos ouiere entregado la possession de las cosas, o cosa contenidas en el dicho mayorazgo a la persona en quien lo hiziere, o a quien su poder ouiere, o le ouiere entregado la escriptura dello ante escriuano, o si el dicho contrato de mayorazgo se ouiere hecho por causa onerosa con otro tercero, assi como por via de casamiento, o por otra causa semejante: que en estos casos mandamos que no se pueda reuocar saluo si en el poder de la licentia que el Rey le dio estuuiesse clausula, para que despues de hecho lo pudiesse reuocar, o que al tiempo que lo hizo el que lo instruyo reseruasse en la misma escriptura que hizo del dicho mayorazgo el poder para lo reuocar, que en

estos casos mandamos que despues de hecho lo pueda reuocar. Id est:

Qui secundum instituerit maioratum, etiam nostra auctoritate, aut Regum nostrorum successorum, siue ratione contractus, siue quauis alia vltima voluntate, possit institutum reuocare suo arbitratu, nisi qui per contractum inter viuos illum instituerit, rerum aut rei, in Maioratus contenta possessionem tradiderit ei in quo illum constituit, aut alteri potestatem suam habenti, aut illius scripturam coram tabellione: Aut si praedictus contractus maioratus factus fuerit propter causam onerosam cum alio tertio, vt ratione matrimonij, aut propter similem aliam causam. Nam in eiusmodi casibus precipimus vt reuocari non possit nisi in potestate licentia à Rege concessa esset clausula vt institutum possit postea reuocari, aut si quum fuit institutum, institutor in eadem institutionis scriptura reseruasset sibi potestatem eum reuocandi: nam in eiusmodi casibus precipimus vt reuocare illum possit.

L E X X L I V.

NOta dispositionem huius textus, cuius materia declaratur in l. 17. supra eodem, & ideo hic non repeto.

T E X T V S X L V.

MAndamos que las cosas que son de mayorazgo, Magora sean villas, o fortalezas, o de otra qualquier calidad que sean, muerto el tenedor del mayorazgo, luego, sin otro acto de reprehension de possession se trapasse la possession ciuil y natural en el siguiente en grado que segun la disposicion del mayorazgo deuere succeder en el, aunque aya otro tomado la possession dellas en vida del tenedor del mayorazgo, o el muerto, o el dicho tenedor le aya dado possession dellas. Id est:

Precipimus vt res que sunt maioratus, siue oppida sint, siue arces, aut cuiusvis alterius qualitatis, defuncto maioratus possessore, statim absque villo alio reprehensibilis possessionis actu, ciuili & naturali possessio transferatur in sequentem in gradu qui iuxta dispositionem maioratus successurus in eo est, etiam si quisquam alius possessionem earum (arcium siue oppidorum) viuente maioratus possessore ceperit, aut defunctus, siue possessor earum possessionem ei tradiderit.

S V M M A R I V M.

- 1 *Possessio naturalis & ciuili per legem ipso iure transit in successorem maioratus?*
- 2 *Quid sit dominium?*
- 3 *Dominium in rebus vacantibus à iure ciuili non esse immutatum?*
- 4 *Quibus modis acquiratur dominium de iure ciuili in rebus immobilibus?*
- 5 *Definitio dominij?*
- 6 *Quid sit detentatio?*
- 7 *In quibus actibus queratur tantum sola nuda detentatio?*
- 8 *Quando res traditur ex causa vel titulo non habili ad transferendum dominium tunc queritur detentatio?*
- 9 *Quando iudicis auctoritate causa custodia vel iuris sui conseruandi datur aliqua res mea, queritur detentatio?*
- 10 *Quando persona est incapax possessionis, tunc in eo transit detentatio: vt in seruo?*
- 11 *Quando quis tantum habet detentionem in re, an*

possit vti capere, & an habeat remedia possi turbetur in detentatione?

- 12 *Si detentator turbatur in sua detentatione, an habeat officium iudicis nobile?*
- 13 *Si verus Dominus possessionis sit praesens, an detentator possit istud officium iudicis intentare?*
- 14 *In detentatione iuris incorporalis, an detentatori competat istud officium iudicis?*
- 15 *Ista detentatio facti, an retineatur animo in absentia?*
- 16 *Si detentator sit in conspectu, vel de proximo, an conseruet detentionem?*
- 17 *Quid sit possessio? & eius definitio?*
- 18 *Possessio an dicatur ius?*
- 19 *Quotuplex sit possessio?*
- 20 *An in querenda possessione requiratur causa vel titulus?*
- 21 *In acquirenda possessione per actum fictum, an requiratur causa vel titulus?*
- 22 *Intellectus ad textum in l. qui bona fide, ff. de acquirenda possessione?*
- 23 *Ex inuili & inualido contractu, an transferatur possessio?*
- 24 *Si quis tradat possessionem alteri, & illi non potest queri ex legis dispositione, an tradens perdat iam possessionem?*
- 25 *An ex contractu facto à minore sine decreto transferatur possessio?*
- 26 *Si bona maioratus alienantur, an in accipientem transeat possessio?*
- 27 *Contractus simulatus an valeat? & si ex tali contractu sequatur traditio, transeat possessio?*
- 28 *An tradens possessionem ex contractu simulato perdat possessionem vel non?*
- 29 *An ex inuili & inualido contractu transferatur possessio per actum fictum?*
- 30 *Quando contractus principalis non valet, an valeat aliqua clausula in eo posita?*
- 31 *Contractus licet sit inualidus, tamen si habet spem conualescentiae bene potest ex tali contractu transferri possessio?*
- 32 *Per quos actus queratur possessio?*
- 33 *An requiratur semper corpus & animus ad querendum possessionem?*
- 34 *Actus corporei qui dicuntur naturales?*
- 35 *Ad hoc vt queratur possessio in toto fundo? an sufficiat intrare vniam glebam fundi?*
- 36 *Intellectus ad textum in l. 3. ff. de acquir. possess.*
- 37 *Quibus modis queratur possessio in seruitutibus & iuribus incorporalibus?*
- 38 *Si sunt plures fundi diuersi & distincti, an per ingressum vnus fundi querantur omnes alij fundi?*
- 39 *Si quilibet fundus suo distincto nomine nominatur, an per ingressum vnus queratur possessio in omnibus, licet omnes sint eiusdem naturae & qualitatis?*
- 40 *Si quis querat possessionem domus, an per hoc videatur querere possessionem in omnibus rebus mobilibus in domo existentibus?*
- 41 *Si quis cogitabat se habere possessionem in aliquo fundo & intrauit in fundum causa continuandi possessionem, an ex tali actu querat possessionem de nouo?*
- 42 *Qualiter queratur possessio in iurisdictione?*
- 43 *An vna possessio possit queri sine alia?*
- 44 *An ille qui acquirat possessionem possit querere vniam quam vellet, protestando se tantum illam velle acquirere?*
- 45 *Per quos actus fictos queratur possessio? & primus est per visum & aspectum oculorum.*

- 46 Per visum & aspectum oculorum non possunt acquiri ea quae caelo, mari, terraque capiuntur?
- 47 Ille qui inuenit thesaurum, an acquirat possessionem eius per visum & aspectum oculorum?
- 48 Si statuto cauetur quod inuentus cum armis perdat ea, intelligitur si fuerit apprehensus cum eis?
- 49 Si quis prohibeatur portare aurum, vel vestes preciosas, vel perlas, an possit portare perlas fictas?
- 50 Si in domo quis portet vestes prohibitas, an incidat in poenam?
- 51 Si quis inueniat thesaurum, an totus thesaurus sit inuentoris, vel pro qua parte?
- 52 Si quis inueniat thesaurum in loco principis, vel loco publico, vel in loco Ecclesiae, an inuentor habeat aliquam partem eius?
- 53 An tutor, curator, vel procurator alicuius possit transferre possessionem per actum fictum?
- 54 An executor iudicis possit in aliquem transferre possessionem per actum fictum?
- 55 Heres postquam est factus dominus, & ante apprehensam possessionem si vendat aliquam rem hereditariam an transferat possessionem in ea per actum fictum?
- 56 Secundus actus per quem transit possessio est per traditionem instrumenti?
- 57 An requiratur traditio instrumenti noui vel antiqui, ut transeat possessio?
- 58 An requiratur quod res, quae traditur per instrumentum sit praesens?
- 59 Si quis simpliciter tradit alicui instrumentum per quod ipse habet possessionem alicuius rei, an per hoc videatur ei tradere possessionem eius?
- 60 Tertius actus fictus per quem transit possessio, est per traditionem clauium?
- 61 Ad hoc ut per traditionem clauium quaratur possessio, an requiratur quod traditio fiat in praesentia domus vel loci in quo res sunt?
- 62 Si quis donat vel vendit habenas equi, an per hoc videatur donatus vel venditus equus?
- 63 Quartus actus fictus est per retentionem ususfructus?
- 64 Si venditor reseruat sibi proprietatem, & alteri concedit ususfructum, an in ea transferat possessionem?
- 65 Intellectus ad textum in l. quisquis, Codice de donatione.
- 66 Quintus actus vel modus fictus est per conductionem rei?
- 67 Si colonus post mortem domini possessoris conducit ab herede, vel ei soluit pensionem, an per hoc acquirat possessionem?
- 68 An requiratur quod conductio fiat in praesentia domus vel rei, ut acquiratur possessio?
- 69 Sextus actus fictus per quem transit possessio est quando concedo detentatori habere rem meam mediante aliquo iure.
- 70 Si concedo tibi rem meam mediante aliquo titulo nouo, an transeat in te possessio in absentia rei?
- 71 Si ille qui concessit titulum ignorabat rem esse penes acquirentem, an in eum transeat possessio?
- 72 Si res sit penes aliquem, & ei sit dimissa virtute transactionis, an possit usucapere?
- 73 Si ab illo penes quem res est dimissa ex causa transactionis sit euicta, an actor qui dimisit teneatur de euictione?
- 74 Septimus actus fictus per quem queritur possessio est per appositionem custodiae?
- 75 Verus intellectus ad textum, in l. quarundam rerum, ff. de acquirend. poss.
- 76 Octauus actus fictus per quem queritur possessio est per assignationem rei?
- 77 Si animal habet signum meum quo ego utor signare, an censeatur meum?
- 78 Nonus actus fictus per quem queritur possessio est per clausulam constituti?
- 79 Si constituens possidet tantum naturalem, an transferat illam solam naturalem possessionem: & idem si habeat civilem tantum?
- 80 An per clausulam constituti transferatur possessio in absentia rei?
- 81 Si quis habet possessionem quesitam per actum, an possit istam possessionem transferre per clausulam constituti?
- 82 An requiratur quod ille, in cuius fauorem sit constitutum sit praesens?
- 83 Si ille, in cuius fauorem fuit positum constitutum, sit absens, & antequam ratum habeat constituens tradat alteri possessionem quis praefertur?
- 84 An requiratur quod constituens possideat ad hoc ut in alium transferat possessionem?
- 85 An requiratur quod ille in quem transfertur possessio per clausulam constituti probet constituentem habere possessionem tempore constituti?
- 86 Intellectus ad textum in l. penult. Cod. de non num. pecun.
- 87 Si clausula constituti reperiat in instrumento antiquo, an ex hoc censeatur probata possessio?
- 88 An procurator possit transferre in aliquem possessionem per clausulam constituti?
- 89 Si quis constituat se post mortem possidere, an transferat in alium possessionem?
- 90 Si ille qui constituit tantum habet nudam detentionem, an per clausulam constituti transferat eam in alium? & quis sit effectus.
- 91 An procurator, tutor vel curator possit domino suo acquirere possessionem per actum fictum?
- 92 Si quis vendat rem suam alicui, & ei tradat possessionem per clausulam constituti, & postea eandem rem vendat alteri, & ei tradat possessionem verè an praefertur?
- 93 Si res sit vendita primo sub conditione & sub ea fiat constitutum, & pendente conditione, secundo sit tradita possessio verè, quis praefertur?
- 94 Si emphyteuta vendit rem emphyteuticam sine consensu domini, & non tradit, an cadat a iure suo?
- 95 Si emphyteuta tradat rem fictè, an incidat in poenam?
- 96 Incertitudo, an, & quando vitiet possessionem?
- 97 Possessio, an queratur ex pluribus causis vel titulis?
- 98 Dominium plenum & perfectum rei, & quando possit queri ex pluribus causis?
- 99 Possessio, an possit esse penes plures in solidum?
- 100 Quae persona habeant solam possessionem naturalem & quae habeant solam civilem?
- 101 Possessio iam quaesita qualiter perdatur?
- 102 An & quando per absentiam amittat quis possessionem?
- 103 Possessio perditur morte, & non transit in hereditatem iacentem, sicut dominium?
- 104 Civilis possessio amissa statim consolidatur cum naturali?
- 105 Civilis possessio est illa quae causat prescriptionem?
- 106 Civilis possessio est illa quae causat acquisitionem fructuum?
- 107 Naturalis possessio quando est sola sine civili, recinetur animo?

- 108 *In rebus mobilibus quomodo queratur possessio?*
- 109 *An & quando possessio iam quaesita possit retineri per alium?*
- 110 *Differentia inter dominium & possessionem?*
- 111 *An lex vel statutum possit disponere, quod transeat possessio sine aliquo actu apprehensionis?*
- 112 *Si successor maioratus sit infans vel furiosus, an in eum transeat ipso iure possessio?*
- 113 *An possit per legem induci, quod ista possessio transeat in hereditatem iacentem?*
- 114 *An illa possessio qua transit in successorem per legem, sit eadem, & possessio qua erat penes defunctum?*
- 115 *Si successor maioratus, in quem transfertur possessio per legem, pervenit in veram & actualem possessionem, an desinat statim habere legalem possessionem?*
- 116 *An ista l. 45. habeat locum in quibuscunque bonis vincularis, & subiectis restitutioni?*
- 117 *An ista lex 45. habeat tantum locum in primum successorem maioratus?*
- 118 *Si res maioratus sint penes alium, & qui habet eas negat & recusat earum restitutionem, qua remedia competant contra ipsum?*
- 119 *Quando res maioratus sint penes alium, an detur successoribus remedium recuperanda?*
- 120 *Si res maioratus sint penes alium, an detur successoribus remedium retinenda possessionis?*
- 121 *Quis sit effectus, ut successoribus maioratus magis competat remedium retinenda, scilicet, uti possidetis quam recuperanda?*
- 122 *An agenti interdicto, uti possidetis, obstet exceptio dominij?*
- 123 *An successor maioratus possit intentare petitionem hereditatis contra tertium detentatorem?*
- 124 *An successor maioratus possit propria autoritate bona auferre à tertio detentatore?*
- 125 *Si duo vel plures dicunt & contendunt se successores maioratus in solidum, & inter eos est maxima contentio, taliter quod speratur rixa, quid faciat iudex?*
- 126 *Si duo vel plures asserunt se successores maioratus, quid faciat iudex: & an possit tunc ponere res in sequestro?*
- 127 *Effectus possessionis legalis, & an competant pro ea remedia possessoria?*
- 128 *Interdictum adipiscenda, an competat successoribus maioratus, vel ei qui habet à lege possessionem?*
- 129 *An istud interdictum competat contra debitores hereditarios personaliter obligatos?*
- 130 *Interdictum quorum legatorum, an & quando competat?*
- 131 *Istud interdictum quorum legatorum, pro quibus rebus competat?*
- 132 *Intellectus ad textum in l. non est dubium, Cod. de legatis?*
- 133 *Si legatarius occupat rem legatam propria autoritate, an incidat in penam?*
- 134 *Edictum diui Adriani. tollen. quid sit, & quando competat?*
- 135 *An l. fin. de edict. diui Adriani. tollen. habeat locum in testamento nuncupativo?*
- 136 *Remedium legis final. an competat heredi uniuersaliter instituto?*
- 137 *Legatum relictum in testamento, an habeat executionem paratam?*
- 138 *An illa l. fin. competat fideicom. uniuersali?*
- 139 *An illa l. competat substituto pupillari vel vulgari scripto in testamento?*
- 140 *Remedium illius l. fin. si competat heredi in quem fit transmissio hereditatis?*
- 141 *An illa lex fin. competat heredi qui venit per ius accrescendi?*
- 142 *An illa l. fin. competat patri vel domino qui venit ex persona filij vel serui?*
- 143 *An beneficium illius legis fin. competat filio tacite instituto à matre, qua decessit in puerperio?*
- 144 *Heres potest mitti in possessionem per l. fin. de edicto diui Adriani toll. etiam si heres non probeat mortem defuncti?*
- 145 *Ad hoc ut heres possit mitti in possessionem virtute l. fin. requiritur quod testamentum non sit cancellatum?*
- 146 *An requiratur quod cancellatio corrigatur vel emendetur in corpore instrumenti?*
- 147 *Si appareat legitimus contradictor, an impediatur missio?*
- 148 *Si duo testamenta contraria appareant, quod illorum preferatur?*
- 149 *Limitationes ad predictam l. fin.*
- 150 *Quid sit legitimus contradictor?*
- 151 *Quid sit iudex competens ad dandam possessionem per legem fin.*
- 152 *Differentia inter remedium l. fin. & inter remedium quorum bonorum?*
- 153 *Remedium petitionis hereditatis cui competat?*
- 154 *Ista petitio hereditatis, an competat omnibus heredibus?*
- 155 *Quomodo ista petitio hereditatis competat heredi uniuersali?*
- 156 *Petitio hereditatis pro quibus rebus competat?*
- 157 *An petitio hereditatis competat pro rebus quas defunctus detentabat?*
- 158 *Petitio hereditatis, an detur contra possidentem totam hereditatem?*
- 159 *Si heres accumulet rei vendicationem cum petitione hereditatis, an possit agere contra tit. possidentem?*
- 160 *Quando detur petitio hereditatis contra tit. possidentem?*
- 161 *Petitio hereditatis solum competit contra eum, qui possidet vel detentat rem sine titulo?*
- 162 *Si petitio hereditatis poterat intentari contra aliquem qui simpliciter possidet sine tit eo mortuo, an possit intentari contra ipsum heredem?*
- 163 *Titulus qui fuit acquisitus post mortem defuncti, an excludat petitionem hereditatis?*
- 164 *Ista petitio hereditatis, an competat post apprehensionem rerum hereditariarum, vel ante?*
- 165 *Qualiter debet intentari ista petitio hereditatis?*
- 166 *Intellectus ad textum in l. 4. de peten. hered.*
- 167 *Differentia inter petitionem hereditatis, & inter remedium quorum bonorum?*
- 168 *Interdictum uti possidetis quid sit? & pro quibus rebus competat?*
- 169 *Si quis possidet vi, clam, vel precario, an ei competat istud interdictum, uti possidetis?*
- 170 *Contra quas personas competat istud interdictum, uti possidetis?*
- 171 *Si reus conuentus isto interdicto, uti possidetis, nunquam molestauit actorem, an actori competat istud interdictum?*
- 172 *An istud interdictum competat pro quasi possessione annue prestationis?*
- 173 *Quid debeat petere & concludere actor ut obtineat in hoc interdicto?*
- 174 *Quid debeat principaliter actor probare in hoc interdicto?*

- 175 *Quis sit effectus & natura huius interdicti?*
 176 *An reus condemnetur ad interesse in hoc interdicto?*
 177 *Si actor intentavit istud interdictum, & reus fuit absolutus, & postea reus molestat actorem, an ad hoc possit iterum intentare istud interdictum?*
 178 *Si hoc interdictum intentatur, & uterque litigantium pretendit se possidere, qualiter index præferat sententiam?*
 179 *Si uterque litigantium probat se possidere in solidum eodem iure possidendi per testes omnino æquales numero & dignitate, & de æquali tempore possessionis, quid faciat index?*
 180 *Quid sit interdictum recuperanda, & effectus eius?*
 181 *Quid requiratur ad hoc ut competat istud interdictum recuperanda?*
 182 *An agenti interdicto, unde vi, obstat exceptio domini.*
 183 *Spoliatus quòd ante omnia sit restituendus.*
 184 *Spoliatus an sit restituendus, si sit absens?*
 185 *Istud interdictum, an transeat ad heredes & contra heredes?*
 186 *Interdictum unde vi, an detur contra particularem successorem?*
 187 *Quando intenditur remedium legis, si quis in tantam, Cod. unde vi.*
 188 *Remedium l. fin. Codic. unde vi, quando competat?*
 189 *An lex final. Cod. unde vi, procedat tam in re mobili, quam in re immobili?*
 190 *Quando possit possessor de facto resistere ei qui dicit se spoliatum esse sua possessione?*
 191 *Interdictum unde vi, an competat pro rebus in corporalibus?*
 192 *Si res quam ego antea possidebam reperiatur penes alium, an per hoc videatur quod ille possidet vitiose vel clandestinè?*
 193 *Qualiter probetur possessio?*
 194 *An in iudicio possessorio admittatur appellatio?*

L E X X L V.

NOta singulariter ex ista lege, quod in rebus maioratus, mortuo possessore vel detentatore maioratus, ipso iure transit utraque possessio tam civilis quam naturalis in sequentem successorem sine aliquo actu verò vel ficto, licet penes alium tertium sit possessio in vita possessoris vel detentatoris maioratus. Pro cuius perfecta declaratione dico & præsuppono, quòd aliud est dominium, aliud est detentatio, aliud est possessio.

Dominium attento iure primæuo naturali, post creationem mundi & generis humani nulli quærebatur, sed ratione simplicis usus, bona erant communia: postea verò de iure gentium quod vocamus naturale secundarium: diuisa & distincta sunt dominia rerum immobilium quæ in communi possidebantur, & quæ postea de nouo inueniebantur, vel apprehendebantur, efficiebantur occupantis: mobilia verò quæ cælo, terra, marique capiebantur, de utroque iure efficiebantur occupantis: textus est in cap. ius naturale, & in cap. ius gentium, 1. disp. textus in cap. dilectissimis, 1. 2. quest. 1. textus in l. 1. ff. de acquir. rer. dom. textus in l. 1. ff. de acquir. poss. textus in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. textus in §. 1. & in §. singulorum, & in §. ferè cum aliis. Inst. de rerum diuisione, textus in l. 10. cum plurib. aliis tit. 28. 3. part. & ita tenet & declarat Paul. de Cast. in d. l. ex hoc iure, ff. de

inst. & iure 6. colum. in fin. dicens sic ab alio non esse dictum nec inuestigatum: sed ante ipsum ita voluit ibi Alber. 2. colum. num. 4. & Doctores antiqui, tenet etiam & declarat Innoc. in cap. quòd super de voto, & ibi Hostiens. Ioan. Andr. & alij Doctores: idem Hostiens. Ioan. Andr. & communiter Doctores in cap. 1. de summ. Trin. & fide carb. tenet etiam Doctor in d. l. 1. ff. de acquir. poss. Non solum pisces, sed & ea quæ in mari proiciuntur, quæ cum plerumque actata præsumantur derelinquendi animo occupantis fiunt, nec furti actio ne tenebitur l. falsus 44. §. si iactum, ff. de furtis, præterquam si is qui bona iactauit, animum derelinquendi ea non habeat, vt puta si propter tempestatem leuandi nauis gratia proiciat, quo casu dominium eorum, apud eum, qui proiecit remanet, neque occupantis fit, & sine crimine nequeunt occupari, l. qua ratione §. fin. l. quacumque §. 8. tit. proximo l. interdum 21. §. quod ex naufragio, ff. de acq. poss. l. 2. §. fin. l. qua leuanda, ff. ad l. Rodic. de iactu l. 7. tit. 9. p. 5. & vide Baldum in §. fin. inst. de rerum diuisione.

Ex quo subtiliter potest inferri, quòd hodie istud ius potest seruari & practicari in terris & bonis immobilibus vacantibus & à nomine occupantis: nam si reperiuntur ab aliquo possessa, statim fierent occupantis: ita tenet & determinat Aretinus in dicta l. 1. ff. de acquir. poss. 1. colum. 2. notabili, idem Aretin. in l. rem qua nobis, eodem titulo 1. colum. idem Aretin. dicens se ita consuluisse Mantuæ, in consil. 15. 2. colum. & ante ipsum tenet Bald. in rubr. extra de præscript. 2. colum. num. 6. contrarium tamen tenet Socinus, in dicta l. 1. ff. de acquir. poss. 3. colum. in medio, imò quòd postquam bona immobilia, & dominia eorum fuerunt de iure gentium diuisa & appropriata, præsumuntur esse in dominio alicuius & non vacantia: & non reperto domino particulari, censentur esse illius ciuitatis, villæ vel castri in cuius territorio & iurisdictione sunt sita: & ex hoc videtur fundata intentio illius reipublicæ, per fundamenta & rationes de quibus ibi per eum, & idem tenet & sequitur Iason & istam opinionem sequor in tam dubio passu, quia videtur verior & securior in conscientia & iustitia, quibus addo, quòd esset notabile dubium si talia bona non essent in territorio & intra limites illius reipublicæ, sed ita longè quòd non possit discerni an sint in territorio huius reipublicæ, vel alterius: quia tam inæqualiter distant ab vno quàm ab alio, & omnium sunt æquè proxima, & ultra quàm ciuitas vel respublica pretendit esse in dominio & territorio eius; in quo articulo dico & teneo, quòd si possit constare & probari cui loco, ciuitati, vel reipublicæ magis adhaereat, illi adiudicaretur: si verò non possit constare nec probari, tunc pro æquis partibus adiudicabitur vtrique ciuitati vel reipublicæ, argumento textus singul. & in proposito, in d. l. aded, §. insula, ff. de acquir. rer. dom. textus in l. 1. §. si insula, ff. de flumin. textus in §. insula, Inst. de rerum diuis. & in terminis ita tenet Bald. in cap. cum causam de probat. 2. colum. Ioan. de Plat. in d. §. insult. Inst. de rerum diuis. post Dynum quem allegat: Confirmatur etiam ex sententia Bartol. & commun. in l. si duo, ff. uti possidetis, fin. colum. vbi dicit quòd quando plures habent & possident æqualiter aliquam rem, vel ostendunt titulum æqualem in ea, index pronuntiabat vtrumque possidere communiter, & æqualiter ad eos pertinere in proprietate & possessione & iurisdictione.

Postea verò de iure ciuili positiuo, illa constitutio iuris naturalis & gentium, circa ea quæ cælo, terra, marique capiuntur, remanet intacta & confirmata: quia etiam hodie sunt occupantis, cum ante in nol-

lius bonis sint, textus est in *dict. leg. 1. ff. de acquir. possess.* textus in *l. 1. & per totum, ff. de acquir. rerum domin.* Quod limita & intellige, quando in sua plena libertate capiuntur: secus verò si habeant vel portent aliqua signa contraria, vt personalia, vel similia: quia tunc non fierent occupantis, quia præsumuntur prius ab alio occupata, nec dicuntur pristinam libertatem recuperasse: ita eleganter Bartol. in *tractat. de falcone, 1. column.* argumento textus in *l. final. Codice vnde vi, & facit textus in l. Stigmata, Codice de fabricen. lib. 11. textus in l. pen. Codic. de aqua ductu, eod. lib.* ex quo potest dubitari si reperiat in aliquo loco seruus fugitiuus an præsumatur liber, vel seruus, & quid in hoc declarabit iudex & crederem quod in dubio præsumatur liber, si in forma aliorum liberorum reperiat: aliàs vero si cum aliquo signo contrario, vt quia sit colore niger, vel cum alio signo particulari præsumatur seruus, & per consequens iudex inquirat de domino eius, & ita dixi & consului in quæstione de facto. Inde etiam ducitur & inferitur, quod si quis inueniat pecuniam vel aliam quamlibet rem mobilem, non efficitur inuentoris, imò committit furtum si animo quærendi sibi acceperit: quia ex qualitate rerum non præsumuntur vacantes, sed in bonis alicuius: vnde tunc in conscientia & iustitia debet inquirere dominum præconis, voce vel libellum in aliquo loco publico ponendo, vel aliis modis, ita probat textus singul. in *l. falsus, §. qui alienum, ff. de furtis*, & ibi notat & commendat Bart. Alberic. & communiter Doctores Bald. post antiquos, in *l. 1. ff. de rer. diuis. 1. lectur. 6. column. numero 21. & 2. lectura prima column.* & domino non inuento, tenetur inter pauperes diuidere secundum eoldem.

4 Similiter etiam prædicta constitutio iuris naturalis & gentium remansit confirmata circa bona immobilia: & insuper alios actus, contractus, & modos induxit, quibus dominium quærat: vt per contractum onerosum vel lucratiuum secuta traditione vera vel ficta, vt in *leg. traditionibus, Codice de pactis, in l. traditio, ff. de acquir. rer. dom. in §. per traditionem, Instit. de rer. diuis. in l. quod meo, ff. de acquir. poss. in l. clauibus, ff. de contrahend. empt. in l. 1. Cod. de donation.* Item per vsucapionem, vt in *l. vnic. Cod. de vsucap. transf. in l. 1. & per totum, Cod. de longiss. temporis prescription. in §. & per totum, Instit. de vsucap.* Item per successionem vniuersalem, secuta postea aditione, vt in *l. cum heredes, ff. de acquir. possess. in l. 1. & per totum, ff. de petit. hered. in l. 1. & per totum, Codice eod. titul.* Item per restitutionem factam ab herede grauato, vt in *l. 1. & per totum, ff. ad Trebell. in l. 1. & per totum, Codice eodem titul.* Item per legatum particulare, vt in *l. Titio, ff. de furt. in l. si tibi mo, §. cum seruus, ff. de legatis 1. cum similibus.* Item per adoptionem vel arrogationem, vt in *l. 1. & per totum, ff. de adopt. in l. 1. & per totum, C. eod. tit. in §. 1. Instit. de acquisit. per arrog.* Item per ingressum religionis, & professionem secutam, vt in *Auth. ingressi, Cod. de sacrosanct. Eccles.* Item, quando quis habet rem pro delicta & alius occupat eam, vt in *l. 1. & per totum, ff. pro delicto, & in §. penult. Instit. de rerum diuis.* Item per contractum onerosum vel lucratiuum factum cum Ecclesia, ciuitate, vel pio loco, vt in *l. fin. Cod. de sacros. Eccles.*

Item per contractum matrimonij, vt in *l. duco ancillam, Cod. de rei vend.* Item etiam per alios similes modos à iure civili inuentos & dispositos. Ergo sine possessione dominium acquiri non potest: quam opinionem defendit Othomanus libro singulari *quæstionum illustrium, quæstione undecima.* Contrariam tamen sententiam, videlicet sine possessione dominium

posse acquiri defendit Glossa verbo *in vacuum*, in *l. cum Codic. de distractione pignorum*, quam sequitur Bartolus in *l. si stipulatus, numero 2. ff. de vsuris*, & in *l. Celsus, num. 12. ff. de vsucap.* vbi Baldus in *2. part. num. 8.* & receptam testantur Alciatus in *l. 1. §. traditionibus, num. 20. ff. de pactis*, Aretinus num. 1. Iason & in rubr. *de acquir. possess.* Molineus in *consuetudinibus Parisiens. tit. 1. §. 55. gloss. 5. num. 13.* quæ sententia in puncto iuris verior est, vt ex supradictis authorum fundamentis colligere licebit. Item etiam quæritur dominium, vel saltem declaratur per sententiam latam in rei vendicatione, quia si actor prætendat se dominum, & reus conuentus possideat, & negauit intentionem actoris vel licet non possideat, offerat se liti & dicat se possidere, vel licet hoc non dicat nec asserat, nec sit interrogatus an possideat vel non, sed simpliciter negauit intentionem actoris & persecutus fuisset litem ex probationibus, & actibus processus reperiat probatum dominium, iudex pronunciauit sententiam definitiuam, quæ declarauit dominium actori pertinere, quandocumque postea reus conuentus reperiat possidere, illa sententia mandabitur executioni contra eum, vt sine alio nouo processu, vel petitione mandetur executioni, & teneatur rem actori restituere: ista est Glossa singularis & vnica iuncto textu in *l. si à te, §. 1. secundum tertiam lecturam, ff. de executione rei indicat.* quam ibi ad hoc summè notat & commendat Bartol. & communiter Doctores, & reputant singularem & vnicam Angelus & Paulus de Castro, idem Paulus in *l. si constante, §. finali, ff. soluto matrim. 2. column. numero 4.* idem Paulus in *l. si hereditatem, ff. de petitione hereditatis, & in l. si quo tempore, eod. titul.* idem Paulus in *l. 1. Codic. de alienat. ind. mut. causa facti, 2. column.* Baldus in rubr. *ff. de rei vendic.* idem Baldus in *l. cogit. Cod. de petit. hered. fin. column.* idem Baldus in rubr. *de sentent. & re iudicata*; idem Baldus in cap. *ex conuisione de restitut. spoliat.* Angelus de Aretin. in *§. omnium, fin. column. Instit. de action.* Alexand. in *l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. 17. column. num. 139.* & alij moderni. Et certè licet in puncto iuris mihi videatur valde dubia opinio: quia extrema & vniformiter & præcisè habilia & necessaria in rei vendicatione, & validitate processus & sententiæ ferendæ sint, dominium ex parte agentis & possessio vel detentatio ex parte conuenti, vt in *l. rem action. ff. de rei vendicatione, & in l. qui petitorio, eod. tit. & in l. 1. Cod. de alienatione iudicij mutandi causa facti, & in §. omnium, Instit. de action. & in cap. Raynaldus, verbo, ceterum de testament. cum similibus*, ergo cum isto casu deficiat extremum passiuum, æquè principale videtur non posse procedere, & ita reprobat Baldus in *l. is qui se obtulit, ff. de rei vendicat. 2. lectur.* idem Bald. in *l. licet minimam, ff. de petitione heredit.* idem Bald. in *l. non alias, ff. de iud.* tamen in dubio sequor communem opinionem, & ab ea non recedo, & ingenium & iudicium meum submitto tot & tam præclaris, vitis eam tenentibus, & in eam confirmationem satisfacit ratio: quia cum reus conuentus respondet petitioni actoris, & litem contestatus est, & extremum, possessionem, in se requisitum non negauit, visus est se liti offerre & effici reus & per consequens validatur iudicium.

Et istud dominium sic declaratum de quo loquimur, est ius de re corporali perfectè disponendi nisi lex prohibeat, ita probat textus in *l. fin. Codic. de rebus alien. non alien.* textus in *l. quæ ratione, §. hac quoque, ff. de acquir. rerum domin.* textus in *l. generaliter, §. sub conditione, ff. qui & a quibus*, textus in *l. si ita stipulatus fuero, §. Titius, in fin. ff. de verbor. obligat.* textus in *l. sciendum, §. 1. ff. qui satisf. cogant. textus data,*

in l. in adibus, §. fin. ff. de donat. textus in l. in reman-
data. Cod. mandati, textus in l. in eod. versic. nemo, ff.
de regul. iur. textus in l. id quod nostrum eod. titul. textus
in paragrapho 1. Instit. quibus alien. licet vel non, tex-
tus in l. final. versicul. fin. autem. Codice de iure domin.
imper. vbi dicit quod dominium est plenissimum ius
rei, quem ad hoc notant & commendant ibi Doctor.
& dicit vnicum Ioan. Igneus in l. 1. §. seruus pignori
datus ff. ad Syllan. textus in l. vnic. Cod. de nudo iure
Quiritum, quem dicit ibi Bald. raro alibi inueniri:
& in expresso istam definitionem ponit Bart. licet ista
iura non alleget in l. si quis vir. paragrapho differentia
ff. de acquir. poss. & ibi Paul. de Castr. Cumanus,
Aretin. & Alexand. Bald. in l. femina §. illud Codice de
secund. nupt. vbi dicit quod de hoc fuit interrogatus
à Domino Papa, idem Bald. in l. in rebus Cod. de iure
dot. Salic. post Rich. in traditionibus. Codice de pactis.
Anchar. in capite pastoralis, de causa pos. & propriet.
Ripa in rubr. eiusdem tituli vbi dicit hanc esse com-
mun. opin. Socin. in consil. 103. 3. column. & istam
etiam definitionem expressè ponit & approbat l. 1.
titul. 28. 3. part. Ex quibus deducitur & infertur quod
dominium non est qualitas cohærens rei sicut serui-
tus, nec est idem quod ipsa res corporalis: sed est
quoddam ius plenum & totale cohærens personæ,
producens plures effectus qui diriguntur in ipsam
rem, & eius possessores: ita subtiliter & fundamen-
taliter infertur ex superioribus, & expressè tenet
Bart. in l. 1. ff. de iuris. omn. iud. fin. column. & ibi com-
mun. Doctor. item etiam infertur, quod si duo vel
plures habent titul. ab eodem domino, ille præfertur,
cui prius res sit tradita, quia in eum est translatum
dominium, vt in l. quoties de rei vendit. & ibi com-
mun. opin. Item etiam subinfertur quod ille qui est
dominus rei potest eam à quocunque possessore ven-
dicare, modò habeat titulum, modò non, mediante
actione reali vendicationis per quam declaratur do-
minus, & in consequentiam fit restitutio rei: textus
est in l. 1. & per totum. Cod. & ff. de rei vend. & in pa-
ragrapho omnium. Institut. de action. cum simil. & ibi
commun. Doctor. An sit autem duplex dominium
directum & utile aut vnum tantum sit, est contro-
uersum inter Doctores, & Bartolum in l. naturali-
ter, §. nihil commune, num. 14. & in l. si quis vir. pa-
ragrapho differentia, num. 5. de acquirend. possess. Ale-
xander numero 7. Alciatus in d. paragrapho nihil com-
mune, numero 90. Pinellus in l. 2. Cod. de bonis ma-
ternis 3. parte, numero undecimo. Sarmientus libro
tertio, Selectarum cap. 2. numero 26. Corrasius lib. 6.
miscellanearum cap. 2. num. 2. Baconius lib. 2. decla-
rat. capit. 43. numero 24. existimant duplex esse do-
minium directum, & utile, quod ab omnibus est re-
ceptissimum, vt dicitur in l. 68. infra numero 2. Sed
vnicum tantum dominium esse in puncto iuris posset
defendi cum Duareno lib. 1. actionum in artem redu-
ctarum cap. 6. Parladorio, rerum quotid. cap. 1. §. 2.
num. 14. Valascus de iure emphyteutico, 1. part. qua-
stion. 13. Aliud dixi quod est detentatio, & illa nihil
aliud est quam sola, nuda, & simplex insistentia rei
quæ consistit in facto, ex qua nec dominium nec pos-
sessio aliqua resultat propter qualitatem personæ vel
rei, vel ex ipsa natura actus: puta si traditur mihi ali-
qua res, ve ego eam accipio, & est actus per quem
non potest causari possessio iuridica, certè tunc dicor
habere nudam detentationem: & illa dicitur nuda &
simplex detentatio.

7 Pro cuius perfecta intelligentia operæ pretium est
cognoscere actus, in quibus sola detentatio quæra-
tur, & qui effectus resultant ex hoc quod quærat
detentatio sola & non possessio: in quo subtili artic.
resolutiuè dico, quod primus actus est quando quis

simpliciter tradit suam rem nullo titulo vel causa de-
terminata nec expressa: quia tunc sola detentatio
transit in accipientem, ad eò quod dominus poterit
illam rem petere, vel rei vendicatione, vel iudicio
possessorio retinendæ, cum remansit possessor & non
sit translatum dominium nec possessio in accipien-
tem: iste est textus notab. qui sic potest intelligi in
l. nunquam nuda ff. de acquir. rer. domin. cuius verba
sunt, nunquam nuda traditio transfert dominium, sed
ita si venditio aut aliqua iusta causa præcesserit propter
quam traditio sequeretur, & illum textum licet nullus
Doctor sic eum intelligat nec declaret, reperio quod
in terminis ita ad hoc eum notat & considerat Ra-
phaël Fulg. in l. cum quid ff. si cert. petat. in 2. column. in
fin. & Ioan. de Imol. in l. a Titio, 2. column. post med.
de verb. obligat. & sic tali casu nullus censetur etiam
tacitus contractus interuenisse. Sed attende quod ista
conclus. est verissima, quod in isto casu sola detenta-
tio transit, sed non est vera in eo quod dicti Doctor.
dicunt, quod tali casu non censetur gestus aliquis
contractus saltem tacitus: quia imò est vel disposi-
tum vel alius ex qualitate rei: ista est Gloss. singul.
& vnica in d. l. cum quid ff. si cert. petat in Gloss. pe-
nult. quam ibi dicit mirabilem Bartol. & commen-
dant Doctor. & eam dicit vnicam in iure Imol. in l.
cotem ferre, §. qui maximos ff. de public. vect. 1. column.
in med. & in hoc consequ. approbatur illa Gloss. in
cuius declaratione dicunt ibi Paul. Alexand. Socin.
Iason. & communiter Doctores quod si fuit tradita
aliqua res vel species mobilis vel immobilis vel pecu-
nia in saculo, erit tacitus contractus depositi, in quo
sola transit detentatio: si verò sit tradita pecunia in-
certa, præsumitur mutuum, nunquam verò præsu-
metur donatio, nisi aliqua coniecturæ interueniant:
de quibus ibi per Doctor. & ita debet intelligi textus
in dicta l. nunquam nuda, de acquir. rer. domin. nam in
quantum dicit ibi textus quod nuda traditio non
transfert dominium, est verum quando est nuda tra-
ditio, id est, abstracta à causa vel titul. habili ad trans-
lationem dominij, & isto solo respectu est nuda tradi-
tio: non tamen negat textus quod interuenit alius ti-
tul. vel contractus expressus vel tacitus, ex quo non
resultat acquisitio dominij nec possessionis ex quali-
tate rei traditæ & secundum superiorem distinctio-
nem: & ita declarat illam legem Socin. in dict. l. cum
quid, si cert. petat 6. column. numero 11. & ante eum ista
est mens & declaratio Alb. in dicta l. nunquam nuda,
facit etiam textus iuncta Gloss. & comun. opin. in
lege cum pater §. pater pluribus de legatis 2. & istum
intellectum & superiorem comun. opin. tenendo
collige & tenet primum casum, in quo in accipientem
transit sola detentatio quando fit nuda traditio rei,
nullo expresso contractu, vel causa inter partes.

Secundus casus, in quo sola detentatio transit ex
traditione vel apprehensione secuta, est quando ex
pressa traditur res ex causa vel titulo non habili ad
translationem dominij: vt si tradatur ex causa com-
modati, vel ex causa depositi, vel ex causa locationis:
textus est in l. rei commodata ff. commodati, textus in
l. licet versicul. rei deposita ff. depositi, textus in l. qui
vniuersas §. fin. ff. de acquirend. possess. textus in l. si
rem mobilem in princip. eod. titul. textus in l. si id quod
§. 1. eod. titul. textus in §. possidere versic. per eos quoque.
Institut. de interdicitis textus in l. malè agitur Codice
de prescript. 30. vel 40. annor. textus in l. fin. Codice
de acquirend. possess. textus optimus in l. officium ff. de
rei vend. textus in l. non solum §. quod vulgo, de usu-
cap. vers. quanto magis textus in l. 2. titul. 3. 5. part.
quibus casibus dominium & vtraque possessio est pe-
nes dominum, sola verò detentatio penes commoda-
tarium, depositarium, colonum, vel inquilinum: cu-
ius

ius ratio est, quia traditio tantum fuit facta ad usum vel custodiam, & non respectu alterius plenae acquisitionis: ita Odoffr. in d. l. rei commodata, & ibi Angel. de Perus. facit etiam textus in l. 1. §. cum inquilinus ff. vii possidetis, per quem tenet ibi Alber. quod aliud est habitare, aliud possidere: ex quo infert quod uxores non videntur possidere domos maritorum in quibus habitauerunt: ex quo videtur mihi dubia decisio Bart. in l. penult. in fin. C. de pignor. action. de quo articul. latius suo loco dixi.

Tertius casus in quo sola detentatio transit in accipientem est, quando utraque possessio rei est occupata, modò per ipsum dominum, modò per alium quemlibet possessorem rei, & utramque possessionem retinet: quia est praesens & sic est in ipsa re: vel dato quod non sit actualiter in ea, est in conspectu vel est prope rem, taliter quod citò posset ingredi: quo casu utramque possessionem dominus vel possessor retinet, argumento textus in l. 1. §. si iusserim ff. de acquirend. possess. & in l. quod meo paragrapho si vendit. eodem titul. & in l. clauibus ff. de condit. empt. quibus probatur quod per visum vel aspectum rei, vel traditionem clauium prope rem acquiritur possessio, vt infra latius dicemus: ergo melius postquam est acquisita retinetur & conseruabitur argumento textus in l. 1. paragrapho 1. quod autem ait prator, ibi, nam cui damus, &c. ff. de superfic. textus in l. inuitus vers. 1. ff. de regul. iur. bonus textus in l. Papinian. paragrapho si filius ff. de inoffic. test. textus in l. 3. paragrapho bonorum ibi, retinendique &c. ff. de bon. possess. textus in l. patre furioso de his qui sunt sui vel alien. & ex isto fundamento, licet sic inducto, istam, conclusionem tenet Gloss. ordin. in l. 1. ff. de acquirend. possess. in gloss. 2. in med. vers. sed quid si non est in conspectu, quam Gloss. & eius conclusionem approbat ibi Bartol. fin. column. in med. vers. unde quarto loco &c. vbi dicit quod Gloss. loquitur perfectissime cui nihil est addendum Paul. de Castr. ibi 2. column. prope fin. dicens esse menti tenendum, & sequitur ibi Alexand. 9. column. numero 34. Socinus ibi 8. column. in fin. Cuman. ibi fin. column. in med. & Vincen. ibi num. 106. Cuman. in l. clam. possidere, paragrapho qui ad nundinas eodem titul. 3. column. post princip. & ibi Iason 2. column. in princip. & ibi Ludouic. Roman. in princip. & istam conclus. expressè tenet Cardin. in cap. olim. et l. 3. column. de restitut. spoliat. & sic ista est commun. opin. ex qua datur vera intelligentia & declaratio ad textus in l. clam. possidere §. qui ad nundinas eod. titul. vbi habetur quod absens perdit naturalem possess. & retinet civilem: nam debet intelligi quando est longè absens, secùs verò si in conspectu vel propè: quia nullam perdit: isto ergo casu si alius quàm ille possessor tradat alteri illam rem, modò cum titulo vel causa, modò sine ea vel sua autoritate ingrediatur, nullam acquirit possessionem, sed tantum detentationem.

Quartus casus, in quo sola detentatio transit in accipientem: est quando utramque possessionem habeo mediante persona alterius, vt per procuratorem, tutorem, colonum, inquilinum, filium vel seruum: quo casu etiam eis existentibus in absentia rei retineo utramque possessionem: textus est in l. si colonus ff. de acquir. possess. textus in l. si id quod §. 1. eod. titul. textus hodie expressior. in l. fin. Cod. eod. titul. Gloss. ordin. in l. 1. in gloss. 2. post medium versic. fin. autem ff. eod. & utrobique commun. opin. isto ergo casu si fortè res occupetur ab aliquo vel per alium sibi tradatur, nulla possessio transit in accipientem, sed tantum sola nuda, & simplex detentatio.

Quintus casus, in quo sola detentatio transit in

accipientem est, quando utraque possessio est penes duos, quia vnus habet civilem, alius naturalem, vt in eo qui est ingressus naturalem vacantem, retenta civili possessione per alium in absentia, vel in proprietario & fructuario, vel in precario rogante, vel in similibus casibus, vt in l. clam. possidere §. qui ad nundinas ff. de acquirend. possess. in l. naturaliter princip. eodem titul. in l. habet §. final. versicul. placet, ff. de precario, nam in his casibus, & similibus, si dicta res occupetur per aliquem tertium, vel sibi tradatur ab alio, quàm à possessore, sola transit detentatio & non possessio aliqua cum utraque sit occupata. Sextus casus, in quo sola detentatio transit in accipientem erit hodie in terminis huius l. 45. qua cauetur quod in successorem maioratus transit possessio, mortuo possessore, quia si alius tertius apprehendat, vel ingrediatur rem, vel ab alio tradatur cum titulo vel sine titulo, non acquirit possessionem sed nudam detentationem.

Septimus casus, in quo sola detentatio transit in accipientem est, quando iudicis autoritate causa custodiae, indemnitate, vel causa rei & iuris sui conseruandi traditur aliqua res: vt quia creditor missus est ex primo decreto in possessionem bonorum debitoris qui citatus est, & comparet in iudicio ad se defendendum, vt in l. 1. & per totum titulum ff. quibus ex caus. in possess. eatur. & Codice de bonis author. iur. possess. maxime in Authent. & qui iurat. eodem titul. traditur plenè per Bartol. & Doctor. in l. si finita §. Iulianus ff. de damn. infect. vel quia legatarius in diem vel sub conditione vel purè quando mora iudicij interuenit, mittit in possessionem bonorum hereditatis, si sibi non satisfatur per heredem de legato praestando, vt in toto titulo ff. & Cod. vt in possessione legatorum, vel quia mulier ventris nomine mittitur in possessionem bonorum defuncti, vt in toto titulo ff. de ventre in possessionem mittendo, vel quia ex eo quod non praestatur cautio damni infecti mittitur quis in possessionem domus ruinosa, vt in l. 4. §. 1. & in l. si finita, §. ex hoc edicto & per totum ff. de damn. infect. quibus casibus talis missus non consequitur possessionem rerum, sed tantum nudam detentationem, iste est casus expressus & ibi Alb. & communiter Doctores in l. cum legati ff. quibus ex causis, in possess. eatur, cuius verba sunt, cum legati, vel fideicommissi seruandi causa, vel quia damni infecti nobis non caueatur bona possidere prator permittit, vel ventris nomine in possessionem nos mittit, non possidemus, sed magis custodiam rerum & obseruationem nobis concedit. textus in l. is cui ff. vt in possess. legatorum, textus in l. 3. §. genera, versic. quod autem ff. de acquirend. possess. textus in l. si quis ante, versiculo denique eodem titulo textus in l. si duo §. creditores ff. vii possid. textus in l. 1. §. quod ait prator, vers. quafitum ff. quorum legat. textus in l. 2. ff. pro hered. in princip.

Octauus casus, in quo sola detentatio transit in accipientem, & non possessio est, quando persona recipiens non est capax possessionis, sed tantum nudae detentationis, vt putà seruus cui res tradita est: quia tantum habet nudam detentationem, textus est notab. in l. quod seruus, ff. de acquirend. possess. & ibi Gloss. Bartol. & communis opinio, textus in lege stipulatio ista §. hac quoque, ff. de verborum obligat. & ibi Doctores, quod tamen intellige quando seruo tradita esset talis res ex iniusta causa: secùs si ex iusta, quia tunc statim substantia possessionis ipso iure quaeritur domino sicut quaeritur dominium & obligatio, vt concludit Bartol. Paul. & commun. opin. in dicit. l. quod seruus, pro qua sententia est casus in l. si id quod §. 1. ff. de acquir. possess. textus in l. 1. §. item acquirimus, eodem titul. textus in l. fin. Cod. eod. titul. & tunc etiam

etiam penes seruum est sola detentatio, & idem est in filiofamilias, & in monacho, & in eis per quos possumus acquirere, secundum Paul. & Doctores in dict. l. quod seruus. Confirmatur quia tales personæ capaces sunt facti, vt in §. sed cum factum, Instit. de stipulat. seruor. & in l. qui heredit. de condit. & demonstrat. ibi quia quæ facti sunt non transeunt ad dominum.

11 Et adde quod effectus maximus resultat ad hoc, an solum detineat vel possideat, quia si quis solum habet detentationem, non potest vsucapere nec præscribere: vt in regula, sine possessione, de regulis iuris.

Item non competunt sibi aliqua remedia possessoria, vnde si talis detentator per vim expellatur de possessione, non habet remedium recuperandæ, vnde vi, quod datur possessoribus: text. est in l. 1. §. deicitur, ff. de vi & vi armat. & ibi Bart. Alber. Angel. & communiter Doctores similiter si talis detentator turbetur vel molestetur in sua detentatione, non habet remedium vti possessorium retinendi, vti possidetis, vt defendatur à turbatione vel molestia: quia illud solum competit possessoribus: text. est in l. in princip. ff. vti possid. text. in paragrapho interdictum autem ea l. text. expressior cæteris, in l. si duo paragrapho creditores eodem titulo, cuius verba sunt, creditores missos in possessionem rei seruandæ causa interdicto vti possidetis, vt non possit & merito, quia non possident: idemque & in cæteris omnibus qui custodia causa missi sunt in possessionem dicendum est. Ex quo dicebat Rosfred. in lib. sup. in rub. de actione ex conducto, quod tali casu nullum remedium datur colono vel inquilino contra turbantes vel violentos possessores, vt defendatur in sua detentatione: argum. text. in l. cum in plures, §. messum, ff. locati, & in leg. 2. versic. 2. ff. ad legem Rhodiam, de iactu. vel potest dici quod ille qui missus est in detentationem causa custodia, habet remedium tituli ne vis fiat ei: ita Faber in §. retinenda de interdictis, 2. col. n. 4. & ibi Ang. 2. col. num. 2.

12 Vel potest etiam dici, quod licet talis detentator non habet aliqua remedia possessoria, vt dictum est, tamen si expellitur de sua detentatione, vel turbatur in ea, habet officium iudicis nobile, vt restituatur sua detentatio vel non molestetur in ea, ita probat text. singular. in iure in l. Aquilius Regulus, ff. de donat. in fin. ibi, quod si expulsus Nicostratus, &c. vbi Aquilius Regulus iuuenis concessit Nicostrato magistro suo facultatem habitandi in certa domo vel habitaculo, & mortuo Regulo controuersiam & molestiam patiebatur magister, & tandem expulsus fuit: & dicit textus quod per iudicem defendendus est quasi loco possessoris: & ad hoc eum ibi notat Bart. in fin. iuncta Gloss. in fin. & Angel. de Perus. in princ. & Ioann. de Imol. in 2. colum. prope fin. & ad hoc eam reputat singul. Paul. de Castr. ibi 2. colum. in fin. num. 5. & eum ad hoc notat ibi Cuman. & Rom. in fin. & vt ille text. rectè probet, debet intelligi quod ibi sola nuda facultas & actus habitandi concessa est donatio: & ita explicant verba text. dum dicit, dono & permitto tibi habitare in illo cœnaculo: secus verò si ius habitationis esset donatum, quia tunc esset concessa seruitus personalis vel mixta, vt in toto titulo, ff. de vsu & habitatione, & Instit. eodem & in l. cum antiquitas, Codic. de usufructu, & donatarius possideret naturaliter sicut fructuarius quilibet, & haberet remedia possessoria si expelleretur vel perturbaretur: & ita intelligit & declarat ibi illum text. Iacob. de Arenis & ibi Bart. 1. colum. num. 2. Paul. notat. ibi in princ. num. 2. & communiter alij Doctores.

Secundò pro ista conclusione quòd pro recuperanda dicta detentatione competat officium iudicis facit textus notat in l. & non tantum, ff. de petit. hered. in fine, vbi dicitur quod petitione hæreditatis proposita, æquum est restitui res commodatas, expositas, & similes, cuius verba sunt, sed licet earum nomine quæ commodatæ sunt vel expositæ nulla sit facilè actio: quia tamen periculum earum ad nos pertinet, æquum est eas restitui: quem notabiliter sic induco, nam petitio hæreditatis solum datur ad hoc vt quis declaretur hæres, vt in l. 3. eodem titulo, & ibi Bartol. in fine, tamen restitutio rerum venit iudicis officio, text. est in l. licet minimam, eodem titulo, quem ibi ad hoc notat Bartol. Angel. & communiter Doctores, meritò ergo dictæ res in quibus sola detentatio erat penes defunctum restituntur hæredi: & ista est vera declaratio illius text. & istam sententiam & conclusionem expressè tenet ibi Gloss. ordin. in verbo facile, in fin. licet sic non inducat illum text. & illam Gloss. reputat ad hoc ibi singul. Angel. & eam sequuntur Baldus, Paul. & DD. in l. item videndum, §. nunc videmus, eod. tit.

Tertio, pro hac conclusione & sententia facit textus expressior cæteris in l. manifestissimi, paragrapho sed cum in secundam, in princ. Cod. de furtis iuncta Gloss. in verbo, rem furtiuam, vbi dicit text. quod commodatarius vel similes personæ possunt agere contra eum qui furto vel vitio subtraxit sibi rem, & nedum consequetur à fure pœnam legalem, sed ipsam rem commodatam: & licet textus non aperiat quo iure vel remedio, Gloss. ibi dicit quod officio iudicis, cum nulla remedia possessoria habeat: quem textum iuncta Gloss. sic intelligit & notat ibi Bart. Pal. Paul. Salycet. Angel. de Perus. & communiter Doctores: tenet etiam Bart. vbi reputat quotidianum, in l. rem qua nobis 1. col. post princ. de acquirend. possessione.

Quarto, pro ista sententia & conclusione allego Gloss. expr. isam meliorem de iure in l. & ideo §. Neratius, in gloss. final. ff. de condit. furt. vbi in expresso istam conclusionem tenet, quam ibi notat & commendat Bart. Bald. Paul. Salycet. Fulg. & communiter Doctores.

Quinto, pro ista sententia facit bonus textus in sui generalitate in leg. illicitas, in princip. ff. de offic. presid. cuius verba sunt, illicitas exactiones & violentias factas & extortas metu, venditiones & cautiones, vel sine pretij numeratione prohibeat præses prouincia: quem pro ista sententia allegat & considerat Salycet. in dict. leg. & ideo §. Neratius, prope final. in d. l. manifestissimi, §. cum in secundum

Sextò, pro ista sententia & conclusione facit æqua & communis ratio, quæ habet quod cum iactura alterius nemo debet locupletari, vt in l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. & in regula, iure natura, ff. de regul. iur. quod esset si detentator priuaretur iniuste commodo vel vsu suæ detentationis.

Limita tamen & intellige hanc communem conclusionem, quando dominus verus rei esset absens, & faciliter non posset agere in iudicio: secus verò si sit præsens: quia nullo modo posset agere iste detentator: ita Salycet. in d. l. & ideo, §. Neratius, in fine, de condit. fur. idem Salycet. in d. l. manifestissimi, sed cum in secundam, Codic. de furtis, argumento text. in l. cum in plures, §. messum, ff. locati: & in expresso idem tenet Fulgos. in d. paragrapho Neratius, post princ. sed salua eorum pace, non videtur vera ista opinio & limitatio, imò quòd indistinctè habeat officium iudicis cum indistinctè loquantur prædicta iura: nec obstat text. in d. §. messum, quia ibi non detentaba

detentabat colonus fructus illos subtractos idè dominus debet agere. Vel secundò, quod ibi voluit agere colonus contra dominum locantem, tanquam sibi obligatum vt agat contra subtrahentes, non tamen negat quòd possit ipse agere officio iudicis, si velit eo casu quo detentat: intellige tamen & declara superiorem communem opinionem vt procedat quando res peruenisset ad alium cum vitio, puta ex furto vel violentia: vel fortè vacantem rem occupabit: aliàs autem non competeret detentatori aliquod ius vel remedium auocandi detentationem, sicut nec possessori competeret, quando non haberet dominium vel titulum: ita Angel. in d. l. non tantum, ff. de petit. hered. & Bald. in l. item videndum, §. nunc videamus 1. colum. eod. tit. nisi eam haberet ab ipso vitioso possessore: ita singul. Bart. in d. l. manifestissimi, §. sed cum in secundam, Codic. de furtis, 2. colum. num. 5. quia ita intelligit Gloss. in leg. 2. Codic. de furtis, & per eam ita tenet ibi Bald. Paul. & cæteri Doctores in d. l. 2. in quo tamen articulo resolutiue dicas, quòd in casibus in quibus possessori datur aliquod remedium possessorium, in eisdem detentatori dabitur istud iudicis officium pro sua detentatione recuperanda vel conseruanda: istam notabilem doctrinam ponit Angel. de Perus. in d. l. manifestissimi, §. sed cum in secundam, Codic. de furtis, 2. colum. in fin. versiculo, detentatori autem, & quando possessori competant dicta remedia possessoria, & quando non vide singular. & meliùs quàm alibi in iure per Bartol. Paulum, Iason & meliùs quàm per alium in toto iure per Socinum. in l. rem qua nobis ff. de acquirenda possessione.

14 Extende tamen superiorem commun. conclus. quæ habet quod detentatori detur officium iudicis pro sua detentatione pro recuperanda vel conseruanda, vt procedat etiam in detentatione alicuius iuris incorporalis, vt puta si quis tantum detentat aliquem vsum seruitutis, non verò ipsum ius seruitutis, ita probat text. singul. secundum verum intellectum in leg. vsu aquæ, ff. de variis & extraordinar. cogn. quem ad hoc reputat ibi singul. Bartolus & expressè per illam Lita tenet Speculator in tit. de offic. omnium iud. §. 1. 3. col. vers.

Item imploratur loco principalis actionis idem Specul. in tit. de causa possession. & propriet. §. priuata. Authent. interdicta, 7. colum. num. 19. versicul. sed & si me habentem vsum, &c. Et ex superioribus inferitur quòd talis detentator posset propria autoritate destruere opus vel ædificium factum in re quam detinet: & in expresso probat text. in l. 1. Codic. vt nemini liceat sine licentia principis signum imponere, & ibi communiter DD. & tenet Bart. & comm. DD. in l. 1. §. nuntiati, de oper. noui nuntiat. vbi reputat sing. Roman.

15 Item quæro, an ista detentatio facti retineatur animo in absentia, sicut retinetur sola ciuili possessio vel sola naturalis? in quo subtili articulo dico, quòd videtur quòd retineatur animo, & operetur eisdem effectus quos operaretur, si detentator esset præsens: & hoc quando detentatio est iustè quæsitæ iudicis autoritate, vel ex licito contractu partium: ita probat text. singul. & vnic. in l. si finita, §. si quis metu ff. de dam. infecto. vbi si missus in possessionem ex primo decreto ex causa damni infecti discesserit de re, & sit absens animo non deferendi rem, retinet ius suum quod habet in ea perinde ac si præsens esset: cuius verba sunt, si quis metu ruinæ discesserit de possessione, siquidem cum adiuuare rem non posset id fecit, Labeo scribit, integrum ius cum habere perinde ac si in possessione perseverasset: & ad hoc eum notat ibi Angel. de Perus. in princ. & ad

hoc reputat eum singular. Paul. ibi, numero 2. & ad hoc eum dicit fortè non alibi, Imol. in princ. & dicit singul. Roman. ibi in princ. & etiam Angel. in l. peregrè, §. final. in fin. ff. de acquirend. poss. ff. Paul. de Castr. in l. 2. Codic. eodem tit. Imola ibi, 4. colum. in fin. & Alexand. ibi num. 63. Pro qua subtili sententia vltra prædictos Doctores facit text. in l. si colonus, eodem titul. vbi dicit text. quòd si colonus animo non deferendæ posses. exit de fundo, adhuc locator retinet per eum possessionem naturalem; & sic colonus retinet in absentia suam detentationem, mediante qua locator conseruat suam possessionem, & ad hoc illum text. notat ibi Paul. in princ. in leg. peregrè eod. titul. contrariam tamen sententiam tenent plures, imò quòd detentatio sit meri facti & nullo modo retineatur in absentia, ita Bart. in l. 1. ff. de acquirend. poss. ff. 5. colum. in princ. numer. 13. & in fin. colum. & quest. num. 27. optimo fundamento & ratione, & idem tenet Rapha. Cuman. ibi 4. colum. in fin. & Roman. notab. penult. colum. vers. ultimo, circa hoc aduerso, Ias. 19. colum. num. 86. & in hoc residet Vincent. etiam 24. colum. num. 81. vbi latius quam alius tangit: idem etiam tenet Franc. de Ripa 12. colum. num. 44. & istam tenendo, non obstat text. ille singul. in quo se fundabant primi Doctores in d. l. si finita, §. si quis metu. ff. de damno infecto. quia text. non dicit quòd ipsa detentatio retinetur in absentia, sed quòd ipsum ius causatum ex detentatione iudicis autoritate data hoc est pignus prætorium non admittitur, sed retinetur etiam in absentia, & poterit per hypothecariam ipsam rem & eius custodiam & detentationem consequi, & à quocunque reuocare, vt in l. 2. eod. de prator pignor. & in l. non est mirum, ff. de pignor. action. & ita respondet Bart. & Doctores vbi supra non ita clarè: & respondet Cuman. expressè in dicto §. si quis metu. in princ. imò ille text. probat istam opinionem. secundam ibi, perinde ac si in possessione perseverasset: nam præsupponit quòd detentatio & custodia non durabit, sed ius quæsitum ex ea durat. Item apertius probat hoc ille text. in fin. ibi, restituendum eum in possessionem: nam apertè dat intelligere quòd eam perdidit: & ita ponderat & intelligit ibi Rapha. Cuman. in princ. qui notab. loquitur. Secundò non obstat text. in d. l. si colonus, quia ibi non dicitur quòd animo colonus retineat detentationem, sed quòd animus non deferendi rem sed reddendi, quamvis actualiter non detentet, facit vt dominus & sic locator non desinat possidere, ne absentia coloni sibi sit nociua: ita solus Vincent. ibi, 27. colum. numero 77. sed tamen prima opinio est magis communis & tenenda.

Adde tamen in hoc vnum notab. & subtile, quòd 16 si detentator est in conspectu vel de proximo, conseruat suam detentationem, sicut naturalis possessio iuncta cum ciuili, conseruatur, ita solus Angel. in l. clam. possidere, §. qui ad nundinas 1. colum. num. 2. eodem titul. ex qua sententia & conclusione sic verificata infero, quòd si detentator esset in absentia rei, & sic nec in re, nec in conspectu, nec prope rem, & esset dominus verus rei, non posset ex aliquo titulo transferre dominium in alium per clausulam constituti, cum nec possideat nec detentet: sed maius dubium & valdè subtile esset, si detentator & dominus rei esset in ipsamet re, vel in conspectu eius, vel prope si per constitutum posset transferre dominium: & certè ego tenerem quòd sic: quia illam detentationem videtur deinceps tenere loco & nomine alterius, vt in l. nemo, ff. de acquir. poss. ff. cum ratione text. & materia: sed sola detentatio nuda cum titulo habito à domino non sufficit ad acquisitionem dominij: ergo, &c. de quo articulo infra latius dicam.

Item adde quòd probata detentatione censetur probata possessio, nisi ex aduerso probetur aliquid de superioribus; ex quo resultat quòd solum detinet & non possidet, de quo per Gloss. & Doctor. in l. stipulatio ista, paragrapho, hac quoque, ff. de verbor. obligat.

17 Aliud dixi quòd est possessio iuridica de qua principaliter est sermo noster, & magistraliter & resolutiue dico quòd possessio est ius institendi rei non prohibita possideri: quam definitionem ponit Bart. in leg. 1. 2. column. ff. de acquir. poss. quam ibi sequitur Alexand. 4. column. numero 13. qui late eam profequitur & soluit ab impugnationibus aliorum Socin. 6. column. in medio. versic. circa secundum Iason. ibi 8. column. numero 35. Vincent. 21. col. num. 51. quia latissime loquitur ab 11. column. numero 31. usque ad 22. column. ponendo nouem vel decem definitiones antiquorum & modernorum & rationes, & impugnationes adduxit. Glossa in dicta leg. 1. verbo possessio de acquir. possessione, quartam addit Iacobus de Rauennis, triginta refert Constantinus, in princip. institut. de usucap. ex numero secundo, aliam refert Alciatus in l. quast. ff. de verbor. significat. & in tractat. de quinque pedum prescript. numero 86. aliam Conanus libro tertio, commentariorum capite tertio, numero secundo, aliam Petrus Gregor. 1. part. synragmatis capite decimo tertio, numero quinto, aliam Bolognetus in dict. leg. 1. numero 152. de quibus videndus est Medicis de diffinitionibus, diffinitione 66. & tamen dicit quòd nulla quæ assignatur vel quæ assignari possit satisfacet, nec in omnibus & per omnia conueniet, sed quòd definitio Bart. videtur minus periculosa, quam communiter sequuntur interpretes teste Iasone in dict. leg. 1. numero trigesima secundo, Ripa num. 26. Bolognetus num. 558. Couarruu. in reg. possessor. in initio 2. partis, numero tertio, istam etiam tenet Salicet. in leg. licet eodem titulo, quarta column. in princip. & istam tanquam breuem & perfectam approbat Anchar. in capit. pastoralis de causa possessor. & propriet. 2. columna in medio. & ista est commun. opinio. secundum Franc. de Ripa. in dict. leg. 1. 6. column. numero vigesimo sexta, & idem in rubr. extra de causa possessor. & propriet. 1. column. in princip. qui remissiuè ibi ponit 14. definitiones, & ultra addit aliam suam: vnde meritò dixit Gloss. in leg. stipulatio ista, paragrapho, hac quoque, in verbo stipulatur, de verborum obligation. quòd possessionem peritissimi non sunt autè definite: & inter prædictas diuersas definitiones reperio quòd leg. 1. titul. 30. 3. part. approbat expressè definitionem Gloss. & Azor. quam posuit in dict. leg. 1. gloss. 1. verb. in dic. Sed certè illa non est definitio possessionis productæ in esse & iam formatæ, sed cum est in fieri & in esse producitur & illa non est possessio vt statim dicam. Vel aliter & melius potest per me sic definir: possessio est ius habendi, retinendi atque recuperandi rem, præsumptionemque domini inducens fructusque percipiendi, atque usucapiendi, præscribendi conditionem: nec obstat quòd definitio non debet fieri ab effectu, quia imò melius denotat substantiam rei definitæ, & nulla est ferè materia quæ non habeat eius definitionem ab effectu: sed omisis omnibus dico, quòd si rectè inspiciatur quælibet definitio & in effectu & substantia tendunt ad idem, licet per diuersa verba, sed tenendo definitionem Bart. quæ est in se vera & communis, eius verba declaro pro intelligentia totius materię; & vt ex hoc aliqua resultat utilitas: idè autem dico quòd possessio est ius, quia non est idem quòd ipsamet res in qua habetur possessio, licet quandoque appelletur possessio, vt in l. interdum, ff. de ver-

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

bor. signific. & in leg. 2. Cod. de probat. in princip. & in leg. cum res Cod. de contrah. empt. & in leg. 2. Cod. de fideiuss. minor. & in leg. siquidem Cod. de donat. inter virum & vxor. & in leg. quoties vers. si igitur, &c. Cod. de rei vendic.

Item & secundò idè dicitur ius, quia possessio non est detentatio nuda, cum illa potius sit facti quam iuris, vt supra late dixi in argum. de detentatione. Item & tertio idè dixi in definitione quòd possessio est ius, quia ipsa corporalis apprehensio, vel ipse actus verus vel fictus per quem apprehenditur ipsa possessio, non est possessio, sed tantum est actus meri facti: iste est textus qui sic debet intelligi in leg. 1. adipiscimur ff. eodem titul. in fin. ibi, eam rem enim facti non iuris esse textus in eadem leg. 1. §. si vir uxori, ibi, quoniam res facti, &c. textus in leg. denique in fin. ff. ex quibus caus. maior. textus in l. 1. §. Scauola, ibi, qua facti & animi, ff. si quis testam. liber esse iuss. fuit textus in leg. possessionem pupillum, ff. de acquirend. possessor. ibi, quòd enim facti est, &c. textus in leg. bonæ fidei §. in contrarium, ibi illud ad factum pertinere, ff. de acquirend. rerum domin. Sed ex illo actu vero vel ficto resultat & causatur ipsa possessio, de qua in præsentī loquimur: & illa postquam est acquisita, formata, & producta in esse, est ius intellectuale, & inuisibile, & non factum: & illa est quæ hic definitur: & quòd sit ius, probat textus expressus in leg. peregr. ff. de acquirend. possessor. post princip. ibi ius possessionis, &c. ius vel factum est minus controuersum, non solum inter interpretes, verum etiam inter Iurisconsultos: factique esse probat textus in paragrapho adipiscimur, & in paragrapho si vir uxori leg. prima ff. de acquirenda possessione leg. denique iuncta lege sequenti, ff. ex quibus caus. maiores in leg. si is qui pro emptore, in princip. ff. de usucapion. in leg. in bello paragrapho facta ff. de capt. leg. 1. paragrapho, Scauola, ff. si quis testament. liber esse iussus fuerit leg. possessionem pupil. ff. de acquirenda possessione leg. bonæ fidei paragrapho in contrarium ibi, illud ad factum ff. de acquirendo rerum domin. quorum iurium argumento hanc sententiam defendit Bartolus, numero duodecimo in leg. si is qui pro empt. ff. de usucapion. Romanus numero nono. Alciat. numero vigesimo sexto, ibidem, & in tractatu de quinque pedum prescript. numero quarto, Berengarius Fernandez in paragrapho nihil commune, capite 1. numero 63. Corneus in rubr. de acquirenda possessione numero tertio, Bolognetus in dicta leg. 1. de acquirend. possessor. numero 83. Conanus lib. 3. commentariorum capite tertio, numero primo, contrariam tamen sententiam, & sic possessionem ius esse, probat, præter iura à nobis hic allegata, textus, in lege peregre, ibi, ius possessionis ff. de acquirenda possessione, quam præter allegatos sequitur Couarruu. in regul. possessor. in initio secunda partis numero tertio cum pluribus aliis quos ipse allegat, vnde ad has opiniones conciliandas videndus est Corraus in rubrica, de acquirenda possessione numero 3.

Textus in l. possessio quoque in princip. eodem titul. textus in l. cum heredes eodem titulo, vbi dicitur, quòd omnia iura hæreditaria transeunt in heredem, exceptio debeat esse de regula, textus in leg. nemo, in fin. Codice isto titul. ibi, super iure possessionis, &c. textus in leg. non idè minus, in fin. Codice de lib. caus. ibi, conclusum ius possessionis obtinebis, textus in leg. si ea res §. final. ibi, qui prior ius eius apprehenderit, ff. de action. empt. & istam doctrinam & declarationem ponit Bartol. in dict. leg. 1. 2. col. in medio. Paul. de Castr. 1. column. in fin. num. 6. Alber. 2. column. in medio. Imol. 1. column. post med. Arer. 4. col.

in med. num. 13. Cuman. ibi, 2. column. Alexand. 3. col. num. 11. Socin. 5. column. in fin. vers. circa tertium Vincen. ibi, notab. 6. column. in princip. numero 39. Iason. ibi, 6. column. numero 16. column. numero 31. Franciscus de Ripa. 6. column. numero 26. idem in rubr. de caus. possess. & prop. 2. column. numero 6. Bartol. in paragra. pho adipiscimur, eiusdem leg. & ibi Paul. notab. numero 3. & Iason. numero 13. & fin. column. numero 23. Petr. in leg. licet, 3. column. Codice eodem titul. Bartol. in dict. paragra. pho si vir uxori, in princip. Aretin. in leg. clam. possidere paragra. pho qui ad nundinas, 1. column. in fin. idem Aretin. in leg. quemadmodum eodem titul. 1. column. num. 3. & ibi Doctor Segura, 7. column. versicul. & illud. Confirmatur ista communis opinio & declaratio: quia sicut ex contractu qui est facti, ut in leg. consilio, paragra. pho fin. in fin. ff. de curat. furios. ibi, quia solutio, venditio, traditio magis facti quam iuris sunt: resultat obligatio iuridica & exactio, ut in leg. licet paragra. pho ea obligatio, ff. de procur. & ibi communis doctrina & in princip. Instit. de action. præterea sicut ex actibus, moribus, & vsibus, qui sunt meri facti resultat ipsa consuetudo formata & in esse producta quæ vocatur ius, ut in leg. de quibus ff. de legibus in prima lectura, 2. column. prope fin. & in fin. column. idem Bartolus melius in repetitione 3. column. numero 6. & ibi Paul. 2. column. numero 5. melius quam alibi Alber. ibi 10. column. n. 16. & ibi commun. schola. Anton. de Butr. in capit. fin. de consuetud. §. missa materia, 2. column. in princip. & ibi Cardin. in §. licet, 10. column. 6. quest. numero 14. & est commun. intelligentia: ita ex actu vel modo apto, & à leg. determinato ad acquirendam possessionem quæritur & resultat ipsa possessio, quæ est iuris: & ita se habet sicut causa & causatum.

Item sicut ex actu & exercitio servitutis resultat ius servitutis & possess. eius, ut in l. 3. §. dare de usufruct. & in l. quoties de servitutibus, ita ex isto actu quæritur possess. iuris: & sicut ex obligatione quæritur actio: ita ex possess. oriuntur interdicta, in quo vnum nota, & considera subtile & necessarium, quod licet possess. sit de iure naturali primæuo respectu eorum quæ illo iure fiebant occupantis, vel respectu eorum quæ fiebant communia, & postea magis genericè fuerit de iure gentium in omnibus rebus, postquam dominia fuerunt distincta, ut in l. ex hoc iure cum materia ff. de iustitia & iure, & probatur apertè in l. 1. ff. de acquirend. possess. tamen illo iure non erat aliqua possessio iuris, sicut hodie: nec erat quid diuersum ab ipso actu & apprehensione: nam ipsemet actus & apprehensio naturalis idem erat quod ipsa possessio: ita probat textus expressus in l. 1. in princip. ff. de acquirend. possess. & ita expressè tenet & declarat Paul. ibi 2. column. in medio num. 8. Imol. penult. column. fin. Cuman. 2. column. in fin. & notabilius Vincentius 36. column. in med. num. 85. ex quo infertur quod illo iure non consistebat in iure, sed in facto: item non erat distinctio possessionum civilis & naturalis, sed vnica tantum, & dicebatur naturalis.

Item tantum durabat illa possess. quantum quis insistebat naturaliter in re possess. vnde eo ipso quod desinebat operari & sic retinere rem desinebat ipsam possidere. Item non erant prædicta remedia possessoria pro illa possessione sola recuperanda vel retinenda. Item non erat inuentus aliquis actus fictus acquirendi possessionem, sed tantum naturalis, vel corporalis: quæ omnia apertè probat textus in ista l. 1. ibi quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit, intentio Doctorum vbi supra, & sic omnia ista & alia fuerunt inuenta & ordinata de iure civili positivo:

& maximè ostendit istam possessionem inuentam de iure naturali, vel gentium, ut patet in processu huius materiae, quod nota quia est nouum, singulare, & necessarium.

Item ideò dicitur in definitione insistendi rei, quia propria natura, substantia & effectus possessionis consistit in hoc quod possessor insistat in re & illam habeat, teneat, & possideat: in ea non inquietetur vel molesteretur ab alio, ideo ad hoc principaliter sunt prodita omnia interdicta remedia possessoria: & dicitur etiam ad differentiam dominij quod est ius plenum & perfectum disponendi de re, & eam vendicandi, ut dicit Bart. in l. 1. de acquir. possess. 2. column. in fin. & in l. si quis vi. §. differentia. eod. tit. quem sequuntur omnes & ego supra dixi. Præterea dicitur etiam ad differentiam vsusfructus, nam est ius vtendi & fruendi salua rerum substantia, ut in l. 1. ff. de vsufruct. & declarat. Bart. in d. l. 1. 2. column.

Item ideò dicitur in definitione rei non prohibita possideri, ad differentiam rei quæ non potest possideri, ut rei sacræ vel religiosæ, ut in l. qui vniuersas, §. 1. ff. de acquir. possess. & in l. inter stipulante[m] §. sacram. de verbor. obl. & sic patet quod text. in dict. l. 1. ff. de acquir. possess. dum dicit possessio appellata est à pedibus, ut & Labeo ait, quasi pedum positio: quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit: non ponit definitionem possessionis, sed etymologiam vocabuli secundum Glos. 1. & omnes Doctor. ibi, nam duo sunt instrumenta naturalia, instrumenta principalia, siue actus naturales acquirendi possessionem, s. pedes ad acquirendam possessionem rerum immobilium quæ pedibus calcantur, ita text. in dict. lege prima text. in lege tertia in princip. ff. de acquir. possess. manus ad acquirendam possessionem rerum mobilium, text. in lege prima §. adipiscimur, eodem titul. ibi aliquid in manu ponat. ita Paulus de Castr. in l. eodem tit. 1. column. versic. item notab. Aret. ibi column. 1. in princip. num. 2. Alexand. ibi 2. column. in 3. notabili. Vincent. ibi in princip. 1. notab. & Iason. ibi 1. column. est princip. ideo sumpta est etymologia ab illo instrumento naturali s. pedum, & vocatur pedum positio: & si iterum quæras quare magis denominatur ab illo instrumento quam ab alio, scil. manuum, dico quod possessio rerum immobilium est dignior & magis conseruatur & retinetur: possess. vero rerum mobilium vilis & abiecta est & faciliter perditur, ut in lege tertia §. Nerua filius, isto tit. & in l. rem que nobis, & in lege si rem mobilem. eod. titul. ideo à digniori sit denominatio, ita Paul. & Iason. in dict. l. 1. column. 1. post princip. Vel aliter & secundo potest dici: quod ideo denominatur à pedibus, quia pedes sunt firmum totius corporis sustentaculum, & habent se ad corpus, sicut bases ad columnam: item Baldus, in rub. de causa possess. & propriet. 1. columna in princip. numero secundo. Hanc etymologiam probat Bartolus in lege prima numero primo de acquirenda possessione. Albericus, Cumanus, Paulus, Imola, Aretinus, Alexand. & Iason. ibi receptamque testatur Ripa ibi, numero primo. Bolognetus numero undecimo, & ex nouioribus Cumanus libro tertio, capite octauo, numero primo Couarr. prima parte rubric. de testament. numero tertio Charondas, libro primo vero similibus capitulo sexto versiculo primo, Castillus Dialogo 73. numero secundo, probatque ex lege regia prima titulo 30. parte tertia, licet non à pedibus, sed à sedibus dictam possessionem fuisse conentur defendere Alciatus cum Glossa in lege primo, verbo, à pedibus, & in libro primo disputation. capite primo Corraf. in dicta lege prima numero primo, & in §. nihil commune numero quinto, Vigilus in princip. inst. de testam. numero tertio

Othomanus de verbis iuris ver. possidere Ildorus in cap. ius gentium prima distinctione.

19 Item principaliter quæro, quotuplex sit possessio? & iste articulus est subtilis & necessarius: in quo dico quod videtur quod vnica tantum sit possessio. Primò per text. in dict. l. 1. ff. de acquirend. possessione qui dicit poss. appellata & sic loquitur in singulari, & similiter tota rubrica. Secundo pro ista parte facit bonus textus in l. 3. §. general. eodem titulo. cuius verba sunt, & in summa magis, vnum genus est possidendi: species autem infinita sunt, similiter in lege tertia paragrapho ex contrario, ibi, quoniam in summa possessionis, &c. Tertio facit text. in l. licet. Codic. eodem in princip. vbi licet possessio acquiratur corpore & animo, tamen postquam est quæsitæ solo animo, retinetur, & sic vnum est ius resultans ex actu corporeo, & sic ex apprehensione, quod vocatur possessio retinetur animo. Quarto text. in in lege prima paragrapho sine autem corpore. in fin. ff. de vi. & vi armat. vbi dicit text. quod si animo possidens in absentia prohibeatur post reuersionem fundi ingredi, dicitur deiectum per vim de possessione, quam animo retinebat, licet non in corpore: & sic clarè vult, quod illam possessio numero quæ retinetur animo est eadem cum ea quæ corpore retinetur: ergo vna tantum est, cuius verba sunt, ademisti enim ei possessionem quam animo retinebat, & si non corpore: & illum textum, ad hoc inducit Socin. in ista lege prima fin. column. Quinto, pro ista parte facit viua & subtilis ratio, nam si in iure nostro esset plusquam vna possessio, maximè illud consideraretur tempore acquisitionis & productionis in esse: sed illo tempore tantum vna in singulari consideratur, & non plures, modò quæramus per nos, modò, per alium. ergo non est danda pluralitas possessionum: text. est in l. 1. paragrapho adipiscimur. & in paragrapho item acquirimus, eodem titulo. Sexto facit, quia quando per legem tractatur de amittenda possessione, & penitus abdicandi à possessore, vel de illa retinenda vel conseruanda semper iura & consulti loquuntur in vnica tantum & sola possessione, textus, in lege tertia, paragrapho in amittenda, eodem tit. textus, in paragrapho si quis nuntiet. textus in paragrapho quod si seruum, & in paragrapho Nerua filius, & in §. si rem eiusdem legis textus in l. si rem mobilem, eodem titulo. Septimò facit text. in l. pupil. ff. de acquirend. rerum domin. vbi dicit textus quod pupillus non potest alienare aliquam rem & nec quidem possessionem quæ naturalis est: & sic videtur probare quod vna sit tantum, & illa est naturalis, licet aliqui illum textum in contrarium considerent: & istam sententiam & conclusionem, quod vnica tantum sit possessio, tenet Azo in summa. Cod. de acq. poss. 2. column. in princip. num. 3. & tenet Placentin. Glosator antiquus quem refert Glos. in l. prima ff. eodem tit. in verbo, ait gloss. ordin. in lege si ut certo. paragrapho si duobus vehiculum. ff. commod. in gl. mag. in fin. & tenet Iacob de Puteo, & Petr. de Belucio. in dict. lege prima quos refert ibi Iason. decimatercia column. num. 54. & istam opinionem tenet ibi Franc. de Ripa. 6. column. num. 27. & tenuerunt plures ex Neotericis post Azonem & Placentinum relatos à Glossa in l. 1. de acquir. poss. quos videre poteris ad l. 65. ibi possessio, &c. & istam videtur expressè approbare. l. 12. tit. 30. tertia part. & sensus horum Doctor. est, quod vnica tantum sit possessio & illa naturaliter tenetur quando possessor insistit iure: ciuilitè verò quando eam retinet animo absentia.

Sed his non obstantibus teneo contrariam sententiam.

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

tiam, imò quod sit duplex possessio realiter & in substantia distincta, vna naturalis, alia ciuilitè. Pro qua sententia & conclusione. Primò facit text. in lege clam. possidere. §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poss. expressè dicitur quod absens possidet, & similiter ingressus possidet: ergo vnus ciuilitè & alius naturaliter, & sic duplex est possessio realiter distincta: nec potest dici quod vna & eadem possessio sit penes illos, quia impossibile est quod vna & eadem possessio sit penes duos in solidum, vel secundum naturam: vel secundum artem text. est formalis in lege tertia paragrapho ex contrario, eodem tit. cuius verba sunt, ex contrario plures eandem rem in solidum possidere non possunt: contra naturam quippe est, ut cum aliquid ego teneam, tu quoque id tenere videaris, text. in l. si ut certo. §. si duobus vehiculum. ff. commoda. ibi. & ait, duorum quidem in solidum dominium vel possessionem esse non posse, textus in l. duo in solidum, ff. de precario. cuius verba sunt, nam nec iniuste nec iniuste possessiones dua concurrere possunt. Confirmatur, quia lex nunquam fingit nec potest fingere super eo quod est impossibile de natura in genere: text. est in l. qui ad certum. ff. locati. text. in l. certè, in principio infra ad precario. text. in l. adoptio. la 1. ff. de adopt. text. in §. minorem. Instit. de adopt. text. in l. lex Corn. prope fin. ff. de vulg. & pupil. ibi, quia non efficitur per eam. &c. text. expressus in l. mulier. in fin. ff. de verbor. obligat. text. in l. qui decem. paragrapho 1. in fin. ff. de solut. tenet Glos. ordin. in l. Gallus. §. si eius, de liber. & posthum. in gloss. fin. prope finem. & ibi Bartolus, Paul. & commun. opin. Glos. Barr. & Doctor. in l. 3. ff. pro socio. tenet magistraliter Bartol. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. 9. column. num. 22. idem Bartol. in l. eandem. ff. de duobus rebus, tenet latè & notabiliter Iason. in dict. l. si quis pro emptore. ff. de vsucap. num. 241. Hanc eandem sententiam defendit Bolognetus in dict. l. 1. num. 204. de acquir. poss. Cotrauius in rubr. eiusdem tituli, num. 4. & in §. nihil commune in praludiis, num. 6. Menchaca, de success. creat. §. 21. num. 108. Couarr. in reg. possessor. in initio secunda partis num. 4. licet plures alij contendant vnica tantum possessionem esse, vt videre licebit in l. 65. infra ante numer. 1. ibi possessio est ius insistenda rei, &c. Imò quod magis est, fictio non cadit super eo quod est impossibile est de iure positio: ita solus Aretin. in dict. §. ex contrario. 1. col. post princ.

Nec obstat si dicas quod ibi in d. §. qui ad nundinas, non est duplex possessio, sed vna, & ita tenetur ab ingressu naturaliter iniuste, & ab absente ciuilitè iuste, quia respondeo quod qualitas possidendi iuste vel iniuste non alterat naturam & substantiam possessionis, vt est text. formalis in dict. §. ex contrario. text. in l. duo in solidum. ff. de precar. text. in l. 2. ff. uti possid.

Item etiam quia illud quod est vnicum in substantia non diuersificatur propter qualitates, vt notatur, in l. 1. ff. si cert. pet. & in l. cui feudi de condit. & demonst. in l. fin. §. quoties. ff. de public. & ven. & per illum in dict. §. text. qui ad nundinas. tenet ibi Alberic. 3. col. Angel. 1. col. post princip. Imol. 2. column. in princ. Ias. 4. col. n. 21. Roman. 1. col. Cuman. 2. col.

Secundò & principaliter pro ista sententia & conclusione facit text. in l. naturaliter eod. tit. vbi disponitur quod fructuarius possidet naturaliter illam rem in qua habet vsum fructum, & proprietarius possidet ciuilitè text. in l. posses. quoque in princ. eod. tit. text. in l. cuiuscunque §. si fundus. ff. de vsufruct.

Tertio facit text. in l. quemadmodum. ff. de acquirend. posses. vbi dicit text. quod sicut nulla possessio acquiritur

acquiritur sine corpore & animo, ita nulla amittitur: ergo text. ille in illa dictione vniuersali dat intelligere pluralitatem possessionum.

Quartò facit text. in l. 1. §. de iur. ff. de vi & vi ar. mar. vbi dicitur quod illo interdicto non potest vti nisi possessor, & dicit text. quod sufficit quod possideat naturaliter siue ciuilitur: & ad hoc notat eum ibi Bartol. Angel. de Perusio.

Quintò facit text. in l. 3. §. fin. ver. sciendum, ff. ad exhibendum. vbi dicit text. quod actione ad exhibendum potest agi contra ciuilitur possidentem, vel contra naturaliter possidentem.

Sextò facit text. in l. & habet. §. fin. versic. placet. ff. de precario. vbi est textus quod in re concessa precario ille qui rogauit habet possessionem naturalem, ille verò qui concessit habet ciuilem: & ibi tenet commun. opinio. & in l. Pompon. §. cum quis de acquir. poss. ergo clarè ibi patet duas esse realiter distinctas possessiones, cum vna & eadem non potest esse penes eos, vt in fundamento dictum est: & ad hoc illum text. notat ibi expressè Ang. de Perusio.

Septimò facit text. in l. nemo ambigit. Cod. de acquir. poss. ibi, duplicem esse rationem, aliam qua iure consistit, aliam qua corpore, &c. sic clarè probat quòd sit duplex possessio.

Octauò facit subtilis ratio, nam ciuilis possessio est illa quæ causat præscriptionem: text. est in lege acquiritur. §. final. de acquirere. domin.

Si ergo esset vnica possessio vel duæ eiusdem speciei, operantur eundem effectum, sed non operantur eundem effectum, vt ex dictis iuribus patet, ergo prædictæ possessiones non sunt eiusdem speciei, sed distinctæ & separatae.

Nonò facit text. notab. in l. si id quod. paragrapho final. ff. de acquir. poss. vbi dicit text. quòd si quis habet ciuilem possessionem in absentia, non perdit illam, licet alius occupauerit possessionem corporalem, nisi suspicatus est se posse repelli ab eo qui est in possessione: ergo clarè dat intelligere duas esse possessiones.

Decimò facit text. optimus & expressus in l. 3. §. Nerva filius, eodem tit. vbi dicit quod in rebus mobilibus retinemus possessionem ciuilem in absentia, quatenus habemus difficultatem nancisci possessionem naturalem: ergo naturalis, est possessio distincta à ciuili quæ nancisci possit: & ad hoc illum text. notat ibi Bartol. Angel. Imol. Paul. Roman. & Aretin. qui dicit quod ibi melius quàm alibi probatur, & commun. Doctor. Vndecimò facit expressior text. & sing. in l. 2. §. quod vulgo ff. pro herede vbi dicitur quod regula quæ habet quod nemo potest sibi causam possessionis mutare, debet intelligi modo possessio sit ciuilis, modo naturalis: & ille text. non est alibi secundum Dinum Alberic. & Angel. ibi, ad hoc in quantum loquitur in hoc articulo nominaliter nominando possessionem ciuilem & possessionem naturalem, & sic denotando substantiam rei: & est vnicus secundum Bald. in l. licet. Cod. eod. tit. 2. column. in fin. licet corruptè alleget: & Paul. in l. prima ff. eod. tit. pen. column. post princip. Ioan. de Imol. ibi 4. in princip. Angel. 2. column. in medio. Istam sententiam & conclus. scilic. quod in iure nostro sunt duæ possessiones realiter in substantia distinctæ, tenet Dinus per aliqua ex prædictis fundamentis vbi notabiliter loquitur in regula sine possessione. de regul. iur. 5. column. versic. ad cuius declarationem. 1. est querendum. tenet Glos. post Ioan. Glosatores antiqui. in l. 1. ff. de acq. poss. in verbo, ait. post princip. & tenet & sequitur ibi. Alber. pen. column. in fin. Paul. de Castr. ibi pen. column. in princip. Ioan. de Imol. 4. column. in princ.

Ang. 2. column. in medio. Rom. 5. column. in medio. Alexand. 10. column. numero 45. Iason. 13. column. numer. 54. Vincen. 20. column. numero 53. istam etiam opin. tenet Ang. de Perusio. in l. licet. Cod. isto tit. 2. column. num. 6. Paul. ibi 2. & 3. column. Bald. ibi 1. lect. 2. column. num. 6. Salic. 4. column. num. 13. Fulgos. in l. si vt certo. §. si duob. vehiculum. ff. commod. 3. column. Salic. ibi 3. column. Paul. de Castr. 2. column. n. 7. qui notab. loquitur. Bald. notab. in l. 1. Cod. vt possid. 5. column. num. 12. Bald. in rub. extra de causa poss. & propriet. 2. column. num. 4. & istam conclus. tenet Bart. in l. 3. §. gener. supra isto tit. 1. oppos. licet ipse in l. supra ead. column. post medium. teneat nouam & distin. opin. imò quòd sint tres possessiones realiter distinctæ, vna ciuilis, alia naturalis, alia corporalis: quæ opin. commun. reprobatur à Doctor. ibi: & ista est magis commun. opin. secundum Doctor. vbi supra: pro qua communi sententia ego allego hodie in nostro regno legem secundam tit. 30. 3. partit. quæ expressè istam opin. fundat, & allego & considero expressiorem & clariorem legem in lege 45. ll. Tauri, quod est summè necessarium pro intelligentia dicendorum reiecta opin. Iacob. Butr. quam tenet in l. licet fin. column. Cod. isto titulo: vbi tenet quòd quando possessio est penes vnum sit vnica possessio in substantia, sed quando est penes duos sint duæ possessiones distinctæ: quæ opin. communiter reprobatur.

Item reiecta opin. Bart. in d. l. 3. col. dicentis esse tres possessiones realiter distinctas, scilicet naturalem, ciuilem, & corporalem: nam illa corporalis idem est quod naturalis, quæ opinio Bartoli communiter reprobatur.

Item in nostra materia principaliter quæro, an in acquirenda possessione requiratur causa vel titulus? in quo notabili & necessario articulo resolutiue procedendo, sit prima conclus. quod si in acquirenda possessione intervenit actus verus & naturalis, nulla requiritur causa vel titulus: itaque si aliquis possessor tradat alteri rem animo transferendi possessionem, statim quæritur accipienti sine aliquo titulo vel causa: vel si quis per actum naturalem apprehendat rem cuius possessio vacabat, statim quæri possessionem: pro qua sententia & conclusionem facit text. in lege 3. paragrapho in admittenda ff. de acquir. poss. & in l. si quis vi. §. differentia. eod. tit. vbi habetur quod possessor sola sua voluntate potest amittere possessionem, ergo, à fortiori, facta traditione animo transferendi possessionem, acquiritur accipienti: maxime quod tunc possemus dicere, quod licet non habeat titulum vel causam in proprietate, habet tamen in possessione, & erit titulus precarij, si concessio fuit non determinato tempore tacite nec expressè: & si e potest ad libitum reuocari per concedentem: alias verò si concessio fuit facta determinato tempore tacite vel expressè erit titulus donationis: argumento text. sing. in l. Lucius Titius supra de donat. textus in lege prima ff. de precario. text. in lege & habet. §. fin. eodem tit. confirmatur etiam, quia super sola possessione rei, potest constitui titulus: vt est casus notab. in l. si aliquam rem. ff. de acquir. poss. ibi, nam si rem meam tu possideas, & ego emam à te possessionem eius rei, vel stipuler, utilis erit emptio, & stipulatio: idem probat text. in lege si emptio. §. item si emptor. versic. rei sue. supra de contra emptio. bonus textus in l. indebiti. paragrapho, sed & si numi. in princip. de condic. indebit. Secundò pro ista conclus. principali, quæ habet quòd si in acquirenda possessione interuenit actus verus & naturalis nulla requiritur causa vel titulus, facit textus expressus in l. clam. possidere. paragrapho, qui ad nuditas. ff. de acquir. poss. vbi habetur quod ingressus rem absentis acquirat possessionem

possessionem naturalem vacantem, & tamen ibi nulla interuenit causa vel titulus. Tertio pro ista conclus. facit textus in lege fin. Codice unde vi, ille qui ingreditur rem omnino vacantem alicuius absentis, acquirit utramque possessionem sine aliquo titulo vel causa. Quarto pro ista sententia & conclusione facit totus titulus, ff. de vi & vi armat. vbi habetur quod ille qui per vim expellit alium de possessione, acquirit eam: licet iniuste & sine titulo vel causa: & istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. in l. quod meo, ff. de acquirend. possess. 1. column. numer. 1. licet non alleget nec consideret superiora iura, sed allegat textum in l. 1. §. si vir uxori eodem titul. sed certe vbi causa interuenit, licet de iure inualida: & ille textus proprie loquitur in casu conclusionis tertiae, infra eodem proximè: allegat etiam alia iura Bartol. quæ certè nihil probant. Idem etiam tenet Paulus ibi, 2. column. prope fin. & Ioan. de Imol. post princip. legis & communis opin. secundum Alexand. ibi, 3. column. numero 11. & istam dicit commun. opin. Aret. in l. locus, eodem titul.

21 Secunda conclusio principalis sit, quod in acquirenda possessione per actum fictum benè requiritur causa vel titulus, vnde si quis nulla interueniente causa vel titulo constituat se nomine alterius possidere, vel per aspectum velit transferre possessionem, vel per retentionem vsusfructus vel per conductionem factam de re propria, non transfertur possessio: ista est Gloss. singul. iuncto textu in d. lege quod meo, in gloss. 1. in princip. & per eam tenet ibi Bartol. 1. column. num. 1. Paul. Cuman. Ludouic. Roman. & commun. Doct. & ad hoc illam Gloss. iuncto textu reputat singul. Salic. in l. traditionibus. Cod. de pactis, fin. col. 3. quest. pro qua sententia & conclus. facit textus iuncto communi intellectu in l. si aliquam rem, ff. de acquirend. possess. vbi probatur quod si dominus & possessor alicuius rei conducatur suam rem quam possidet ab alio, non transfert in eum aliquam possessionem: facit etiam bonus & subtilis casus in leg. ei a quo, ff. de vsucap. pro qua sententia & conclusione facit inconuincibilis ratio, quia quando clausula constituti, vel quilibet actus fictus ponitur super contractu nullo vel inualido, similiter illa clausula vel actus fictus possessionis est nullus, vt probat textus in l. fin. ff. de constitut. pec. textus in l. non dubium. Cod. de legibus, textus in regula, cum principalis, ff. de regul. iur. & latius pono infra proximè in quarta conclus. ergo quando nullus ponitur titulus contractus: nec causa interuenit, dicta clausula constituti, vel alius actus fictus, nihil potest operari: & tantum ista conclus. est vera vt procedat etiam si prædictus dominus & possessor rei scienter sine causa & titulo constituat se nomine alterius possidere, vel apponat in eius fauorem alium actum fictum: quia non videtur donare, & sic per illum præsumptum & fictum titulum donationis iunctum cum dicta clausula constituti & actu ficto possessionis non transfertur dominium nec possessio in eum: & iura quæ dicunt quod ille qui scienter sine causa vel subsistente obligatione tradit suam rem donare, vt in l. cuius per errorem, ff. de regul. iur. in l. 1. in fin. ff. de condit. indebiti, in princip. Cod. eodem titul. & utrobique Doct. debent intelligi quando traditio rei fit per actum verum & naturalem: secus verò si per actum fictum, vt in hac nostra conclusione ne detur duplex fictio vel specialitas: ita singul. Bartol. in d. l. si aliquam rem, 3. column. in princip. ff. de acquirend. hered. Paul. de Castr. final. column. in princip. Alber. 1. column. in fine. Cuman. penultim. column. in fine. Alexand. 6. column. numero 18. Franc. de Rip. 9. column. numero 26. istam etiam conclus. tenet Cinus, Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

Bald. Salic. & Doct. in l. qui rem. Codice locati, tenet etiam Salic. melius quam alibi in lege traditionibus, Cod. de pactis, fin. col. num. 3. quam tenet etiam Bald. in cap. 1. de capitaneo qui Curiam vendidit, penult. column. in princip. in vsibus feudor. & ista est vera & communis opinio, licet Gloss. singul. & ordinaria teneat contrarium in dicta leg. si aliquam rem, ff. de acquirenda possessio. in Gloss. final. prope finem, quam sequebatur ibi Imola, & latius & subtiliter Aretinus 5. column. numero 3. quam superiorem communem opinionem intelligas procedere in casibus in quibus aliàs de iure communi per veram traditionem scienter factam induceretur donatio, vt quando fit traditio expressa, causa adiecta, tanquam ex debito cum nihil deberetur: vel quando ex qualitate rei & personæ præsumatur donatio, vt notatur per Bartol. & Doct. in l. cum quid, ff. si cert. pet. post gloss. ibi, nam in illis casibus interueniente vera traditione eris donatio, aliàs verò si interueniat ficta traditio non valebit, vt in hac communi opinione. Confirmatur ista commun. opinio subtili fundamento & consideratione, nam licet de iure nouo Codicis ex nudo pacto donationis oriatur actio, & promissor efficaciter sit obligatus, vt in l. si quis argentum, §. si autem hoc, in principio. Cod. de donation. & ibi commun. opin. tamen illud debet intelligi in expressa propria donatione & promissione, secus verò in ficta & præsumpta, puta quando quis per pactum nudum scienter promitteret indebitum: ne detur concursus duplicis specialitatis contra regulam textus in l. 1. Codice de dotis prom. & in lege cum post, paragrapho gener. de iure dotium, ita singul. Bartol. in l. iuris gentium, §. quinimo, fin. column. in medio, ff. de pactis, idem Bartol. in l. si tibi decem, in fin. eodem titul. idem etiam tenet Bald. Angel. Paul. de Castr. Alexand. & communiter Doctores in l. iuris gentium, §. sed cum nulla, eodem titul. Iason. in dict. §. quinimo, 18. column. num. 21. Paul. in l. generaliter, 3. col. Cod. de non num. pec. Bald. in l. si pacto quo poenam. Cod. de pactis, 2. column. in fine. Salic. in l. legem, 5. column. in medio, eodem titul. Bald. in rubr. extra de pactis, 2. column. in fine. Imol. in l. in adibus, §. 1. 3. column. ff. de donat. ibi Ludouic. Roman. penult. column. in fin. Angel. de Perus. in dicta l. si quis argentum, §. sed & si quis, post princip. Cod. de donat. & ibi Bald. num. 4. Paul. de Castr. notabiliter in lege qua dotis, penult. column. num. 9. ff. solut. matrim. Anton. & Imol. in cap. qualiter, extra de pactis. Ex qua superiori 2. conclus. sic declarata & confirmata infertur singulariter, quod si quis scienter confitetur extra iudicium rem suam esse alterius, & constituit se nomine eius possidere, vel alium actum fictum interponat, non transfert in illum dominium nec possessionem: & hoc solum ex ista ratione, quia ex titulo præsumpto & ficta traditione non potest quæri dominium nec possessio, ne detur duplex specialitas: & ita tenet expressè Bart. in l. cum falsa. Codice de iuris & fac. ignor. 2. column. numero 6. & ante eum tenet ibi Petrus de Bellapert. 2. column. post princip. Cin. 2. column. 4. quest. quos Bart. non refert, & tenet ibi Faber in suo Breuiario in princip. illius l. & Bald. ibi fin. column. numero 7. & 8. Paul. de Castr. 2. column. in fin. tenet Angel. in cap. fin. extra de confessis, 6. column. in princip. Imol. ibi fin. column. in fine. Sed adde subtiliter in hoc articulo quod tunc alia ratione & consideratione ista opinio & illatio est vera, quia tali casu nullus concurrat titulus verus nec præsumptus, quia illa confessio scienter facta non inducit donationem nec alium titulum: quia non habet verba dispositiua apta producere obligationes, sed tantum fit ad probationem: vnde cum constat de contratio eliditur confessio:

confessio: & sic clausula constituti vel actus fictus in isto casu ponitur de per se sine subiecto alicuius contractus expressi nec taciti: vnde ex ea non transfertur possessio nec aliquis effectus: ita dicit & declarat subtiliter Paulus ibi *in d. lege cum falsa, fin. colum. in princip.* & ante eum Bald. *ibi fin. colum. num. 8.* & in expresso quod ex tali confessione scienter facta non inducatur titulus donationis tacitus vel præsumptus, tenet expressè Bald. *in l. vna. Codice de confessis, 3. colum. num. 7.* Paul. *in lege generaliter. Cod. de non num. pecunia, secunda colum. in medio, num. sexto,* & melius 3. *colum. in princip.* idem Paul. *in lege publica, §. fin. ff. de depositi.* & expressè Petrus *in d. l. cum falsa, 2. col. in princip.*

Nec huic secundæ conclus. principali cum ex ea deductis obstat notabilis textus subtiliter inductus *in lege prima Cod. de donat.* iuncta communi opin. vbi est casus quod donato & tradito instrumento alicuius rei videtur donata & tradita ipsa res contenta in instrumento, & tamen ibi concurrat præsumptus titulus & ficta traditio rei, ergo non deberet transferri dominium & possessio eius: quia respondeo quod ibi verus titulus & vera traditio interuenit, saltem illius instrumenti corporalis quod traditum fuit: vnde ex hoc resultat titulus & possessio rei contentæ sub eo cum aliud non potest operari, & sic continet & repræsentat contentum sub eo concurrente legis dispositione: & iste est verus sensus & intellectus illius legis & solutio huius difficultatis: facit textus *in l. qui e chirographum, ff. de legat. tertio,* textus *in l. seruum filij, §. eum chirographum, de legat. 1.* textus *in l. secunda. Cod. qui res pignor. oblig. poss. in lege tertia & quarta, ff. de liber. legat. notatur in l. 2. ff. de pactis.*

22 Secundò non obstat textus expressus & non declaratus à Doctor. *in lege qui bona fide, ff. de acquirenda possessione, & in lege interdum, §. fin. infra eodem,* vbi dicitur, quod si ille qui non est dominus possideat aliquam rem quam bona fide emit, & eam conducatur à verò domino, quod statim desinit possidere: & per istum actum fictum etiam sine causa vel titulo transfertur possessio in ipsum dominum, & ad hoc notat ibi communis opinio, quia ad illum textum dupliciter respondeo.

Primo modo quod verus dominus & possessor non potest transferre in alium possessionem per actum fictum, nisi præcedat causa vel titulus habilis: & ita procedat ista nostra secunda conclus. ille verò qui non est dominus, si possideat benè potest transferre possessionem in alium etiam per actum fictum sine causa vel titul. & ita procedat & intelligatur textus *in d. l. qui bona fide, & in l. interdum, §. final.* & in expresso ita tenet & declarat Bart. *in l. quod meo, 1. col. num. 1.* licet communiter deficiunt ibi aliqua verba: & istam declarationem & concordiam ponit ibi Paul. *2. colum. in fine,* & cum ea transeunt indifferenter ibi Doctor. & expressè dicit ibi Roman. *1. colum. in fine,* quod distinct. Bart. communiter tenetur. Sed attende quod iste intellectus videtur esse verus, cum nulla ratio differentie possit assignari, vnde cogitavi quod vera & propria ratio est, quia in istis iuribus interuenit vera & iustissima causa, scilicet quod ille cui tradebatur possessio, erat verus dominus: vnde non oportet sibi concedere causam vel titulum de nouo, cum ipse perfectum titulum & causam habeat: & ideo non dominus possessor potest per actum fictum transferre possessionem: & iste est verus & clarus intellectus illarum legem. Ex quo resultat contra Bart. & Doctor. quod indistinctè dominus & possessor vel non dominus, non potest transferre possessionem sine causa vel titulo & per consequens venit reprobanda Glossa, cum qua omnes ibi transeunt in dict. lege qui

bona fide, vbi dicit quod illa lex procedit etiam si non dominus qui possidet conducatur rem ab alio non domino, cum ibi nulla subsit causa vel titulus habilis, mediante quo per actum fictum possit transferri possessio.

Tertia conclus. quod ex inutili & inualido contractu benè transfertur possessio interueniente actu vero traditionis: textus est notabilis & subtilis *in l. 1. §. si vir vxor. supra, ff. de acquirenda possessione,* textus *in l. quod vxor. eod. titul. textus in l. 1. §. deicitur in vers. denique ff. de vi, & vi, armat. textus in l. si donante, in princip. ff. de donat. inter vir. & vxor. textus in l. nec vllam, §. omnibus, versic. Item in titul. pro donato, ff. de petit. hered. quibus probatur quod ex donatione inter maritum & vxorem, licet penitus contractus vel titulus sit nullus adeo quod ex eo nulla oritur actio vel obligatio civilis nec naturalis, vt *in l. 1. in princip. ff. de donat. inter virum & vxor. & in l. 3. §. sciendum, eod. titul. & in l. si sponsus, §. si vxor. viri, eod. titul.* vbi dicit quod ei non accedit fideiussor, & tenet Bart. magistraliter *in l. cum lex, ff. de fideiussor. 2. colum. num. 8.* idem Bartol. *in l. quod meo, 1. colum. num. 1. ff. de acquirend. possess. & utrobique commun. opin. tamen ex tali contractu possessio benè transit in vxorem interueniente actu vero traditionis, sed difficultas subtilis est in hoc articulo, pro intellectu illorum iurium, cum de iure talis contractus sit inualidus ipso iure: quare valeat & acquiratur ex eo possessio? & dico quod vera & subtilis ratio est, quia possessio non causatur ex contractu tanquam ex proxima & immediata causa, sed ex facto naturali, & sic ex traditione ipsius rei: vnde licet contractus sit nullus, non impeditur acquisitio possessionis si ibi interuenit verum factum & traditio: & in expresso istam rationem ponit consultus *in d. l. 1. §. si vir vxori,* ibi quoniam res facti infirmari iure civili non potest, cuius sensus est, quod cum possessio causetur ab ipso facto traditionis, vt supra latè deductum est in definitione: & istud factum secundum veritatem non possit infirmari iure civili, meritò ex tali facto transit possessio, licet ipse contractus sit nullus: & ista est vera & propria intentio consulti *in dicto §. si vir vxori,* & ista est intentio Bartol. Paul. & aliorum, & expressè istam rationem per illum textum ponit Bald. *in l. non dubium. Cod. de legibus, octava columna, numero decimo octavo,* & Paul. *ibi, penultima columna, in princip. Iason. ibi, penultima columna num. quinquagesimo quinto,* & istam doctrinam in alio proposito ponit Gloss. *in lege 3. §. ex pluribus, in gloss. fin. & ibi expressè Alber. 1. colum. in fine, ff. de acquirend. possess. nec huic subtili rationi obstat si dicas, quod licet factum illud naturale, sit traditio, non possit infirmari & infringi per ius civile secundum veritatem, tamen potuit infringi secundum fictionem iuris vt fingatur non esse factum, cum ius civile semper possit fingere contra veritatem in his quæ sunt facti: vt *in l. retrò, ff. de captiuis, & in l. omnibus, & in l. bona eorum eod. titul. & quasi per totum: & in §. si ab hostibus Institut. quibus mod. ius, patr. potest sol.* quia respondeo quod lex nunquam fingit nisi subsistente æquitate & necessitate: textus est *in l. sciendum ff. ex quibus caus. maior. textus in leg. postliminium, ff. de captiuis, textus in l. non dubito eod. titul. in princip.* & istam regulam & doctrinam ponit Bartol. *in l. si is qui pro emptore de vsucap. tertia columna numero 2.* Sed in isto casu cessat æquitas & necessitas fingendi, & ideo lex non fingit, nam cum sola voluntate amittat quis possessionem, vt *in l. tertia §. in admittenda & in l. si quis vi, §. differentia, ff. de acquirend. possess.* sequitur quod licet per traditionem rei non quæreretur possessio vxori, amitteret eam maritus: imò etiam amitteret sua voluntate, licet rem non tradiderit,***

tradiderit, sed in eius detentatione permanferit, vt in dictis iuribus : vnde merito cum maritus debeat perdere possessionem, quæritur ipsi vxori virtute traditionis, licet contractus sit inutilis : & iste est verus sensus & intellectus textus in dict. §. si vir vxori, ibi dum dicit, & quid attinet dicere? non possidere mulierem cum maritus vbi noluit possidere protinus amiserit possessionem? & ita intelligit & declarat illum textum Bartol. ibi, vno verbo numero, secundo. Ioan. de Imol. in principio. Roman. in princip. Vincent. melius quam alter ibi 1. & 2. column. Iason. ibi secunda columna num. 3. & ita intelligit & declarat illum textum latius & expressius Bartol. in l. si is qui pro emptore infra de vsucap. 10. column. post medium n. 27. Imol. 7. column. prope finem. Iason. ibi 51. column. n. 250. & iste fuit sensus ibi Bald. in l. sine possidetis 2. col. post princip. C. de probat.

24 Nec obstat si iterum replices contra istum verum & subtilem intellectum, quod si vxor non acquireret possessionem ex isto inutili contractu, quod maritus non perderet eam, licet rem tradiderit : quia regula notabilis iuris est, quod si quis vult rem suam vel aliud ius quod habet transferre in alium, si illi alteri non potest ex iuris dispositione quæri, non amittit tradens, nec abdicatur à se quasi sub illa conditione datum : istam regulam & conclusionem probat textus notab. in l. nec vtilem, ff. ex quibus caus. maior. quem ibi ad hoc notat Alber. Bartol. Bald. & communiter Doctores & istam doctrinam per illum textum ponit Bartol. vbi infert ad notab. quæst. in l. qui Roma §. duo fratres 10. quæst. ff. de verb. obligat. & ibi commun. Doctor. super illa quæst. istam etiam regulam probat textus & ibi notat Bartol. & Doctor. in l. cum quis, §. si debitorem, ff. de solut. textus in l. vir vxori vers. sed si promissor. ff. de donat. inter vir. & vxor. si ergo in præsentis casu & lege si rem §. si vir. vxor. & similibus, possessio non quæreretur vxori, non amitteret eam maritus : & sic ratio prædicta communis non videtur concludere : quia ad hoc respondeo quod prædicta regula & doctrina contraria procedit & habet locum tantum in dominio, quod quis vult à se abdicare & in alium transferre : quia si non potest ibi quæri, non recedit à domino, sed remanet penes eum : secus verò est, in possessione, quia etiam si non quærat nec posset quæri accipienti, deperditur & abdicatur à possessore : ita notabiliter Alber. in d. l. nec vtilem in principio. ex quibus caus. maior. & ita tenet & declarat Bart. in l. si ego, in fine, ff. de negot. gest. & ibi Alber. 3. col. Paul. in fine, num. 7. & ita tenet & declarat Gloss. ordin. in d. l. cum quis, §. si debitorem in gloss. tertia ff. de solut. & ibi Bartol. num. 2. Paul. num. 5. Alber. & communiter Doctores Bartol. Alber. Paul. & cæteri in l. qui hominem, paragrapho si debitorem, eod. titul. & ita etiam tenet & declarat Gloss. ordin. in d. l. vir vxori, vers. sed si promissor. ff. de donat. inter vir. & vxor. & reputat ibi notabile Fulgos. pro qua sententia & declaratione est casus expressus in l. quod meo, §. si furioso, ff. de acquirend. possess. & ibi expressè tenet Gloss. 2. & ibi Bartol. Alber. Paul. Imol. Aret. Alexand. & commun. Doctor. tex. etiam expressus in l. 1. §. per procuratorem, in fine. eod. tit. Aretin. in l. naturaliter. §. nihil commun. 7. colum. eod. titul. & ita defensatur intellectus subtilis & communis dicti §. si vir & vxor. & similitum : quia meritò ibi acquiritur possessio, quia etiam non quæreretur nec posset quæri ex iuris resistentia, non remaneret penes maritum, sed amitteret eam per suprædicta : & ista est perfecta resolutio illius text. & sensus eius, sic ab alio non dilucidata. Ex qua superiori tertia principali conclusione sic declarata & confirmata, quæ habet quòd ex inutili contractu transfertur possessio interueniente actu vero traditionis infero.

Primò quod ex contractu facto à minore super re immobili sine decreto cum autoritate tutoris vel curatoris, secuta traditione, transit possessio Gloss. est notab. in l. 2. §. si à pupillo, ff. pro emptore in Gloss. in princ. prope finem : quem ibi commendat Ioan. de Imol. 2. colum. in fine, commendat Alexand. in d. §. si vir vxori, secunda columna, num. 4. & dicit eam notabilem Iason ibi tertia columna, numero decimoquarto, & Vincentius, ibi quinta columna, in fine : & illam Glossam reputat singul. Alexand. in l. possessionem pupillum, eod. titul. secunda colum. in principio, & hoc etiam tenet Bald. licet non alleget illam Gloss. in leg. magis puto, in principio, ff. de rebus eorum, post Iacob. de Aretino, pro qua Gloss. & sententia facit text. in dicta l. possessionem pupillum, ff. de acquirend. possess. vbi est textus quòd pupillus sine tutoris autoritate non potest animò amittere possessionem, ergo cum tutoris autoritate videtur quòd possit : & per eum ita tenet ibi Rapha. Cuman. post princip. ex quo ibi infert, quod si pupillus cum tutore, vel adultus cum curatore, fecisset compromissum super re immobili sine decreto, quod licet arbitri non possint pronuntiare super proprietate, poterunt tamen pronuntiare super possessione : facit etiam bonus textus in l. pupillus, supra de acquirend. rer. domin. cuius verba sunt, alienare verò nullam rem potest, nisi presente tutore auctore, & nec quidem possessionem qua est naturalis : ergo tutore auctore posset. Tertio pro ista sententia vltra Doctores considero text. expressum & meliorem de iure in lege secunda, Codic. si quis ignorans rem minor, esse. sine decreto comparauerit. vbi dicitur quod si res sit alienata sine decreto, possessio retrahatur & reuocetur à possessore : ergo translata fuit, ex quo etiam deducitur, quòd adultus carens curatore alienando rem sine decreto posset transferre possessionem per supræ dicta : pupillus verò sine tutoris autoritate, vel adultus habens curatorem sine curatoris autoritate, non posset alienando vel contrahendo transferre in alium possessionem ciuilem nec naturalem : de ciuili est text. in dicta lege possessionem pupillum, de naturali est text. in dicta lege pupillus, ff. de acquirend. rerum domin. ibi, & nec quidem possessionem qua est naturalis, & vtrouique commun. opinion. quod procedit modò pupillus vel adultus verè tradat, modò fictè, secundum Doctores ibi. Adde tamen quod naturalem possessionem benè posset minor perdere, etiam sine tutoris vel curatoris autoritate, ex eundo de fundo, ita quod non sit in conspectu vel propè : quia quilibet maior sic amitteret, text. est in hoc notabilis in dicta l. possessionem pupillum, & per eum ita tenet ibi Gloss. ordinat. Alber. Paul. Ioan. de Imol. Cuman. Aretin. & Alexand. & Dinus, & Oldradus, quos ibi refert Alber. tenet etiam Vincent. qui in hoc puncto notabiliter loquitur in dicta l. 1. §. si vir vxori 5. columna num. 11. cuius ratio est, quia tunc non amittit immediatè ex sua voluntate vel contractu, sed ex legis dispositione & in hac ratione se fundat text. Gloss. commun. opinion. Ex quo textu sic intellecto cum ratione infert ibi Franc. de Aretin. 1. columna in medio, quòd læsio quæ infertur alicui ex immediata dispositione iuris, ita comprehendit pupillum sicut maiorem : & licet ipse non alleget, ita expressè notat ibi Alberic. post Iacobum de Rac. pro qua consideratione facit bonus textus in l. si sine herede, §. Lucius, ff. de admin. tutor. per quam ita tenet Bald. in l. non videtur, Codic. de in integr. restitut. 1. colum. post princ. & vltra eos facit melior text. de iure in l. fin. §. defensionem. Cod. de administrat. tutor. Ex quo deducitur quòd si prædictus minor haberet solam possessionem naturalem, quam animò quis potest retinere quocunque vadat, quòd per absentiam eam non posset amittere, etiam si vellet eam amittere & à se

abdicare argumento illius text. cum ratione : & ita ibi tenet Alber. Paul. & Cuman. & Vincent. *in d. §. si vir. uxori §. colum. numero 12.* Sed contra istam primam illationem facit expressus & notab. text. *in l. iubemus la 2. §. sanè el 2. in fine*, ibi, *sed possessionem Ecclesiasticam, &c.*, vbi probatur, quod si res Ecclesiæ vendatur, etiam cum autoritate administratoris, non adhibita iuris solennitate, non potest transferri possessio : imò ipso iure traditio est nulla : quia primò respondeo quòd ille textus loquitur tantum respectu dominij, sic proprietatis, & non respectu possessionis : & ibi possessio ponitur pro ipsamet re, sicut in iure nostro multoties reperitur, vt *in lege interdum*, ff. *de verbor. significat.* & ita soluit & respondet Bart. *in dict. §. si vir uxori num. 3.* Vel aliter & secundo respondet ibi Bartol. quod ille textus loquitur in persona quæ non potest perdere possessionem, vt pupillus, vel Ecclesia : & cum ista secunda solutione Bartol. transeunt ibi Cuman. & Alexand. 2. colum. & Roman. *ibi in princ.* Sed attende quod ista solutio posset esse vera, & clarè procederet, quando talis inhabilis persona per se transferret possessionem sine autoritate administratoris : vnde præsupposito quod ibi interuenit autoritas administratoris, videtur difficile contrariam, cum per superiora iura sit conclusum quod cum autoritate alterius posset persona inhabilis transferre possessionem : vnde 3. posset dici quòd ille textus solùm procedat in rebus Ecclesiasticis propter fauorem earum. Sed certè verior & propria solutio est prima quam assignaui, quod ibi possessio ponitur pro ipsamet re, & sic pro dominio vel proprietate : & illa impeditur, & ipso iure non transit : & ita dicit quòd ille text. debet intelligi Vincent. *in d. §. si vir uxori, §. colum. in medio, num. 11.*

26 Secundò ex prædicta 3. concl. principali infero notabiliter, quod si res maioratus vel prohibita alienari alienetur, quod in accipientem transit possessio tam ciuiliis quàm naturalis, licet contractus ipse nullus & inutilis sit, argumento text. & superioris conclus. *in dict. §. si vir uxori*, & in expresso per eum ita tenet Bald. *in l. 2. ff. de iurisdict. omnium iudic. colum in fin.* & hoc tenet & reputat notabile Franc. de Aret. *in dict. §. si vir uxori. 2. colum. in medio.* Alexand. *ibi penult. colum. fin. quest. Iason 3. colum. num. 12.* Vincent. *ibi 14. colum. num. 28.* hoc etiam tenet & reputat notabile Ludouic. Roman. *in l. is, cui bonis, 1. colum. num. 3. infra de verb. oblig.* & tenet & sequitur ibi Aretin. 1. colum. 1. not. Alexand. 1. colum. 2. not. Iason 2. colum. num. 5. & ibi Franc. de Rip. 12. colum. numero 52. pro qua sententia facit bonus textus quem Doctores notab. allegant *in l. non alienat. qui dumtaxat omittit possessionem*, & ibi expressè notat ad hoc Ioan. Ferrar. post antiquos : text. *in litem si res, §. 1. vers. potest, ff. de alienat. iud. mutat. caus. fac.* vbi eadem verba ponuntur, facit etiam text. valdè notabilis *in l. bona fidei, vers. nec interest, supra de acquir. rer. dom.* vbi expressè dicitur, quod si res affecta aliquo vitio reali alienetur, licet non transeat dominium nec vsucapiendi conditio, benè tamen transit possessio & acquisitio fructuum. Pro qua etiam sententia considero subtiliter *legem nostram 45. Tauri in fine*, vbi dicit quod mortuo possessore maioratus, possessio transeat in successorem, quamvis aliquis tertius occupauerit possessionem in vita vel post mortem possessoris, vel de manu eius eam habuerit : ergo apertè præsupponit quòd licet sit res maioratus, vel prohibita alienari, & contractus vel alienatio non teneat, tamen benè transfertur possessio : & in tantum hoc est verum, vt procedat etiam si lex vel dispositio hominis quæ prohibet alienare vel con-

trahere expressè dicat & disponat quod etiam non possit fieri traditio : & si fiat, quod nullius sit momenti : tamen debet intelligi quòd nihil valeat quoad translationem dominij, sed possessio ciuiliis & naturalis benè transfertur : ita probat text. notab. & subtilis *in l. 3. §. sciendum*, ibi, *nec traditio quicquam valet*, ff. *de donat. inter vir. & vxor.* vbi dilponitur quod donatio inter coniuges est omninò nulla, aded quod traditio nihil valet, & tamen intelligitur quoad dominium : quia possessio benè transfertur, vt est casus expressus *in dict. §. si vir uxori*, ergo apertè ista illatio est verissima, & illum text. ad hoc ita inducit Aretinus *in dicto §. si vir vxor. 2. colum. num. 4.* dicens semper esse menti renendum, Socinus *conf. 13. 4. volum.* & ista opinio & consideratio est verissima, nisi lex vltra procederet annullando acquisitionem possessionis, vt probat text. notab. & expressus *in l. vna, Cod. non licere habitatoribus matrocomia loca sua ad extraneum transferre lib. 11.* ibi, *quoquo modo possidendi licentia tribuatur, nec considerationi Aretini obstat text. in l. is cui bonis, ff. de verb. obligat. ibi, tradere verò non potest*, per quam notat ibi Angel. de Perus. *in princip. numero 1.* quod ille qui non potest alienare vel se obligare, non potest etiam tradendo transfere possessionem : quia ille text. & determinatio Angeli debet per supradicta intelligi, quando persona est inhabilis contrahere vel alienare ex defectu animi & intellectus : quo casu impeditur etiam translatio possessionis : quia animo non potest eam amittere : conclusio verò Aretini in qua sumus, procedit, quando persona non est inhabilis ex defectu animi, sed ex alia ratione vel qualitate intrinseca, putà ne res alienetur extra familiam, vel aliàs quia tunc non impeditur translatio possessionis, licet impediatur translatio dominij : & ita intelligit & declarat Vincentius *in d. §. si vir uxori 14. columna numero 28.* & Franc. de Ripa *in dict. l. is cui bonis 12. columna numero 52.* Vnum tamen est, quod talis prohibitus licet transferat possessionem cum titulo, tamen non transfert eam qualificatam, vt transeat quasi dominium in accipientem & competat sibi publiciana, ita probat text. *in leg. magis puto, vers. si pupill.* iuncta Glossa, ff. *de rebus eorum*, vbi dicitur quod si pupillus alienum fundum bona fide possideat, non potest talis fundus sine decreto alienari, & sic illud quasi dominium quod pupillus habebat non potest alienari : vnde clarè deducitur quod prohibitus alienare non transfert quasi dominium nec Publicianam, & per consequens non competit accipienti & ad hoc illum textum iuncta Gloss. reputat singular. Aretin. *in dicto §. si vir uxori 2. columna in fine.* Sed tu adde quòd ille text. benè probat quòd prohibitus alienare, non potest alienare rem in qua habet quasi dominium, sed non rectè probat quod accipiens non habeat publicianam : quia licet possessor qui alienat rem non habeat quasi dominium nec sibi competat Publiciana, putà quia possidet cum mala fide : tamen si alienat & quis recipit ab eo cum titulo & bona fide, bene acquirit quasi dominium & Publicianam, text. est & ibi commun. opinio. *in l. eum qui §. prator, ait, ff. de Publiciana*, quod procedit etiam stante hodie. *Authentic. mala fidei, Codic. de longi tempor. prescript.* quia illa debet intelligi quoad effectum prescriptionis secùs quoad Publicianam, ita ibi Bart. Bald. Alberic. Angel. de Perus. & communiter Doctores, Bald. notabiliter *in l. ancilla, Cod. de furtis 3. colum. post princ.* Gloss. notab. *in cap. Abbate sanè de re iud in 6. in gloss. magna in medio.* Salyc post alios *in d. Auth. mala fidei pen. col. 8. quest. Iason notab. in §. sed iste quidem Instit. de action. 15. colum. num. 78.* vide pro sententia

sententia & notabili conclusione Aretini est textus formalis & expressus in l. cum sponsus, §. si res ff. de Publiciana, cuius verba sunt, si res talis sit, ut eam lex aut constitutio alienari prohibeat, eo casu Publiciana non competit: & ad hoc notat ibi Bald. Alb. & Angel. & illum textum ad hoc notat & commendat Vincent. in dict. §. si vir uxori penultim. col. in fin. Confirmatur etiam quia res prohibita alienari, non potest præscribi ut in l. 2. & ibi Doctor. Cod. de usucap. pro empt. sed regulariter quando non habet locum præscriptio non competit Publiciana ut in l. cum qui in princip. ff. de Public. ergo &c. Vide ad huius quæstionis resolutionem, quæ latissimè tradit Mierex in tract. maioratum 3. part. quæst. 9. n. 16. & seq. Peralta in l. Titia, cum testam. §. Titia cum nuberet, num. 12. part. 262. de legat. 2.

Tertiò ex prædicta tertia conclus. princip. infero, quòd licet fundus dotalis non possit alienari, ut per totum titulum ff. de fundo dotal. tamen si alienetur, bene transit possessio. Quartò infero, quòd si mulier sine licentia viri non possit contrahere vel quasi contrahere prout hodie disponitur in nostro regno: si alienat & tradit, bene transfert possessionem. Quintò infero quòd licet de iure communi donatio omnium bonorum præsentium & futurorum non valeat, ut in l. stipulatio hoc modo concepta infra, de verbor. oblig. & ibi commun. Doct. & in l. fin. C. de pact. & hodie de iure nostri regni donatio solum bonorum præsentium non valeat, ut in l. Tauri, & similiter donatio ultra quingentos solidos sine insinuatione non valeat, ut in l. penult. verscul. ceteris, de donat. & in l. 9. titul. 4. part. 5. tamen si res donatæ tradantur, bene transit possessio.

27 Sextò ex prædicta 3. conclus. principali infero notabiliter, quòd licet contractus simulatus sit ipso iure nullus, ut est casus in l. nuda, ff. de contrab. empt. cuius litera est nuda & imaginaria, venditio pro non facta est, & ideo nec alienatio eius rei intelligitur, & ibi notat Bartol. Alber. Bald. Salic. & commun. opin. textus in l. contractus, ff. de action. & obligat. textus in l. imaginaria, ff. de reg. iur. textus in l. Sulpitius Marcello, ff. de donat. inter vir. & vxor. textus in l. vir mulieri, eodem titul. textus in l. simulate, ff. de ritu nupt. textus in l. & qui sub imagine. Codice de distrab. pignor. textus in l. 1. & per totum. Cod. plus valet quod agit. tradit Bartol. vbi bene declarat, in l. post contractum, ff. de donat. 2. column. numer. 4. Paul. de Castr. in l. iuris gentium, §. dolo malo, ff. de pactis, notabiliter Angel. in l. contractus, ff. de action. & obligat. Iason. in §. item si quis in fraudem. Institut. de action. 1. column. numero 7. quòd procedit etiam si in tali contractu ponatur iuramentum. Gloss. est singul. in iure in l. emptio. Codice plus valere quod agitur, &c. quam ibi reputat singul. Angel. & tenent & commendant Cinus, Bald. Salic. & communiter Doctores & illam Gloss. dicit vnicam & non alibi Angel. in l. 1. in fin. Cod. de dote cauta non num. illam Gloss. dicit singular. Abb. in cap. ad nostram, de emptio. & vend. 1. column. n. 5. illam etiam notat & sequitur Imol. in cap. cum contingat. de iureiur. 16. fol. numero 76. & dicit singul. Iason. in §. item si quis in fraudem. Institut. de action. 1. column. numero 7. idem Iason. in §. fuerat. eodem titul. 17. column. numero 87. idem Iason. in l. cum ea. Cod. de transact. 2. column. num. 4. & ista est commun. opin. secundum Alexand. in l. nemo potest, ff. de legat. 14. column. in fine, numero 16. & Iason. ibi, 8. col. numero 39. & ratio huius est, quia in tali contractu non interuenit consensus partium, & est sicut corpus sine spiritu: ita Bald. in l. 1. Codice plus valet quod agit. 2. column. numero 4. idem Bald. in l. 1. C. de oper. lib. 2. column. in princip. Paul. de Castr. in l. si quis pro

ead. ff. de fideiuss. 3. column. in princ. pro qua ratione facit bonus textus, & ibi commun. opinio. in l. fin. Cod. de non numerata pecun. tamen si ex tali contractu sequatur traditio, bene transit possessio in accipientem, ita expressè tenet Bartol. in l. emptor. ff. de aqua pluuiar. arc. per text. in dict. §. si vir uxori. supra alleg. quem sequuntur ibi communiter Doctores: pro qua sententia facit bonus textus in l. quemadmodum, Cod. de agric. & cens. lib. 11. quem ibi ad hoc expressè notat Bartol. 1. column. 2. notab. tenet Bald. per text. ibi in cap. 1. §. calidis, post princ. de prohibita alien. per Feder. quòd procedit & est verum quando constat, quòd tradens habuit animum transferendi possessionem, cum in eius acquisitione non requiritur causa, ut supra conclusum est, tamen in dubio quando simpliciter traditur præcedente contractu simulato non transfertur possessio in accipientem ita singular. Bart. in dict. l. emptor. de aqua pluuiar. arc. quia traditio ipsa ita est præsumenda simulata sicut contractus, & ibi non consideratur voluntas & animus possidendi cum deficiat consensus, argumento etiam text. quem Bartol. allegat, licet corruptè, in l. cum propria, Cod. si quis alteri vel sibi, qui text. parum vel nihil probat: istam sententiam & conclusionem Bart. tenet Ioan. de Imol. reputans esse singularem in d. l. emptor in fine, & tenet ibi Cumanus in fine, Angel. de Perus. in l. contractus in fin. ff. de action. & obligat. per text. quem dicit vnicum & non alibi, in dict. l. emptor. de aqua pluuiar. arc. & illum text. etiam ad hoc dicit vnicum in l. si donationem, Codic. de collat. 1. column. num. 2. sed certè ille textus nihil penitus probat. istam etiam conclusionem Bart. per rationem supra dictam tenet expressè & notabiliter Alexand. in dicto §. si vir uxori, 3. column. num. 9. & tenet ibi Cumanus 2. column. in fin. Ludouic. Rom. in princ. Aretinus 3. column. post princ. Vincent. ibi 8. column. in fine, num. 17. & ista est commun. opinio. licet Bald. expressè teneat contrarium in l. emptio, finali quæstione, Codic. plus valet quod agit. & ibi Salycet. 2. column. numero 3. & Ioan. de Imol. in cap. cum contingat. de iureiur. 19. fol. numero 76. imò quòd ex contractu simulato, secuta, vera & actuali traditione in dubio transeat possessio in accipientem, sed certe verior est superior communis opinio quam ego sequor: nec ei obstat textus cum communi doctrina in d. paragrapho si vir uxori, vbi ex contractu penitus nullo transit possessio, quia in eo non requiritur aliqua causa, quia debet intelligi quando constat, quòd tradens voluit transferre possessionem, ut supra bene conclusum est: in contractu verò simulato cessat talis voluntas, tam in tradente quàm in accipiente: vnde possessio non transfertur, & ista fuit mens & intentio Bart. & commun. opin. Nunc autem nouiter, & singulariter limita, & intellige prædictam commun. opin. quæ habet quòd in dubio ex contractu simulato secuta traditione non transit possessio, ut procedat quando contractus omninò & propriè elset simulatus, ut quia ibi nullus alius præcessit contractus titulus, nec causa iusta, secus tamen si præcessit, & illa non exprimat, sed fingatur alia: quia tunc secuta traditione bene transiret possessio non virtute causæ simulatæ, sed ex vera quæ præcessit inter partes, & possessio, & voluntas tradentis, & accipientis ab ea recepit fomentum: imò non solum acquireretur possessio, sed etiam dominium si causa illa quæ verè præcessit, erat sufficiens ad translationem dominij: & hoc tali fundamento & consideratione, quia in prædicto casu, licet titulus, contractus vel causa quæ fingitur vel simulatur sit nulla, tamen illa causa quæ verè agitur inter partes & in veritate præcedit, remanet valida & firma, & habet omnes suos

R

Remon

suos effectus ac si vere illa sola & non alia exprimeretur: iste est text. sing. qui istam doctrinam & conclus. probat in l. 3. Cod. de contrah. empt. text. in leg. empti fides, versicul. fin. eodem titulo, text. in l. cum ea, Codic. de transactionibus, textus in leg. si ex pretio, Codic. si cert. petat. text. notab. iuncta Glos. & commun. intellectu. in l. si sub specie, Cod. de postulando, textus expressus in l. 1. 2. & 3. & per totum, Cod. plus valere quod agitur, & iste est sensus illius tituli: & in expresso istam conclusionem & declarationem ponit Glos. ordin. in l. nuda, ff. de contrah. empt. Glos. in dict. l. si sub specie, Cod. de posthum. in verbo, non numerate, ponit etiam Bart. in dicta l. emptor. in princ. de aqua pluuiar. arc. idem Bart. in l. Lucius, la 2. ff. depositi. & ibi Paul. & communiter Doctores idem Bart. in l. si ex pretio, & ibi alij Doctores Cod. si cert. petat. Paul. de Castr. notat in l. inrisgentium, §. dolo, in princip. ff. de pactis, ergo si illa causa iusta & vera quæ præcessit, valet, sequitur quod per traditionem quæritur possessio accipienti: licet alia causa vel contractus simuletur: pro qua facit viua concludens ratio, quia ex contractu simulato, etiam si traditio sequatur, non quæritur possessio accipienti, quia ibi deficit omnino animus acquirendi, vt supra dixi: sed quando causa vera præcessit & alia simulatur & sequitur traditio, ibi consideratur animus vtriusque respectu illius causæ veræ, ergo possessio quæritur accipienti: & ista est vera & notabilis consideratio, quam expressè tenet solus Salicet. licet sic non fundet, in dict. l. emptione, 3. col. in fine. Circa hanc quæstionem, vide adhuc Bart. in §. nihil commune, & Claudium ibi num. 13. Biantium de Harculanis num. 20. Bolognetum num. 67. Socinum col. fin. Paris. de Puteo num. 31. Crotum num. 34. Alciatum num. 13.

28 Ad vnum tamen aduerte circa superiora, quod bene probatum est, quod ex contractu simulato traditione sequuta non transit possessio in accipientem, sed dubium est, quod ab aliquo in hoc articulo non reperio decisum an tradens eam amittat vel apud eum remaneat. In quo breuiter teneo, quod si res est in conspectu vel prope, quod vtranque possessionem retinet & conseruat. argumento Glos. & commun. doctrinæ, in l. 1. ff. de acquir. poss. & supra latè dixi: si verò sit absens à re, retinebit tamen possessionem ciuilem & amittit naturalem, non virtute contractus vel traditionis, sed virtute absentia, sicut perderet si nunquam alteri traderet, argumento text. in dicta l. clam possidere, §. qui ad nudinas, ff. de acquir. poss. text. Glos. & commun. opinion. in l. possessionem pupillum, eodem titul. & isto casu adhuc ille cui res fuit tradita nullam quæret possessionem etiam naturalem absente domino: quia non habuit nec præsumitur habere animum possidendi, vt supra probatum est. Vel aliter & 2. dicas, quod semper & & indistinctè tradens, habeat vtramque possessionem, ciuilem animo suo, naturalem corpore & custodia eius, cui fuit tradita, argumento text. in l. 3. §. quod si seruus in l. clam possidere, §. qui ad nudinas, ibi, neminem reliquit, & in l. si colonus, & in l. si id quod, paragrapho 1. ff. de acquir. poss. & text. in hoc notabilis in l. cum propria, Cod. si quis alteri vel sibi, ibi, custodia sua.

29 Quarta conclusio singularis & subtilis est, quod ex contractu inutili & inualido de iure non potest transferri possessio per actum fictum: vnde ex donatione inter virum & vxorem, vel ex contractu alienationis rei prohibita alienari, vel ex contractu simulato & similibus inualidis contractibus, non potest transferri possessio per actum fictum: ita probat expressè text. in dict. l. 1. §. si vir vxori supra eodem, ibi

quoniam res facti, &c. vbi præsupponit veram traditionem præcessisse, ergo non sufficit ficta, probatur etiam ex ratione illius textus qui fundat se ex eo quod factum verum & naturale traditionis non potest infirmari iure ciuili, sed ficta traditio cum consistat in iure, bene potest improbari ab ipso iure ciuili, sicut improbat & annullatur ipsemet contractus, ergo bene & subtiliter probatur ibi, quod ex contractu nullo non transit possessio per actum fictum: & in expresso istam conclusionem tenet ibi Paul. de Castr. 1. colum. in fine, num. 5. & dicit, quod ita fuit determinatum in publica disputatione per Argentinum filium Rainerij, de For. istam etiam conclusionem tenet ibi Aretinus 2. colum. in fine, Alexand. vno verbo, in 3. colum. num. 8. & tenet Ias. ibi nimis commendando 3. colum. 3. not. Vincent. ibi 8. colum. in fin. & istam conclus. tenet expressè Bald. in l. ex testamento in fine, Cod. de fideicommiss. idem Bald. in cap. 2. 2. colum. prope finem, de feudo dato in vicem legis commissaria, in vrbibus feudorum, licet in fine relinquat cogitandum. Et primò ista opinio Paul. & commun. confirmatur, quia licet in acquisitione possessionis per actum verum non requiratur causa, tamen in acquisitione possessionis per actum fictum bene requiritur causa vel titulus, vt est Glos. singular. iuncto text. in l. quod meus in gloss. 1. in princ. ff. de acquir. poss. & ibi Bartol. Paul. & communiter Doctores & dixi in 2. superiori conclusione principali, ergo in nostro casu cum iste titulus vel contractus sit ipso iure nullus, habetur pro non titulo & est perinde ac si nulla causa vel titulus interuenisset argumento text. & ibi notat Bartol. & Doctores in l. nec vllam, §. omnibus, ff. de petit. heredit. Secundò confirmatur ex notabili sententia & theorica Bald. in l. non dubium. Cod. de legibus 8. columna, num. 18. vbi dicit, quod quando contractus, vel titulus est immediata causa possessionis, tunc si non tenet, nec valet contractus, non transit possessio argument. text. in l. si aliquam rem, infra eod. & in l. si quis sanctè. in fin. versicul. si quidem nummo vno, supra eod. & illam sententiam Bald. sequitur & commendat ibi Ias. in dict. l. non dubium penult. colum. Alexand. in dict. l. 1. §. si vir vxori supra eod. 2. colum. in fine, & ibi Iason 3. colum. 2. notabili. Sed quando in aliquo contractu ponitur vel interuenit clausula constituti, vel alius actus fictus, tota virtus possessionis & intentio partium dependet ab ipso contractu: quia clausula illa accessoriè ponitur, & non principaliter, ergo si contractus non tenet, non potest transferri possessio: quia illa clausula vel actus fictus non habet effectum, licet secus sit quando interuenit traditio vera: quia transfertur possessio, quia tunc contractus non est immediata causa acquisitionis possessionis, sed ipsa vera & actualis traditio, argumento dicti §. si vir. vxor. & iste est sensus Bald. & Doctores vbi supra.

Tertiò confirmatur sententia Paul. & communis 30 tali fundamento notabili, quia quando contractus principalis non valet, nec tenet similiter non valet confessio, vel alia quælibet clausula posita in tali contractu text. est singular. in l. fin. ff. de constit. pecul. quem ibi ad hoc notat Paul. & Doctores ad hoc illum text. dicit singular. Bald. in l. si absentis fin. colum. in medio, Cod. si cert. pet. & ad hoc etiam cum notat idem Bald. in rubr. Cod. de constit. penult. 2. colum. & illum text. ad hoc dicit singular. Iason in dict. §. si vir vxori, 4. colum. num. 19. idem Iason in l. certi conditio §. si nummos, ff. si certum petat. 7. colum. num. 34. idem Iason in l. si ita stipulatus, §. Chrysofonus 17. column. num. 55. ff. de verbor. obligationibus. Idem Iason in l. non dubium, Cod. de legibus penult. colum. num. 56. idem Ias. in l. ex testamento, Cod. de fideicommiss. illum etiam text.

text. dicit singul. Socin. in l. 3. §. incertam supra isto titul. fin. colum. in princip. facit etiam text. notab. qui non allegatur in l. 1. Cod. de condit. ob causam, & istam regulam & doctrinam ponit Gloss. ordinar. notabilis, licet non alleget illum text. in l. si patronus, §. patronum in verbo Fabiana, ff. si quid in fraudem patroni, quam ad hoc reputat singul. Angel. de Aretin. in §. fuerat, Instit. de action. 11. colum. num. 16. & ibi Iason 15. colum. numero 76. & ante eos illam Gloss. ad hoc commendat Bald. in l. 1. Cod. de inoffic. donation. 3. colum. in fin. num. 4. idem Bald. in l. Imperator la 1. ff. de statu hominum 3. colam. post medium commendat etiam Socinus in dicta l. 3. §. incertam final. colum. in princip. supra isto titul. facit etiam regula text. in l. cum principalis, ff. de regul. iur. text. in l. non dubium cum materia, Cod. de legibus, ergo cum contractus sit ipso iure nullus, clausula constituti vel quilibet alius actus fictus in eo positus similiter erit nullus, & per consequens nulla transfertur possessio: & ista videntur inevitabiliter fundare sententiam Paul. & communem. Sed his non obstantibus contra hanc sententiam & conclusionem Paul. & communis est Gloss. singular. & expressa in leg. 2. in gloss. fin. in fin. Cod. de dote caus. non num. vbi dicit quod sicut donatio inter virum & uxorem confirmatur morte mediante traditione vera, ita mediante ficta traditione: quam Gloss. ad hoc notat & dicit mirabilem Bartol. ibi: & tenet ibi Cinus 2. oppos. & Ioan. Faber in suo Breviario, & idem tenet ibi Angel. de Paul. valde commendando & tenet Bald. in principio, & Salycet. 4. oppos. & per illam Gloss. ita etiam tenet Bartol. Bald. Salycet. & Fulgos. in l. Papinianus, ff. de donat. inter vir. & uxor. & est de mente Cini, Salyc. & omnium Doct. in l. 1. Cod. de donat. ante nupt. Doct. Segura in repetitione, l. unum ex familia, §. sed si fundum, §. fol. 3. colum. versicul. ex hoc ego infero, & certe ista est communis opinio pro qua videtur facere text. in l. cum hic status, §. siue autem ff. de donat. inter vir. & uxor. vbi si maritus remittit obligationem uxori qua tenebatur talis donatio confirmatur morte, & tamen ibi non interuenit traditio vera sed ficta, ergo illa sufficit: sed ille text. non recte probat, quia loquitur in casu quo nulla traditio vera potest interuenire, puta in remissione obligationis: nec igitur de donatione alicuius rei corporeæ, sed tantum de donatione obligationis consistentis in iure, vnde aliter non potest tradi quam per remissionem, per acceptilationem: & iste est verus sensus, & intellectus illius text. præterea pro illa Gloss. & communi opinion. videtur facere textus subtilis in l. 3. §. si debitorem, versicul. ceterum eod. titul. vbi est casus, quod si maritus iusserit debitorem suum soluere uxori quantitatem sibi debitam, & debitor soluit, debitor remanet liberatus, & vxor videtur talem pecuniam habere ab ipso marito: vnde donatio statim non valet, sed morte confirmatur, ergo ficta traditio non sufficit: sed ad illum text. posset responderi, Primò quod textus non aperit an confirmetur donatio. Secundò quod vxor verè accipit rem ab alio, licet fictè videatur habere à marito propter mandatum factum debitori. Et sic ex prædictis patet quod istæ opiniones communes ad inuicem contrariantur, nec veritas reperitur benè decisa: sed pro vera solutione & concordia dicas, quod si actus vel contractus est omninò nullus sine aliqua spe conualescentiæ, tunc facta traditio nihil operatur, nec ex ea transit possessio, nec aliquod ius: & ita procedit superior nostra quarta conclus. benè fulcita & confirmata & sententia Paul. & commun. Si tamen actus vel contractus est nullus, tamen habet spem conualescentiæ, tunc ficta traditio in tali contractu idem

operetur quod vera: & ex ea transfertur possessio: & ita intelligatur & procedat Gloss. illa singul. & communis opin. in dict. l. 2. Cod. de dote caus. non numer. & in expresso istam concordiam, & doctrinam posuit & tenet solus Socinus & non alius in dict. §. si uxori. tertia columna, in medio versiculo, aduerte tamen, & refert, & sequitur Doctores Palatius Ruuius in sua repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. fol. 56. §. 76. 1. colum. versicul. ista dudum me fecerunt dubitare, & certè ista est vera & notabilis concordia: pro qua considero textum notabilem in l. sub conditione in fine. ff. de solution vbi habetur quod licet nuda & simplex traditio sine titulo vel causa non transferat dominium, vt in l. nunquam nuda. supra de acquir. rer. domim. cum mater. tamen intelligitur quando talis titulus vel causa non subest re nec spe, & sic de præfenti, nec de futuro: secus verò si subest in spe: vt si contractus sit conditionalis & conditione pendente dominus tradat ei cui erat obligatus sub conditione quia interim etiam transit in eum dominium, cum contractus non sit omninò nullus, sed habet spem validitatis & confirmationis: & ad hoc illum textum notat & commendat ibi Bartol. in 2. colum. numero 9. & ibi tenet Paul. de Castrenf. & communiter Doctores ad idem est text. in l. dotis fructus versic. quid ergo cum lege sequenti, ff. de iure dot. & ibi notat Bartol. Bald. & Doctores & istam doctrinam & conclus. tenet Gloss. ordin. notabilis in l. contractus, Cod. de fid. instrum. in vers. vel id quod emptoris in princip. & ibi expressè Bald. penult. colum. in fin. numero 15. Paul. de Castrenf. 4. colum. in fin. numero 12. Salycet. 3. colum. 3. quæst. & ante eos Cinus 2. col. 4. quæst. Petr. 2. col. in medio, & tenet, & commendat Socinus in l. si ante nuptias, ff. solut. matrim. fin. colum. in fin. facit etiam bonus & expressus textus in l. quod Seruius, ff. de condit. ob causam, si ergo dicamus in proposito, quod licet in acquirenda possessione per actum fictum requiratur titulus vel causa quæ habet spem confirmationis, Ex qua concordia & doctrina sic confirmata. Primò infero, quod ex contractu alienationis rei minoris sine debita iuris solemnitate vel ex contractu alienationis rei prohibita alienari, vel ex contractu omninò simulato, vel ex contractu mulieris sine viri licentia, vel ex similibus contractibus à iure inuvalidis, non potest transferri possessio per actum fictum: quia contractus vel titulus est omninò nullus sine spe conualescentiæ: vnde eodem modo est ipso iure nullus actus fictus in eo interpositus per iura & rationes supra deductas. Secundò infero quod ex contractu donationis inter maritum & uxorem, licet sit nullus ipso iure, tamen quia habet spem confirmationis & conualescentiæ, puta per mortem donantis vel aliis modis, potest optimè transferri possessio per actum fictum, vt illa ficta traditio operetur eisdem effectus in tali contractu quod vera: quia illa ficta traditio non est omninò sine causa: sed recipit fomentum ab illa spe confirmationis, probabilis per iura & rationes superiores.

Tertiò infero quod si venditio vel alius contractus habilis ad translationem dominij fiat sub conditione, dominus qui contraxerit poterit transferre possessionem & dominium etiam per actum fictum, cum ibi non deficiat omninò causa & titulus propter spem confirmationis, & ista est noua & subtilis extensio ad textum in dicta lege sub conditione de solut. & ad iura superius allegata.

Quartò infero singulariter maximam extensionem & declarationem ad l. 27. Tauri. quæ disponit, quod si pater vel mater meliorauerit filium vel descendentem in 3. bonorum, & tradiderit ei possessionem rei vel rerum in tertio contentarum, talis melioratio

non possit reuocari: quia illa lex debet intelligi, ne dum quando traditio est facta per actum verum, sed etiam quando est facta per actum fictum, vt dixi super ea.

32 Item in materia nostra principaliter quaero, qualiter & per quos actus quaeratur possessio? & in primis dico, quod quaeritur corpore & animo, & sic requiritur actus corporeus cum animo & voluntate quaerendi possessionem, & vnum sine alio non sufficeret: text. est in l. 3. ff. de acquirend. possess. cuius verba sunt, & adipiscimur possessionem corpore & animo, nec per se animo, aut per se corpore: text. in l. quemadmodum, eod. tit. text. in l. 1. §. adipiscimur, eod. tit. text. in eadem l. 1. §. per procuratorem, & in §. si iusserim text. in l. 3. §. in amittenda eod. tit. text. in l. licet Cod. eod. tit. text. in l. si pignus mihi traditum, in fine, ff. de pignor. action. text. in l. eius qui in provincia, §. fin. versicul. quoniam, ff. si certum petatur: text. in §. possidere, versicul. nec vlla dubitatio est, Instit. de interd. & istam regulam & doctrinam ponit lex 6. tit. 30. 3. part. & ratio vera & mentalis per quam actus corporeus requiritur est, quia lex humana positua in tantum iustior & rationabilior est, in quantum se conformat cum iure naturali vel diuino: ita Beatus Augustinus in lib. 3. de libero arbitrio. Isidorus 1. Etymologiarum. Sanctus Thomas 1. 2. quaest. 95. art. 2. Aethidiaconus in cap. ius naturale. 1. distinctione. Sed de iure naturali possessio quaerebatur per apprehensionem, vt in leg. 1. ff. de acquir. possess. ergo hodie similiter ista apprehensio & actus naturalis requiratur. Item etiam ratio vera & iuridica per quam vltra actum naturalem requiratur animus & voluntas vltra Doctores potest esse, quia talis actus naturalis vel corporeus est nimis generalis, & ex multiplici causa & effectu potest fieri: vnde oportet quod reguletur, restringatur, & declaretur secundum animum & intentionem gerentis, & credo quod in hoc fundati sunt Consulti & legislatores: argumento text. in l. qui iure familiar. ff. de acquirend. possess. text. & ibi Bart. & Doctores in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itinere actuumque priuato, text. in l. non omnis, ff. si cert. petat. text. in l. obligationum substantia §. non facis, ff. de actionib. & obligation. text. in l. cancellauerat, ff. de his qua in testament. delend. text. in l. cum tale, §. fin. ff. de condit. & demonstration. text. in leg. legata inutiliter, ff. de legat. 1. text. in leg. legata inutiliter, ff. de adiment. legat. text. in cap. cum Ecclesia sutrina, de caus. poss. & prop. & ibi Gloss. ordinat. Innocent. & communiter Doctores.

33 Et ex hoc oritur illa communis practica, qua vtuntur tabelliones in scriptura possessionis, qui dicunt quod in signum possessionis emptor vel alius ingressus est talem fundum, & deambulauit per eum, cecidit ramos, vel quid simile fecit; vt colligatur animus possidendi, & ex his maxima cum ratione reprobo nouam summam & opinionem Aretin. in l. si me in vacuam, ff. de acquirend. possess. 1. colum. 3. notab. vbi tenet quod omnia iura dicentia, quod solo animo non quaeritur possessio, sed intelligantur, requiratur actus corporeus & animus acquirantur, quando non concurrat animus vtriusque, scilicet tradentis: & acquirantis, sed solum animus acquirantis, sed si concurreret animus volentis transferre possessionem & animus acquirantis, tunc sine aliquo actu corporeo quaeritur possessio: quod reputat nouum & subtile in materia, nec reperio ab alio relatum: sed ante Aretinum hoc voluit Cumanus vno verbo in l. quod meo, ff. de acquirend. possess. penult. colum. allegando text. in dict. l. si me in vacuam. Sed salua eorum pace, ista opinio & conclusio est falsa, quia iura per me superius adducta expresse pro forma requirunt actum

corporeum & animum quaerendi possessionem: vnde non sufficeret animus vtriusque sine actu corporeo. Secundo & in specie, quia considero quod in quaerenda possessione per visum vel aspectum oculorum requiritur, quod ibi concurrat animus & voluntas tradentis possessionem, & similiter acquirantis, nec sufficeret visus & aspectus oculorum cum animo & voluntate quaerantis possessionem text. in leg. quod meo, §. si vend. ff. de acquirend. possess. & ibi commun. opin. text. in l. 1. §. si iusser. eod. tit. & latius infra suo loco dicetur: ergo si sola voluntas & animus tradentis cum animo & voluntate quaerantis sufficeret, non esset necesse, quod interueniret visus & aspectus oculorum, qui est actus fictus acquisitiuus possessionis, & est inconuincibile fundamentum. Tertio pro hac mea sententia & conclusione contra Aretinum & Cuman. considero text. in cap. 1. de consuetud. recti feud. vt in visib. feud. vbi disponitur specialiter in causa feudali, quod si dominus dixit alicui coram paribus Curiae, vade in possessionem illius fundi, & teneas illum pro feudo, transfertur possessio eius, licet non tangat rem, nec interueniat aliquis actus corporeus: si ergo de iure sufficeret animus & voluntas vtriusque scilicet tradentis & accipientis in quaerenda possessione, frustra ibi hoc de nouo induceretur in feudo: & in terminis istam sententiam & conclusionem reperio, quod tenet Bald. in c. cum Ecclesia sutrina, de caus. poss. & prop. 2. col. n. 5.

Vterius procedendo in materia dico, quod conclusio superior & fundamentum capitale in materia, quod habet quod in acquirenda possessione requiritur actus corporeus, debet intelligi verus & naturalis, vel fictus loco eius subrogatus: & de quolibet particulariter & magistraliter videamus, & dico quod actus verus & naturalis est duplex. Primus apprehensio manuum, & iste cadit in rebus mobilibus text. est formalis & expressus in leg. 1. §. adipiscimur, ff. de acquirend. possess. ibi, aliquid in manu ponat, per quem istam doctrinam & conclus. ponit Paul. de Castr. in leg. 1. eiusdem tituli. 1. colum. versicul. notab. & ibi Franc. de Aretin. 1. colum. numero 2. Alexand. 2. colum. 2. notab. Vincent. Iason & communiter moderni. Secundus actus verus & naturalis est pedum positio, & sic ingressus & insistentia rei, & iste cadit in rebus immobilibus: text. est in leg. 1. ff. de acquirend. possess. text. in leg. 3. eod. tituli. & ibi communis opinio. Pro cuius perfecta intelligentia dico, quod in tantum est verum, quod per ingressum & pedum positionem quaeritur possessio, vt sufficiat quamlibet partem vel glebam fundi intrare, nec est necesse omnes eius partes deambulare, text. est notabilis in dicta leg. 3. cuius verba sunt: non utique ita accipiendum est, vt quis fundum possidere velit, omnes glebas eius circumambulet, sed sufficit quamlibet partem eius fundi introire, dum ea mente & cogitatione sit, vt totum fundum vsquo ad terminum velit possidere, & ratio vera & mentalis est, quia cum fundus sit vnus, indiuisus, & continuus, nec habeat partes distinctas & separatas ratione vtilitatis & necessitatis, inductum est vt sufficiat tangere & intrare quamlibet partem fundi: alias esset nimis difficile omnes partes tangere: & conueniens fuit adquisitionem & possessionem totius fundi referri ad certum subiectum vel partem cuius possessione apprehensa videatur quaesita in toto fundo: & in hoc se fundat decisio illius notabilis legis 3. & de mente omnium Doctorum ibi: & in terminis istam rationem ponit Innocentius vno verbo, in cap. dilectus de cap. monach. 2. col. Antonius in cap. in literis de restit. spoliat. 10. col. num. 30. Anch. in regula sine possessione de regulis iuris in 6. 15. col. num. 12. facit bonus text. & ibi Bartol. in l. vulgaris, ff. de furtis text. in leg. si cui res, ff.

ff. de l. 2. text. optimus in proposito in cap. de consuetudine. adde tamen singulariter, quod talis apprehensio & ingressio partis solum est verus & naturalis actus respectu partis occupatae, sed respectu aliarum partium fundi non dicitur actus naturalis, sed fictus & apprehensio ficta: quia alias frustra dubitaret consultus, an censeatur in aliis partibus fundi quaesita possessio. Ita singulariter tenet & declarat Socius *in dict. l. 3. 2. column. 4. notabili.* Vincent. *in §. ex contrario, eiusdem legis. 3. column. numero quinto*, nec alius hoc tangit nec declarat: sed salva eorum pace, ego teneo contrarium, imò quod etiam in aliis partibus fundi censeatur interuenisse actus verus & naturalis, & non censeatur fictus: quia considero quod ille actus verus & naturalis qui interuenit in parte fundi, & virtus & effectus eius extenditur ad omnes alias partes, & sic virtualiter & extensiuè censeatur aliae partes possideri verè, & naturaliter, & non ficto modo, & per consequens quicquid dispositum & statutum est in actu naturali & possessione naturaliter quaesita, habet locum in nostro casu, & sic in aliis partibus fundi: & istud est quod proprie & in terminis voluit text. *in dict. l. 3. nouiter & subtiliter per me declarata*: & hoc videtur voluisse Bald. *in cap. 2. de consuet. 1. column. num. 2.* vbi dicit, quod illud quod deriuatur ab aliquo, & est ei annexum, sapit naturam concreti, vt gleba alicuius fundi. Ex quo deducitur & infertur, quod si lex noua vel regia excluderet omnes actus & modos fictos quaerendi possessionem, non censeatur exclusus iste.

Secundò infertur quod licet lege vel statuto caueatur, quod procurator non possit quaerere possessionem per actum fictum, tamen benè posset quaerere per actum naturalem in parte fundi, vt per hoc videatur etiam quaerere in aliis partibus.

Tertiò deducitur & infertur, quod licet per visum vel actum fictum non possit quis quaerere possessionem nisi concurrente voluntate tradentis, vt infra dicitur, tamen isto casu per ingressum vnus partis fundi, potest quis quaerere possessionem in omnibus aliis partibus fundi: nulla concurrente voluntate tradentis.

Quartò & generaliter deducitur & infertur, quod omnia illa quae sunt disposita à iure in possessione quaesita vel quaerenda per actum verum, & naturalem, & effectus eius, habebunt etiam locum in aliis partibus fundi non apprehensis vel occupatis, quia virtus & effectus adhibitus in parte fundi occupata, virtualiter extenditur ad alias partes.

36 Sed attende quod contra dispositionem text. *in dicta l. tertia* & eius conclusionem sic declaratam quae habet, quod per ingressum partis quaeritur possessio totius fundi, facit text. notabilis & subtilis *in leg. 1. §. Iulianus ait ff. de iun. act. que priuat.* vbi dicitur quod pro illa tantum parte fundi in qua quis ingressus est competit interdictum: & sic praesupponit quod ad alias partes non extenditur possessio: cuius verba sunt, *Iulianus ait, quò ad usque ingressus est fundum, eo usque ei competere interdictum*: quod verum est, sed ad illum text. vera & notabilis solutio & intellectus est, quod ibi loquitur in quaerenda seruitute vel iure super fundo alieno, & quaerenda quasi possessione eius alio existente in vera & actuali possessione, quae quidem quasi possessio iuris vel seruitutis solum quaeritur in partem fundi in qua ingressus fuit: non verò in aliis partibus, quia in eis non habuit animum quaerendi possessionem: nec dominus vel possessor fundi habuit animum perdendi: qui quidem animus praesumitur ex actu vel usu limitato vsque ad certam partem fundi, vnde meritò in aliis non est quaesita possessio: *in dicta verò lege 3. & conclusione superior.* Aut. Gomez ad Leg. Tauri.

ri, ille qui ingressus est certam partem fundi apertè habuit animum quaerendi possessionem etiam in aliis partibus, & praecessit voluntas possessoris fundi tradentis, vel res vel fundus vacabat: & hoc probat text. in dicta l. 3. idem dicit, dum ea mente, & cogitatione hac fit, vt totum fundum vsque ad terminum velit possidere: & iste est verus & realis sensus & intellectus praedictorum iurium: & in terminis ita voluit Glos. ordin. in dicto §. Iulianus ait & ibi Bart. Alber. & Angel. de Perus. qui summè norant & commendant illum text. in sua principali decisione, & ita etiam videtur tenere & declarare Bart. in l. cum de in rem verso. ff. de usuris penultim. column. num. 10. idem Bart. in Authent. qui rem fin. column. Cod. de sacrosanct. Eccles. Cuman. in l. 3. ff. de acquir. possess. 2. colum. prope finem & ibi Alexand. penult. column. in medio. Vincent. 16. colum. num. 38. Abb. notabiliter in cap. cum olim. de praescriptio. penult. col. ultimo notabili Cæpola in tract. seruit. rustit. prad. cap. 1. de seruitutibus itineris 9. colum. versicul. & nota diligenter.

Ex quibus infero singulariter, quod si quis vult 37 quaerere aliquod ius, puta vsumfructum, vel aliam, quamlibet seruitutem in aliquo fundo voluntate & consensu domini possidentis fundum, quod acquireret illud ius, seruitutem, & quasi possessionem eius per ingressum vel vsum in qualibet parte eiusdem fundi, per supra dicta. Pro qua sententia facit text. *in l. 3. vers. dare ff. de usufruct.* vbi probatur quod per ingressum fundi de voluntate concedentis, quaeritur ius vsumfructus, non ergo est necesse quod in omnibus partibus ingrediatur, sed sufficit attingere quamlibet eius partem: & per illum text. *in dicto §. dare.* ita tenet & declarat Innocent. *in cap. literis de restitut. spoliat. 2. columna numero 6.* tenet etiam & declarat Alexand. *in dicta l. 3. penultim. columna.* facit etiam text. *in l. si stillicidij §. fin. cum lege sequenti ff. quemadm. seruit. amittant.* vbi dicitur quod si quis habet seruitutem in fundo alieno, conseruat & retinet quasi possessionem eius per vsum partis fundi; idem etiam probat text. *in l. is qui vsumfructum ff. quibus modis vsumfructus amittatur: textus in l. arboribus §. de illo ff. de usufructu.* & ibi communiter Doctores, & si dicas quod ista iura loquuntur in retinenda & conseruanda seruitute iam quaesita, & in esse deducta, & quasi possessione eius: non verò in acquirenda de nouo: respondeo quod eadem ratio videtur in vtroque casu cum non tractetur de praedicio alterius possessoris fundi, sed de eius voluntate & consensu quaeratur vel retineatur: & ex ista consideratione & ratione & non alia hoc expressè tenet Bartol. *in dict. l. 3. final. colum. ff. de acquir. possess.* vbi dicit quod si quis vult quaerere iurisdictionem & quasi possessionem eius in aliquo territorio vel castro, illam quaerit si exerceat solum vnum actum de voluntate & consensu domini habentis ipsam iurisdictionem, alia si vult eam acquirere ex propria persona sine consensu & voluntate domini, tunc per vsum & exercitium alicuius actus iurisdictionis non acquirit totam iurisdictionem, sed tantum quaerit iurisdictionem & quasi possessionem illius certi actus: quam sententiam & conclusionem Bart. sequuntur indifferenter omnes Doctores *in dicta l. 3. de acquir. possess.* idem Bartol. Alber. Angel. & communiter Doctor. *in dicta l. 1. §. Iulianus ait, ff. de itin. act. que priuat.* quem legit Bartol. *in §. praecedenti.* Aduertendum tamen, quod contra communem intellectum quem assignaui ad text. *in dicta l. 3. ff. de acquir. possess.* & ad text. *in dict. §. Iulianus ait,* se offert subtilis difficultas: nam sequeretur quod si quis emerret rem à non domino bona fide: vel alio titulo, haberet & intraret fundum in certa parte pro quaerenda possessio

possessione, non potest præscribere alias partes, nec eas possidere: quia tunc possessio non est quæsitæ de voluntate domini: sed notabiliter respondeo, quod imò quæritur possessio & præscriptio in aliis. Nec obstat textus in dicto §. *Julianus*, & communis intellectus eius: quia debet intelligi respectu seruitutis quæ potest respicere magis unam partem fundi: secus verò in dominio, quod respicit uniformiter totum fundum, quod declaro sic, nam quando agitur de quærenda seruitute ingressus non videtur habere animum possidendi in aliis partibus, sed quando agitur de quærendo dominio ingressus, videtur habere animum possidendi totum fundum, & ita præsumitur, ideo per ingressum partis quæritur possessio in omnibus & per consequens dominium & præscriptio. Unum tamen est, quod licet per ingressum alicuius glebæ vel partis fundi censeatur quæsitæ possessio totius fundi, ut supra dictum est, tamen illud est verum & procedit, quando totus fundus est vnicus & contiguus. Confirmatur nouiter & subtiliter, quia seruitus afficit & respicit aptitudine & effectu totum fundum vel quamlibet eius partem & glebam, tam ex parte videntis quam patientis: ideo meritò quando agitur & tractatur de ea quærenda mediante præscriptione contra voluntatem domini ipsius fundi seruitutis coarctatur & restringitur, ut non extendatur ad alias partes. Quando verò agitur de quærendo dominio mediante præscriptione per ingressum partis, quæritur possessio & præscriptio in toto fundo: quia uniformiter & virtualiter respicit in totum fundum pro indiuiso, & non magis unam partem quam aliam, & concurrunt voluntas ipsius acquirentis & ipsius concedentis, & militat ratio & propria decisio text. in dicto l. 3. ff. de acquir. possess. Rursus etiam confirmatur: quia illud quod operatur & disponitur à iure in titulo concessio & habito à domino respectu domini quærendi habet locum in titulo habito à non domino respectu quasi domini quærendi, ut in l. *clauibus*, ff. de contrab. empr. & in l. *qua ratione* §. *si quis* ff. de acquiren. rerum dom. & in l. *eum qui* §. 1. ff. de supliciar. & in §. *item si quis instit.* de rerum diuis. & in §. *ex his per quas personas*, & vtròque communiter Doctores & notatur in l. *Pomponius* §. *si iussu* ff. de acquiren. possess. & in §. *sed iste quidem* Institut. de actionibus, sed respectu domini per ingressum partis quæritur possessio & dominium in toto fundo, ergo similiter respectu quasi domini.

38 Sed necessariò quæro: quid si sunt plures fundi diuersi, & distincti, an per ingressum vnus fundi vel partis eius cum animo & voluntate quærendi omnes, acquiratur possessio omnium? in quo subtili & necessario articulo resolutiue dico sic, quod si alij fundi sunt eiusdem naturæ & quantitatis, ut plures fundi rustici ad arandum & seminandum, per ingressum vnus vel partis eius acquiruntur cæteri etiam si inter se diuisi sint per limites, sepes, vel fossata quia illa non est propria & realis diuisio, ut faciat plures diuersos & distinctos fundos de per se, sed sit tantum gratia commodioris culturæ, argumento text. in l. *Caius Seius* 6. *Titius*, ff. de legatis 2. vbi si testator simpliciter legauit fundum Seianum quem per partes locabat, omnes partes veniunt in legato: quem textum ad hoc reputat ibi vnicum Alberic. & commendant cæteri Doctores, notat etiam Gloss. ordin. ibi Doctor. in l. *inbemus* la 2. *Codice de sacrosanct. Ecclies.* si verò sunt fundi penitus distincti & separati, ut fundus rusticus, vinea, hortus, nemus, mons, pratum, vel pascua, & à fortiori si sit fundus urbanus, ut domus, ædificium, vel quid simile tunc per ingressum, vel apprehensionem vnus vel partis

eius, non quæritur possessio aliorum: sed oportet particulariter in quolibet fundo intrare & quætere possessionem, etiam si ea intentione & animo intret, ut in omnibus velit quætere, etiam præcedente titulo: & licentia domini adhibita in absentia rerum: vel dato quod res sint vacantes, quia cessat ratio & intentio text. in dicta l. 3. ff. de acquir. possess. quia apertè fundat se in continuatione vnus & eiusdem rei, vnde eo casu quo fundi sunt distincti & separati, non habet locum nec procedit illa lex: & hoc expressè voluit in quantum dicit, ut totum fundum usque ad terminum velit possidere, & istam doctrinam & resolutionem, licet non sic specificè declaratam, tenet Gloss. ordin. notabilis in dicta l. 3. ff. de acquir. possess. in gloss. fin. fin. quest. & ibi Bart. 2. column. numero 4. Cumanus 2. column. post medium. Alexand. 6. column. numero 21. Socinus fin. column. in fin. Iason. 5. column. num. 30. Vincent. 15. column. num. 30. idem Bart. in l. *rectè dicimus* §. *fin.* ff. de verb. signif. Dinus in cap. 1. de reg. iur. in 6. 7. column. 4. quest. Angel. in l. *licet*. Cod. de acquir. poss. 1. column. in fin. & ibi Bald. 1. lectura 2. column. num. 5. & ibi Salic. fin. column. in medio. Innocent. vno verbo in cap. *dilectus de capel. monach.* 1. column. Speculator in titul. de primo decreto §. *iam defectu versic. sed quæritur*. Ant. de Butt. in cap. *litteris de restit. spol.* 10. n. 30.

Aduertendum tamen est, quod istam communem doctrinam & conclusionem superiorem ego singul. limito, & intelligo modis sequentibus. Primò quod licet per ingressum & apprehensionem vnus fundi vel partis censeatur quæsitæ possessio in omnibus aliis fundis eiusdem naturæ & qualitatis, tamen illud debet intelligi quando omnes illi fundi vno & eodem nomine nominarentur: secus verò si quilibet haberet proprium nomen distinctum, & haberet limites suos distinctos, & tunc etiam si sint fundi eiusdem naturæ & qualitatis & omnes sint contigui, quæsitæ possessione in vno vel parte eius, non censeatur quæsitæ in aliis: quia per diuersitatem nominis censeatur inter se fundi distincti, & separati: ita probat mihi text. notab. & expressus in d. l. *Caius* §. *Titius de legat.* 2. ibi vnus & idem fundus iudicatur, quando vtraque pars fundi nominatur vno & eodem nomine: ergo apertè dat text. intelligere, quod si diuerso nomine nuncupantur, reputantur diuersi fundi: si diuersi, ergo apprehensa possessio in vno, non censeatur quæsitæ in aliis, & ita illum text. intelligit ibi solus Paul. de Castr. qui subdit, quod si totus fundus continuabatur nulla facta diuisione, tamen singulæ partes habebant singula nomina, & testator legauit simpliciter fundum sub nomine vnus partis, non censeatur legasse omnes partes, sed tantum illam nominatam, quod est singulare, & dicit sibi contigisse de facto, facit etiam bonus text. in l. *quod in rerum* §. *si quis poss.* de legat. 1. text. in l. *locus* ff. de verborum significatione. Secundò intelligo prædictam communem doctrinam, quando fundus eiusdem qualitatis & naturæ esset, tamen diuisus per limites: quia in dubio semper censeatur vnus, ut dixi: secus tamen si esset diuisus aliquo magno & notabili signo, puta quia pars fundi esset vallata & confirmata aliquo ædificio: quia tunc iudicaretur diuersus fundus & apprehensa possessio in vno, non censeatur apprehensa in aliis, etiam si omnes eodem nomine nuncuparentur, argumento text. in d. §. *Titius* & ibi expressè tenet Paul. de Castro.

Tertiò intelligo prædictam communem doctrinam quando talis fundus eiusdem qualitatis & naturæ esset contiguus: secus verò si interuallum esset in medio, ut quia vnus est in vno loco & regione, alius in alio: nam licet eodem nomine nuncupentur, apprehensa possessio vnus, non censeatur quæsitæ in alio: ita probat textus notabilis in l. *si quis duas* §. *si quis*

quis partem, versicul. planè, ff. commun. prædior. textus in l. communi diuidendo, §. Neratius, ff. commun. diuid. & in terminis ita tenet Bartol. in l. 1. ff. de rebus dubiis, 2. column. numero 3. & ibi Paul. 1. column. numero 2. & communiter Doctores, ita intelligendo textus in d. §. Titius, & tenet etiam Paul. in eodem §. Titius. Quartò intelligo prædictam communem doctrinam, quod per ingressum fundi non quæritur possessio aliorum fundorum, quando quis vult quære possessionem per actum verum & naturalem possessionis mediante titulo, vel quia res sunt vacantes: secus verò si quis vellet acquirere possessionem per visum & aspectum oculorum, fundis existentibus in præsentia: quia tunc modò sint penitus distincti & separati, modò non potest illam acquirere concurrente voluntate tradentis, argumento textus in l. 1. §. si iusserim, ff. de acquirend. possess. & in l. quod meo, §. si venditorem, eod. titul. ita tenet & declarat solus Romanus in l. 3. eodem titul. 2. column. Ex quibus infertur notabiliter in practica, quod quando iudex vel executor mittit aliquem in possessionem plurium fundorum, debet seruari, prædicta distinctio: nam si fundus est vnus & continuus, sufficit mittere in vno vel in aliqua parte: si verò sunt plures realiter distincti, ex causis vel rationibus superioribus non sufficit mittere in vno vel in aliqua parte pro aliis, sed particulariter debet mittere in quolibet eorum: quod apertè fundatur ex superioribus: & in terminis tenet Speculator in titul. de primo decreto, §. iam de effectu, versicul. sed queritur præterea, ex superioribus etiam infertur, quod si hæres postquam est factus dominus per aditionem hæreditatis vellet apprehendere possessionem rerum hæreditariarum, debet seruari prædicta distinctio: nam si sunt plures fundi qui iudicantur vnus & idem, sufficet apprehendere possessionem vnus vel partis eius pro omnibus: si verò sunt plures fundi distincti, ita vt supra declaratum est, tunc non sufficit vnum apprehendere pro omnibus, sed particulariter debet apprehendere possessionem in quolibet eorum: ita expressè tenet Andreas de Ifern. in titul. quid sit inuestitura, in 2. column. in fin. & in princip. 3. in vsibus feudorum, Alexand. in dict. l. 1. ff. de acquirend. possess. 6. column. numero 22. Iason ibi 6. column. numero 31. pro qua sententia in specie facit textus in l. 1. §. veteris, supra eod. textus in l. qui absentis, §. final. textus in l. prædia, eodem titul. quibus probatur quòd apprehensa possessione vnus rei hæreditariæ, non censetur quæsitæ possessio in aliis rebus, nisi particulariter apprehendatur. Nec obstat textus ille notab. in l. restituta, ff. ad Trebellian. vbi disponitur quòd restitutione vnus tantum rei hæreditariæ facta per hæredem grauatum in fideicommissarium, inducit plenam restitutionem in omnibus aliis rebus: quia ille textus debet intelligi respectu ipsius iuris vniuersalis, vt statim efficiatur dominus omnium rerum hæreditariarum, quia cum verbalis restitutio sufficeret vt ibi: meritò sufficit traditio & restitutio vnus rei, sicut dicimus in hærede directo: quia aditio hæreditatis & actus gestus in vna sola re hæreditaria, qui non potest fieri citra ius & nomen hæredis: inducit aditionem in tota hæreditate vniuersali, textus est in l. si quis mihi bona, §. sed quid si mandauit, ibi, aut rem hæreditariam distrahatur, ff. de acquirend. hæred. textus in l. gerit cum mater. textus in l. pro hærede, textus in l. si ex asse, eodem titulo, secus tamen est in acquisitione possessionis, quia vna restituta per hæredem grauatum vel vna re apprehensa per hæredem directum, non quæritur possessio in aliis, nisi expressè apprehendatur: ita expressè tenet Bartol. in d. l. restituta, in princ. & ibi communiter Doctores

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

Dynus in cap. 1. de reg. iur. in 6. 4. quæst. & ista est intentio Bartol. in l. 3. supra eod. 2. column. num. 4. & ista est veritas: & facit expressè textus in l. cum hæredes infra isto titul.

Item iuxta prædicta notabiliter quæro si hæres vel alius successor vniuersalis vellet quære possessionem rerum mobilium existentium in aliqua domo, vel re, vtrum sufficiat apprehendere possessionem ipsius domus vel rei in qua prædictæ res mobiles continentur? Et breuiter dico quod sic, quia qui possidet continens, videtur possidere contentum: argumento textus in l. clauibus, ff. de contrahend. empt. vbi apprehensa possessione clauium, sub quarum custodia sunt merces vel aliquæ res, statim quæritur possessio earum: ergo melius & à fortiori apprehensa possessione domus vel rei continentis in se res mobiles censetur quæsitæ possessio earum, si ad hoc concurrat animus: & ex isto fundamento & ratione ita singul. tenet Bartol. in l. de his, Cod. de furtis, 1. column. num. 1. Alexand. in l. 3. ff. de acquir. possess. fin. col. num. 27. Socin. ibi, pen. col. in medio, reputans esse notabile Iason ibi pen. column. num. 33. pro qua sententia facit bonus textus in l. si ego, §. dotis autem causa, vers. quid enim interest, ff. de iure dotium, vbi dicit textus quod paria sunt, quod res alicui tradantur, vel quod de voluntate eius ponantur in aliqua domo sua, quem etiam ad hoc considerauit Bald. in dict. l. de his, facit etiam text. qui non allegatur in l. quod meo, §. si venditorem, §. si venditorem, ff. de acquir. possess. in principio, qui expressè hoc probat, facit etiam expressus & notabilis textus qui ab aliquo non consideratur in l. 3. §. item feras, eod. tit. in versic. aliquin, &c. vbi dicit quod si emo syluam alterius, in qua sunt animalia, quod non possideo illa ex eo quod dominus vendens non possidebat: ergo si dominus possideret, ego emptor possidendo syluam possiderem animalia: facit etiam ultra eum optimus textus in l. 1. §. planè si qua res iuncto, §. superiori, ff. de vi & vi armat, vbi dicitur quod licet interdictum illud vnde vi, non competat pro violentia facta in re mobili, sed tantum pro re immobili, tamen si fiat violentia in re immobili in qua sunt aliquæ res mobiles, benè competit illud interdictum, etiam pro illis rebus mobilibus & sic idem iudicatur de rebus mobilibus contentis sub aliqua domo vel re immobili quod iudicatur de ipsa re immobili, quasi accessoriæ habeantur ad ipsam: nec superiori conclusioni obstat textus in l. qui vniuersas, in princ. ff. de acquirend. poss. vbi qui possidet domum, non possidet singulas res ibi contentas: quia ille textus loquitur de rebus coherentibus suo integrali, quæ per se non iudicantur: vnde non possidentur singulariter sed in concreto: sic ita ibi Ang. de Perus. Roman. & Doct. facit l. eum qui adem in princ. & l. rerum mixtura, in princ. infra de vsucap.

Item circa prædicta subtiliter quæro, quid si aliquis intrauit fundum vel partem eius, vel occupauit rem animo & intentione continuandi possessionem, cum ex aliqua causa crederet eam adeptam, quam antea nunquam adeptus fuit, an ex tali actu & apprehensione videatur quære possessionem de nouo & exemplum huius quæstionis potest esse, si lapsu memoriæ credidit apprehendisse possessionem, vel sibi persuasum est procuratorem eius accepisse, vel perdiderat possessionem in absentia per lapsum decennij, vel aliàs quæst. Glos. singul. & ordinar. in l. 3. ff. de acquirend. possess. in gloss. 3. in fin. expressè tenet quod non videtur acquirere de nouo, quia semper in acquirenda possessione necessariò requiritur animus & intentio quærendi, vt est textus in dicta l. 3. & supra probaui, qui animus in præsentia deficit, ergo non quæritur possessio: & istam con-

Z 2 clus.

clus. Gloss. tenet ibi Iacob. de Arena, Raynerius, & Alber. 2. column. in princip. pro quibus facit etiam text. in l. 3. paragrapho subtilius ff. de cond. ob caus. vbi ille qui tradidit eam tuam alteri credens esse eius cui tradidit, non transfert dominium in eum. Secundò facit text. in l. his qui putat. de acquir. hered. vbi ille qui se immiscet hæreditati, credens esse necessarium hæredem, non videtur adire. Sed his non obstantibus contrarium est tenendum, imò quod ille qui intrauit animo continuandi, quærit possessionem de nouo: ita tenet Bartol. reprobando illam Gloss. in dicta l. 3. 1. column. numero 2. Paulus ibi in fin. Imol. 2. column. post princip. Angel. ibi in fin. notabiliter Romanus in 2. column. post princip. Aretin. 3. column. in princip. Cuman. 2. column. post princip. Alexand. 4. column. numero 18. Socin. 3. column. post medium Iaf. 4. column. numero 21. Vincent. 11. column. num. 31. Cuman. in l. sed si nolit. eod. titul. 1. column. post medium. Bartol. in l. gerit. ff. de acquir. hered. penult. colum. post princip. idem Bart. in l. sequitur §. de illo ff. de vsucap. & ibi Imol. idem Bart. & eal. sequitur §. item Labeo. & ibi Angel. & Cuman. Bart. in consil. 206. 1. column. in medio. vbi dicit quod nullus reprehendit illam Gloss. nisi ipse Bald. in rub. extra de prescript. 3. column. numero 16. Salicet. in l. licet. Codice de acquir. possess. fin. column. in princip. Alexand. in consil. 14. 3. col. in princip. 5. volum. pro qua commun. sententia. 1. facit text. notab. iunct. Gloss. penult. in l. 2. commun. vtriusque iuris. vbi si partes confirmant sententiam ipso iure nullam, talis confirmatio licet non valide sententiam, tamen inducit obligationem de nouo vt obseruetur vi pacti vel contractus, & in suo casu ille text. est singul. in iure secundum Bald. ibi, & ad hoc notat & commendat Bartol. Paul. & communiter Doct. ibi Bart. Paul. & commun. Doct. in l. 1. Codice qui pro sua invidic. sic ergo dicamus in nostro casu, quod ille qui intendit conseruare & continuare possessionem quam putabat habere, videatur acquirere de nouo. Secundò pro ista sententia & conclusione communi facit text. in l. posthonus §. si paganus ff. de iniusto rupto & in l. si quis priore ad Trebell. vbi si quis in secundo testamento approbat primum quod erat nullum, licet talis confirmatio non valeat, tamen inducit de nouo restitutionem bonorum per fideicommissum. Tertio facit text. in l. quod vulgo ff. pro emptore & in l. qui ob passionem & in l. seruus eodem titul. quibus probatur, quod si recipio rem à seruo meo tanquam prius sibi traditam, & per eum mihi quæsitam, cum non esset talis animus continuandi, inducit acquisitionem de nouo: ergo sic dicamus in nostro casu. Quarto pro hac sententia facit bonus text. in l. si in venditione in princip. ff. de comm. pradior. vbi si vendens fundum excipit seruitutem quæ nulla erat, potest eam, constituere de nouo, & sic animus conseruandi operatur acquisitionem de nouo & illum text. pro nostra communi opinione considerat ibi Angel. de Perus. & notabiliter Paul. de Castr. ibi 2. column. n. 3.

Quintò pro hac sententia & conclus. facit text. singularis in l. si quis mihi bona §. sed quid si mandauit. ff. de acquir. heredit. vbi disponit quod si pater credebatur filium agnouisse bonorum possessionem quam non agnouit & ratum habeat: illa rati habitio ad confirmandum actum qui non præcessit inducit mandatum de nouo, vt filius possit adire vel agnoscere ergo si dicamus in nostro casu, vt talis actus inducat acquisitionem possessionis de nouo: & in expresso & commendat ibi Paul. de Castr. Imol. Aretin. & Alexand. nec est similis in iure secundum Iason. ibi 2. col. n. 9. & ad hoc illum text. reputat singularem Aretin. in l. legat. inutiliter ff. de leg. 1. 2. col. reputat etiam singularem Iaf.

in l. 1. §. si quis ita interroget. ff. de verbor. oblig. 7. col. num. 17. Sextò pro hac sententia & conclusione ego considero viam rationem: quia in dependentibus ab animo nostro, vnus actus seu dispositio ex sola voluntate nostra conuertitur in alium: textus est singul. in l. cum quidam. ff. de bonor. possess. vbi dicit quod legitimus successor ab intestato qui egit querela falsi contra testamentum alicuius defuncti, & probauit intentionem suam, visus est adire, quem ad hoc notat & commendat ibi Bart. Alber. & commun. Doct. antiqui. idem Bart. in l. quemadmodum. ff. de inoffic. testament. idem Bartol. in l. gerit. ff. de acquir. hered. 5. column. facit etiam textus in l. filiusfamilias §. vt quis heredem ff. de legat. 1. text. in l. ex facto. ff. de Trebellianum. textus in l. qui filium eodem titulo. Si ergo dicamus in proposito quod actus retinendæ possessionis conuertatur in effectum acquisitionis, cum solum hoc pendeat ab animo gerentis: nec obstat ratio in qua se fundabat Gloss. ordin. in d. l. tertia. & Doctores eam sequentes scilicet, quod isto casu deficit animus & voluntas possidendi: quia ille qui vult continuare possessionem aperte vult possidere, & iura non requirunt animum acquirendi de nouo, sed tantum simpliciter possidendi: ita subtiliter respondet & declarat Bart. in d. l. tertia & communiter Doctores vbi supra, pro qua consideratione est casus melior de iure in l. 1. §. adipiscimur. ff. de acquirenda possessione ibi, quia affectionem tenendi non habent. textus in §. per procuratorem, eiusdem legis, ibi, animum possidendi. text. in l. 2. §. Neratius, eodem titulo, ibi, atque possidendi affectum, neque obstat etiam text. in lege tertia, paragrapho subtilius, ff. de conditione. ob caus. quia ibi dominus qui tradebat rem non intendebat à se abdicare dominium eius, in casu quò esset sua: sed solum restituere eam tanquam alienam, vnde accipiens non potuit quærere dominium: argumento text. in lege id quod nostrum. ff. de regul. iuris, secus vero in nostro casu, vbi possessio erat vacans, & talis quæ potuit quæri animo & corpore ingredientis vel occupantis, vnde meritò, illam quæsiuit: quia interuenerunt necessaria, scilicet actus corporeus & animus possidendi, licet crederet continuare & non acquirere de nouo: & ista est intentio Bartol. Imolæ, Romani, & modernorum, in d. l. tertia, licet sic non declarent: nec obstat etiam textus subtilis, in lege is qui putat. cum lege sequenti. ff. de acquirenda heredit. de quo nimis dubitat Paulus, Imola, & moderni in d. l. tertia: quia respondeo punctualiter & verè, quod ibi hæres ex errore credebatur gerere actum necessarium, quem euitare non poterat, cum credebatur se necessarium hæredem, & repudiare non posse: & fortè si sciret se voluntarium non adiret: vnde idè ille animus continuandi non inducit acquisitionem de nouo, quia in aditione hæreditatis oportet quod quis intelligat causam suæ aditionis, vt in l. quod si dubitet. eodem titul. cum similibus, ita aperte tenet & declarat Gloss. Bartol. & communiter Doct. in dicta lege is qui putat. & declarat Iason. in dict. lege tertia, ff. de acquirenda possessione. 5. col. in medio.

Et ex superioribus infertur ad notabilem & subtilem quæstionem: qualiter acquiratur possessio in iurisdictione? In qua resolutiue propono tres principales, veras & communes conclusiones. Prima conclusio, quod si quis habet titulum vel ius in aliqua villa, castro, vel territorio, per ingressum eius & naturalem apprehensionem edificiij non videtur acquirere possessionem iurisdictionis, etiam concurrente voluntate domini concedentis, vel concurrente legitimo titulo, ex contractu vel vltima voluntate: quia vnum est longè diuersum ab alio, vnde requiritur

requiritur vsus & exercitium iurisdictionis, argumen-
to text. in l. quoties, la secunda ff. de seruitut. & in l. 2.
cum materia. Codice de seruitut. & aqua, & in expres-
so istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. in dicta
l. 3. ff. de acquirenda possess. final. column. & quest. &
ibi Vincent. tenet fin. column. numero 51. licet Alexan-
der ibi penult. column. tepeat contrarium, imò quod
per ingressum castri, & naturalem apprehensionem
ædificij quærat possessio iurisdictionis, & dicat
quod ista est intentio Bartol. & idem tenet Socinus
ibi, fin. column. in fin. sed aduertendum subtiliter,
quia contra hoc videtur facere text. in lege tertia,
versiculo, dare. ff. de usufructu, vbi habetur quod per
ingressum fundi vel partis de voluntate concedentis
vel hæredis, acquiritur ius incorporale usufructus
vel alterius seruitutis sine aliquo vsu, vel exercitio,
vt latius dixi & fundavi suo loco: sed respondeo
quod ibi loquitur in usufructu vel alio iure seruitutis
reali vel mixto quod cohæret rei, vel rei & personæ:
nostra verò conclusio loquitur in iurisdictione quæ
est merè personalis, & principaliter cohæret personæ:
licet debeat exerceri in territorio, vt plenè & ma-
gistratraliter tradit Bartol. in lege prima, ff. de iurisd. om-
nium iudic. in fin. & ibi communiter Doctor. Secun-
do etiam contra hoc videtur obstare, quia possessa
vel præscripta re principali, censentur in consequen-
tiam possessa, & præscripta omnia eius accessoria,
text. est, in lege si aliena, §. primo, ff. de vsuc. vbi ha-
betur quod præscripta re, censetur præscripta serui-
tus etiam discontinua: quem ad hoc notat & com-
mendat Bart. & commun. Doctor. ibi, qui notabili-
ter ex eo inferunt quod præscripto territorio, cense-
tur præscripta eius iurisdictione, quod necessario intel-
ligo etiam si medio tempore nullus actus iurisdictionis
exerceatur, idem etiam tenet Bart. in l. quibus ff. de
legib. in repet. secunda column., prima oppositio. & su-
per eo communiter Doctor facit etiam bonus & sin-
gularis text. in l. eos. Cod. de vsuris, vbi disponitur
quod præscripta re censentur in consequentiam præ-
scripti fructus ex ea percepti, quem ibi ad hoc notant
& commendant Doctores, tenent etiam Doctor. in l.
sequitur, §. fructus, ff. de vsucap. facit etiam textus in
l. via constitui, §. si fundos, ff. de seruitut. rusticorum
pradio, cum similibus, vbi habetur quod seruitus non
consideratur de per se, sed est quædam qualitas quæ
accessoriè transit cum ipso fundo & re principali: quia
notabili, respondeo quod illud est in accessorio for-
mato & in esse producto, vt seruitus vel simile ius
quod omnino cohæret prædio: secus tamen est in iu-
risdictione quæ principaliter non cohæret prædio, sed
personæ, vt supra dixi. Vel aliter & secundo loqui-
tur in re omnino accessoria quæ sine principali stare
non potest: secus verò in iurisdictione quæ non est
accessoria, sed ius æquè principale. Vel aliter & ter-
tiò, quod illud procedat respectu proprietatis, non
verò respectu possessionis, vt in nostro casu & con-
clusionem: quod sequor tanquam verissimum & sin-
gulare: cuius declaratio est, quod præscripta re fun-
do vel territorio, censetur præscripta seruitus vel iu-
risdictione annexa vel cohæres respectu proprietatis, vt
habeat ius & titulum in ea, non tamen dicitur esse in
actuali possessione, nec competunt sibi eius remedia.
Secunda conclusio, quod si quis exercet vnum actum
iurisdictionis de voluntate domini concedenti quæri-
tur possessio genericè & absolutè in omni iurisdictione
& gradibus eius, argumento text. in lege si stillici-
dy §. finali cum lege sequenti. ff. quemadmodum seruit.
amitt. textus in lege secunda, eodem titulo textus in lege
is in quibus ff. quibus modis usufructus amittatur. vbi
habetur, quod ille qui vitur seruitute in parte fundi
seruientis retinet, & conseruat totum ius seruitutis.

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

Sed certè illa iura non concludunt, quia loquan-
tur in retinenda & conseruanda possessione iam quæ-
sita: non verò in quærenda de nouo: & facilius iu-
ra nostra conseruamus quam acquiramus de nouo, vt
in lege 1. §. quod autem ff. de superfic. in lege patre su-
uioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris cum simili-
bus: sed melius facit text. in dicta lege 3. ff. de acqui-
renda possess. arguendo de re corporali ad incorpora-
lem: vbi per apprehensionem partis quæritur pos-
sessio totius: sic ergo dicamus in iurisdictione, quod
quæsitæ possessione in vno actu virtualiter, & exten-
siuè quærat in omni iurisdictione: & in expresso
istam sententiam & conclusionem tenet Bart. in dict.
l. 3. in fin. & ibi commun. Doct. Paul. de Cast. nota-
biliter in lege restituta, ff. ad Trebellian. & ibi alij Do-
ctores. Specul. in titul. de iurisd. omnium iudicum §. 1.
penult. column. versicul. illud etiam notat. Innocent. in
capit. dilectus de capel. monach. 1. column. versic. & po-
test induci. Abbas in cap. cum olim de præscript. penult.
column. n. 6.

Tertia conclusio, quod si quis exercet vnum actum
iurisdictionis contra vel præter voluntatem domini,
solum quærit possessionem illius actus & similibus
eiusdem gradus & qualitatis argumento text. in leg. 1.
§. Iulianus ff. de itinere actuque priuato. vbi habetur
quod si quis exercet actum seruitutis in parte fundi,
in ea tantum parte quærit possessionem, non verò in
aliis ergo ita dicamus in iurisdictione, & in expresso
per illum textum ita tenet ibi Bart. Angel. & com-
muniter Doctores idem Bart. in d. l. 3. in fine, & ibi
communiter Doctores, facit etiam text. notabiliter
in l. quod meo. §. fin. ff. de acquir. possessio. Ex quo in-
fertur utilis & notabilis effectus, quod præscriptio
vno actu iurisdictionis ille solus censetur præscriptus,
& alij consimiles eiusdem qualitatis gradus, & speciei,
non verò alij maioris gradus vel minoris, vnde cum
iurisdictione simpliciter, & absolutè sumpta contineat
in se tres gradus vel species iurisdictionis merum im-
perium, mixtum imperium & simplex iurisdictione: si
quis præscripsisset vnum actum de mero imperio, pu-
ta cognoscendi & condemnandi de homicidio, &
numquam exercuit alium actum maiorem vel mino-
rem, completa præscriptione poterit exercere omnes
alios actus & casus similes quibus venit imponenda
pœna mortis: non verò alios, scilicet, mutilationis
membri, relegationis, vel causarum ciuiliu: & in
expresso istam sententiam & conclusionem tenet
Bart. in dict. l. 1. §. Iulianus, quem legit in §. si quis hoc
interdicto, ff. de itinere actuque priuato. & ibi Angel. &
alij Doctor. Alexand. in dict. l. tertia penultim. column.
in medio, & ibi commun. alij moderni Innocent. in
cap. dilectus de capel. monach. 1. column. numero 3. ver-
sicul. & hoc est verum. idem Innocent. in cap. dilecto.
de offic. archid. secund. column. num. 6. Abbas. in cap. au-
ditis. de præscript. 3. column. numero 9. idem Abb. in
cap. cum ita in tua de decimis, in fin. Alberic. in l. impe-
rium. ff. de iurisd. omnium iudicum. 14. column. nu-
mero 25. versicul. Item quaro. & ibi Bald. 4. column.
versicul. circa ultimam. Ias. 12. column. numero vige-
simo tertio, qui dicit hanc esse commun. opin. Cuius
in l. 1. Codic. de man. lib. fin. column. & quest. Franc.
Balb. in tractat. præf. secunda parte 2. quest. 8. fol. Nec
obstat text. in l. nec ea ff. ad l. Iulian. de adult. vbi
ille cui competit ius occidendi, competit ius offe-
rendi & afficiendi qualibet alia iniuria: quia rei-
pondeo quod illud est quando vindicta vel ius oc-
cidendi competit à l. de iure communi: secus ve-
rò si competit ex præscriptione, quia illa est odio-
sa & restringenda. Vnum tamen est quod præscri-
pto actu absoluendi censetur præscriptus actus con-
demnandi, argum. text. in l. solent. vers. 1. ff. de offic.
procon.

procon. vbi ille qui potest absoluere, potest condemnare & extra textus in leg. 3. ff. de re iud. & in expressio ita tenet Alb. in dict. leg. imperium 6. col. n. 14. ibi Bald. 4. col. & commun. Doct.

43 Circa prædicta tamen se offert pulchra & subtilis quaestio, si vna possessio possit quaeri sine alia: in quo articulo breuiter & resolutiue considero sequentes conclusiones. Prima conclusio, quod quando possessio sola naturalis vacat, ingressus potest solam illam quaerere sine civili: textus est formalis, qui istam conclus. probat in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquirenda possessione. vbi absens retinet possessionem civilem in animo, & tamen ingressus acquirit solam naturalem vacantem, similiter etiam si possessio sola civilis vacaret, & naturalis esset occupata, puta à fructuario, feudatario emphyteuta, vel simili persona, ingressus quaereret suam illam civilem, & in expressio istam conclus. probat Gloss. ordin. reputata singularis in dict. l. clam possidere, §. qui ad nundinas, in gloss. 3. quam sequitur & reputat ibi singularem Aretinus, 1. column. post medium. Paul. de Castr. Imol. & Cumanus, 2. column. Socin. 5. column. versic. ex qua tamen postremo notabis, tenet etiam & commendat Angel. de Perus. Roman. & Aret. in l. quemadmodum, eod. titul. & notabiliter ibi Doctor. de Segura, 6. col. versiculo infertur & 2. & tandem ista est communis opin. quam ego teneo & sequor: licet Bartol. aperte velit contrarium, in d. §. qui ad nund. 1. column. versic. istud quod gloss. dicit non est bene dictum: & Iason. ibi 8. col. num. 37. arguit ad partes & relinquit cogitandum, nec obstat si subtiliter dicas, quod possessio civilis sola non potest vacare: quia statim ipso iure quaeritur habenti naturalem & consolidatur cum ea: vt est Gloss. singul. & ordin. in l. sed si nolit. ff. de acquirenda possessione. & ibi commun. opinio, quia respondeo quod necessario debet intelligi illa Gloss. quando habens naturalem habet animum quaerendi vtramque possessionem: secus verò quando ex natura actus vel contractus vel ipsius rei colligitur à principio, quod habens naturalem non intendit habere civilem, vt patet in personis & exemplis superioribus, secus verò si simpliciter ingrediatur animo quaerendi vtramque & tantum quaereret naturalem quæ sola vacabat: nam si postea civiliter possidens, animo desinat possidere civiliter, ipso iure quaeritur ei: & ita procedat & intelligatur Gloss. & communis opinio, in d. l. sed si nolit. & certè est vera & subtilis declaratio ab alio non tacta. Secunda conclusio, quod quando vtraque possessio est occupata & est penes aliquem, bene potest alteri quaeri vna possessio sine alia de voluntate partium expressa vel tacita ex natura vel qualitate actus, mediante actu vero vel ficto: istam conclusionem probat mihi textus notab. in leg. & habet, §. final. versiculo placet, ff. de precario, iuncta Gloss. & commun. opin. vbi in contractu precarij transit sola possessio naturalis in accipientem, & remanet civilis in concedente: textus in l. quisquis Cod. de donatione. vbi per retentionem vsusfructus transfertur sola civilis in alium, & remanet sola possessio naturalis penes concedentem, textus in l. 3. dare ff. de vsufructu, vbi per inductionem in fundum transit ius vsusfructus, & per consequens naturalis possessio in fructuarium, & remanet civilis penes proprietarium, textus in l. locum versic. proprietarius, ff. de vsufructu, textus in lege tertia, §. si heres, ff. de vsufructu. quemadmodum caus. vbi proprietarius potest vendere, vel alienare suam proprietatem, & tradere ipsam rem, & transferre ius suum: ergo aperte infertur quod transfertur dominium & civilis possessio sola quæ erat penes eum: bonus textus & notabilis in leg. quadam mulier, ff. de re vend. vbi per conditionem vel clausulam constituti potest quis in

alium transferre solam possessionem civilem absque naturali per quem textum ita determinat Bartol. in lege quod meo 2. colum. num. 3. ff. de acquir. possess.

Tertia conclusio, quod quando vtraque possessio 44 vacat, potest ingressus quaerere vnam quam velit sine alia, protestando se illam tantum velle acquirere: istam conclusionem probat aperte Gloss. & communis opinio quam adduxi supra in conclusione huius articuli & in specie pro hac sententia, & conclusione facit subtilis & concludens ratio, quia quando actus vel factum regulatur secundum animum & voluntatem gerentis, protestatio eius modificat & declarat illud: vt in l. qui in aliena, §. final. cum similibus, ff. de acquirenda hereditate, sed acquisitio possessionis est huiusmodi, vt in l. 3. in principio, ff. de acquirenda possess. & in l. licet. Cod. eod. titul. cum similibus ergo, &c. & ex isto fundamento & ratione istam conclusionem tenet Gloss. notabilis ordin. in leg. vna. Cod. vti possidet. in verbo nec vi, post princip. ibi, vel aliter pone exemplum, quæ habet quod actus inuasionis violenter factus in re vel possessione alterius non operatur vltra mentem & intentionem ingredientis, de qua constare potest per protestationem eius, quam ibi sequuntur communiter Doctores, similis Gloss. est in l. si duo, ff. vti possidet in gloss. 1. versicul. vel secundo pone casum, tenet etiam Bartol. qui notabil. loquitur, in leg. non solum, §. morte, ff. de oper. noui nuntiat. 7. colum. num. 30. & ibi Iason. numero 25. Anchar. in capite pastoralis, de causa possess. & prop. sexta column. numero 19. confirmatur etiam per textum, iuncta Gloss. & commun. opin. in l. certè versicul. is qui ff. de precario, vbi licet ex contractu precarij ingressus quaerat possessionem naturalem, tamen ex protestatione sua vel partium conventionem potest fieri vt nullam quaerat possessionem. Ergo idem fit quando res omnino vacat, cum tunc actus pendeat de sola voluntate ingredientis. Nec obstat si subtiliter dicas, quod hoc videtur impossibile, quia actus acquisitiuus possessionis est ingressus rei, ergo post ingressum necessario est quaesita possessio naturalis. Confirmatur, quia protestatio contraria actui, nullius est momenti, vt in cap. sollicitudinem, de appell. in cap. primo, quod met. caus. in l. 2. Cod. eod. titul. ergo vel quaeritur possessio naturalis, vel omnino vitatur ingressus vt nulla possessio quaeratur: quia respondeo notabiliter, Primò quod, quando actus qui postea fit protestationi contrarius dependet solum à facto & voluntate ipsius protestantis, vt testamentum, hereditatis aditio, & acquisitio possessionis, tunc per talem actum contrarium non tollitur præcedens protestatio, vt in dicta l. qui in aliena, paragrapho final. ff. de acquirenda hered. in l. si quis in principio testamenti, ff. de legat. tertio, si veto ille actus protestationi contrarius celebratur cum aliquo tertio, tunc per illum videtur à protestatione recedere & ita procedat textus in dict. cap. sollicitudinem, cum similibus, & istam doctrinam & theoreticam per prædicta iura tradit magistraliter Bartol. in leg. non solum, paragrapho morte, ff. de operis noui nuntiat. 4. column. numero decimo septimo, & 5. colum. num. 22. & super eo communiter Doctores, sed acquisitio possessionis dependet solum à facto & voluntate ipsius protestantis, ergo &c. Vel aliter & secundò, & valde subtiliter respondeo, quod ipse ingressus & sic actus quaerendi possessionem non est idem quod possessio naturalis, vt supra deduxi & probaui, sed est actus nudi facti mediante quo vtraque possessio quaeritur: vnde si ingressus non vult vtramque quaerere, sed tantum vnam, illa sola quaeritur.

Nec obstat etiam secundò, si subtiliter replices quod per ingressum non potest quis quaerere solam naturalem sine civili, quia cum civilis sit illa quaeritur

animo retinetur & conseruatur vel deperditur, vt in l. licet cum similibus. Codice isto titulo. ergo si in nostro casu ingressus non habeat animum possidendi, sequitur quod nullam querit possessionem etiam naturalem. Et similiter e contra si ingressus non habeat animum querendi naturalem, sed solam ciuilem, videtur sibi contrarius: nam vtramque querit cum habeat animum possidendi, vel nullam querit cum non habeat animum possidendi: quia respondeo quod non habet animum possidendi ciuilitate, sed bene habet animum possidendi naturaliter: & cum duplex & diuersa sit possessio & quoad diuersos effectus, bene potest actus corporeus & animus producere acquisitionem vnius possessionis sine alia, cum limitata causa limitatum pariat effectum, & actus agentium non operetur vltra eorum intentionem iuxta iura vulgaria. Ex quibus omnibus infero notabiliter, quod modò possessio sit vacans, modò ab alio occupata, potest iudex ratione sententiæ vel decreti, vel alterius causæ quem mittere in sola possessione ciuili vel in sola possessione naturali, alicuius rei secundum qualitatem actus vel negotij: nam illud quod potest fieri per partem, potest fieri per iudicem, vt in l. non est mirum, ff. de pignor. action. & in l. si ob causam. Cod. de euiction. & in expresso istam doctrinam & conclusionem tenent Gloss. singul. in l. secunda, Cod. vbi in rem actio. in gloss. prima in fin. & ibi notat & commendat Iacob. Butr. 2. columna in princip. Angel. secunda columna numero 4. reputans esse notabilem, Baldus secunda columna numero quinto versiculo de secundo constat. Salicetus tertia columna sexta oppositio. & ibi communiter Doctor. illam etiam gloss. ad hoc notat & commendat Bald. in Authent. & qui iurat. Cod. de bon. auctoritate. ind. poss. 7. colum. num. 33. Salicet. in l. nemo, Codic. de acquir. possess. final. col. in fin. Iason. in §. omnium. Instit. de action. 6. colum. n. 106.

Quarta conclusio, quod quando vtraque possessio vacat, si quis simpliciter nulla præcedente protestatione rem ingressus sic statim querit vtramque, nec tunc vna queritur sine alia: quia actus & animus non magis respicit vnā quā aliam, imò vtramque respicit: istam conclusionem probat aperte textus in l. 3. in princip. de acquirenda. possessione, cum similibus dicentibus. quod corpore & animo queritur possessio. sed illa est duplex, ergo vtraque simul queritur, quam sententiam & conclusionem declaro isto modo, quod ciuilis possessio non acquiritur mediante naturali, vel vna queratur prius altera: sed quod vtraque simul queratur per ingressum rei cum animo possidendi: & istam declarationem voluit vno verbo Aret. in dicta lege clam possidere. §. qui ad nundinas, ff. de acquirenda possessione. 1. colum. in fin. versic. sed hoc non videtur dicendum. Idem Aretinus in l. quemadmodum, eodem num. 3. & Doctor Segura in prædicta l. quemadmodum. 7. colum. ver. illud quod & in veritate fortè ista fuit mens & intentio Bartoli in dicto §. qui ad nundinas. 1. colum. versic. istud. quod Gloss. dicit, licet à Doctoribus reproberetur. & cum his remanet expeditus iste articulus, qui certè valde subtilis & notabilis est: non sic declaratus à Doctoribus.

45 Queritur etiam possessio per actus fictos, de quo articulo magistraliter & utiliter intendo tractare, quia est subtilis & quotidiana materia: & primò dico quod acquiritur possessio per visum & aspectum oculorum præcedente titulo habili, text. est in l. 1. §. si iusserim. ff. de acquirenda possess. text. melior de iure in l. quod meo, §. si venditorem, versicula aut si vicinum, eodem titulo cuius verba sunt, aut si vicinum mihi fundum venditor ex turre demonstrat, vacuamque possessionem se tradere dicat, non minùs possidere cœpi, quam si pedes sinibus intulisset. text. in lege pecuniam ff. de solu-

tion. textus in lege falsus, ff. de furtis, textus, in lege quod statu liber. ff. de donatione causa mortis, textus, in lege donationes, paragrapho species, ff. de donatione & idem disponit l. 6. titul. 30. 3. part. cuius ratio est, quia talis visus & aspectus oculorum, cum sit sensus de nobilioribus corporis, habetur pro apprehensione ipsius rei, & videor iuris interpretatione porrigere corpus vsque ad ipsam rem: & in terminis istam rationem probat, text. in dict. l. quod meo, paragrapho si venditorem, probat etiam textus, in dict. l. pecuniam, ff. de solution. ibi, & quodammodo manu longa tradita existimanda est, & istam rationem ponit solus Cumanus in l. 3. ff. de acquirenda possessione, 1. colum. & adde quod visus dicitur actus fictus, quia licet sit sensus naturalis & principalior cæteris, non tamen est aptus vel conueniens ad apprehendendam possessionem: quia propriè ordinatur ad discernendum omnia, quæ subiiciuntur visui secundum proprias qualitates & differentias: in materia verò nostra tam de iure naturali quā ciuili solus tactus & sic apprehensio naturalis per manus vel pedes est sensus aptus ad acquirendam possessionem: vnde tenendum est quod visus vel aspectus in acquisitione possessionis censetur actus fictus, & non verus nec proprius: & in terminis ita tenet, & declarat Aretin. in l. 1. §. si iusserim, ff. de acquirenda possess. 3. notab. & ibi Socin. 2. colum. vltim. notab. Vincent. 3. colum. vltim. notab. idem Aretin. in dict. l. quod meo, §. si venditorem, 1. colum. in fin. tenet etiam Bartol. in l. 1. eodem titul. 5. colum. num. 18. & probant iura per me superius adducta, & in tantum est verum, quod per visum & aspectum oculorum queritur possessio, vt procedat etiam si res sit valde longè & distet per decem miliaria vel plus, dum tamen determinatè possit videri: Gloss. est notabilis & ordin. in l. 1. ff. de acquirenda possess. gloss. 2. in medio, quam ibi sequuntur & approbant omnes Doctores, licet Cumanus eam reprobet: & in expresso ita tenet & declarat Aretinus in dict. l. quod meo, §. si venditorem, secundo notabili. & Cardinalis in cap. olim. el primero, penultim. colum. de restitut. spoliat. Aduertendum tamen quod licet per visum vel aspectum oculorum queratur possessio præcedenti titulo, vt dixi, tamen hoc debet intelligi & limitari, quando concurrat simul voluntas tradentis possessionem & voluntas accipientis in præsentia rei, quasi animus vtriusque & rei præsentia hoc inducat & operetur: ita probant iura per me superius allegata: & tenet & declarat Bartol. in l. 1. ff. de acquirenda possessione. 5. colum. num. 18. Paul. final. colum. Alexand. 18. colum. n. 77. & ibi commun. Doctor. idem Bartol. Angel. Imol. Romanus, Aretinus, Socin. Iason. & Vincent. in §. si iusserim, eiusdem legis. Paul. Imol. Alexand. & communiter Doctor. in dict. l. quod meo. Paragrapho, si venditorem. Salic. in l. licet. Cod. de acquirenda possess. 3. col. Abb. in cap. 2. de consuet. 8. col.

Ex qua conclusione & doctrina communi, primò infero notabiliter, quod si quis velit acquirere possessionem & dominium in rebus vacantibus, quæ cælo, terra, marique capiuntur, vel habitis pro derelictis, quæ fiunt occupantis, non poterit acquirere per visum & aspectum oculorum: quia non est aliquis possessor de cuius voluntate tradantur: sed requiritur vera & actualis apprehensio: ita probat text. in l. 1. ff. de acquirenda possessione, & ibi tenet Gloss. ordin. in verbo, qui primi. & ibi magistraliter Bart. 5. colum. num. 18. Paul. fin. colum. num. 18. Alexand. 18. colum. num. 75. Vincent. 37. colum. num. 89. Salicet. in l. licet. Cod. eod. titul. 3. colum. versic. vnde dicas, pro qua sentent. & conclusion. facit text. in l. naturalem, §. illud, ff. de acquirend. rerum domin. text. in l. laqueum. eodem titul. text. in §. illud. Instit. de rerum diuis. vbi habetur quod

quòd fera à nobis visa & vulnerata non est nostra nisi eam apprehendamus : & idem disponit lex vigesima, titul. 28. *tertia parte.*

47 Secundò infero quòd si quis inueniat thesaurum in aliquo prædio vel fundo non efficitur dominus nec possessor eius per visum cum animo possidendi, sed requiritur vera & naturalis apprehensio : textus est expressus in l. 3. §. *Neratus, in fine, in versicul. quidam putant. ff. de acquirenda possessione.* & ibi commun. opinio, quòd intellige & extende modò fundus sit alienus, modò sit proprius inuenientis, ita expressè probat ibi textus dum loquitur eo casu quo quis præscripsit fundum, nam si ibi est thesaurus non efficitur dominus nec possessor nisi sequuta apprehensione. Ex quo subdeducitur quòd si plures vidissent & inuenissent thesaurum vel aliam quamlibet rem vacantem, efficitur eius qui prius eam apprehenderit : & in specie ita tenet Bartol. Faber. & Doctor. in §. *item lapilli. Institut. de rerum cõf. confirmatum per textum in leg. naturalem, §. illud, ff. de acquirend. rer. domin. & in §. illud. Institut. de rerum diuis.* vbi licet quis viderit & vulnerauerit feram non efficitur sua, sed eius qui prius eam apprehenderit : quæ decisio & sententia hodie est confirmata per legem 20. titul. 28. 3. *part. licet contraria opin. consultorum esset approbata per legem 12. titul. 4. lib. tercio, for. II.* Sed aduertendum quòd in nostro articulo, in quo habemus, quòd etiam si in nostro proprio fundo sit thesaurus, modò illum videamus, modò non, non quærimus eius possessionem nec dominium nisi sequuta naturali apprehensione, videtur esse maxima difficultas, nam ille qui possidet continens videtur possidere contentum : argumento textus in l. *clauibus, ff. de contrab. empt.* vbi apprehensa possessione clauium censetur apprehensa possessio rerum contentarum sub clauibus : & dixi latius supra, quia omissis aliis solution. respondeo in forma, quòd textus in d. l. *clauibus*, & superior regula loquitur & procedit in rebus non vacantibus, sed ab alio occupatis & possessis : nam tunc si tradantur clauis, vel tradatur quid aliud sub cuius custodia prædictæ res sunt, transferetur dominium & possessio earum : quia concurrat voluntas tradentis & accipientis cum illo actu traditionis clauium, qui repræsentat ipsam traditionem rerum sed in nostro casu, hoc est in thesauro, loquimur in rebus vacantibus quæ in nullius sunt bonis quo ad dominium nec possessionem, in quibus non interuenit voluntas alterius tradentis : imò nec potest interuenire, cum thesaurus vel res vacantes non sunt in custodia propria alicuius tradentis vel acquirentis possessionem : vnde meritò licet quis sit dominus & possessor fundi non efficitur dominus nec possessor thesauri : & iste est proprius sensus textus in d. §. *Neratus, in fine*, dum dicit, quia non sit sub custodia nostra, & ista fuit intentio Bartol. in *final. oppos. & solut. de dicta l. clauibus*, licet sic non declaret, & ita tenet & intelligit ibi Alexand. 1. *col. post princip.* Socin. 2. *col. 4. notab.* Vincent. 1. *col. num. 2.* & clarius penult. *col. in med.* Iaf. 2. *col. num. 4.*

Item adde quòd in tantum est verum, quòd in thesauro vel aliis rebus vacantibus requiritur naturalis apprehensio ad hoc, vt acquiratur in eius dominium & possessio, vt procedit etiam si lex vel statutum simpliciter diceret, quòd tales res requirantur per inuentionem, & sic quòd fiant inuentoris : nam etiam tunc requiritur quòd sequatur apprehensio nisi lex vel statutum expressè diceret contrarium : ita probat textus notab. in *paragrapho, thesauros. Instit. de rer. diuis.* iuncto textu in *dicta l. tercia, paragrapho Neratus* & istam conclus. tenet expressè Bartol. in *paragrapho item lapilli Institut. de rer. diuisione,*

contra Glos. ibi, & ibi tenet Faber, Angel. Nicol. & communiter Doctores licet Iason. ibi in additionibus ad Christophor. teneat contrarium, istam etiam conclus. & extensionem tenet Bartol. in l. *prima ff. de acquirenda possessione, penult. colum. quarta quest. principali*, & ibi Paul. in *final. colum. in fine.* Imol. *penultima colum. in medio.* Ioan. de Ferr. in *dicto §. thesaur.* Institut. de rer. diuis. & istam conclus. tenet Paul. de Castro, Imol. Aretin. & commun. moderni, in *dicto §. Neratus*, pro qua sententia consideratur textus vulgaris in l. *si Barsatorum. Cod. de fideiuss.* vbi ille qui promisit inuenire latronem, intelligitur promississe apprehendere, & illum repræsentare iudici, & ad hoc notant & commendant ibi Doctor.

48 Ex qua conclusione & sententia, Primò infero, quòd si lege vel statuto cauetur quòd inuentus cum armis à iudice vel familia perdat ea vel puniatur certa pœna, intelligi debet si fuerit apprehensus cum eis : & ita expressè tenet Bartol. in *dicta leg. prima, ff. de acquirenda possess. penultim. colum. 4. quest.* Paul. *fin. colum. in fin.* Imol. *penultim. colum.* Alexand. n. 77. Iason. numero 87. idem tenet Bartol. in d. l. *si Barsatorum*, & ibi Bald. & Salicet. Bartol. in l. 1. *ff. ad leg. Julian. de vi*, & ante eos idem tenet Cin. in l. *licet, fin. colum. in fin. Cod. de acquirend. possess.* & hoc idem videtur disponere l. 33. *titul. decimoquarto, lib. 2. ordin.* vbi dicit quòd in locis vbi arma sint prohibita, si quis apprehensus sit cum eis, modo sint offensiuæ, modo defensiuæ, perdat ea, circa hoc tamen est notabile dubium quòd si portans arma visus est per iudicem vel executorem in via vel loco prohibito, & aufugiat quousque ingressus est domum suam vel locum tutum iudexque semper insequutus est eum, an possit sibi auferre arma in domo sua vel loco tuto? & reperio quòd Baldus in l. *plerique, prima lectur. in fin. ff. de in ius vocand.* per textum ibi videtur expressè tenere quòd non : nam dicit ibi quòd si pro debito civili familia insequatur debitorem vsque in domum suam, non potest ab ea extrahi : cum textus dicat ibi quòd domus propria est cuiuslibet tutissimum refugium, & idem tenet ibi Alexand. *secunda columna, numero octauo*, & Iason. ibi, *secunda columna, numero duodecimo*, sed certè ego crederem contrarium, imò quòd possit tunc arma auferre, argumento textus notabilis in lege quòd ait lex §. *quod ait, ff. de adult.* vbi ille qui non potest occidere adulteros nisi in certo loco & flagranti delicto, si aufugiant & insequitur eos in continenti, vno impetu potest eos alibi occidere : & ex illo textu notat ibi Bartol. & Doctor. quòd quando finis habet necessariam causam cum principio inspicitur principium : facit etiam quòd dicit ibi Bartolus in *fine*, quòd si quis possit occidere vel offendere inuentum in sua possessione, si ibi inueniat & insequatur eum potest extra possessionem offendere vel occidere : quia initium fuit licitum, facit etiam doctrina Angel. in l. *Gracchus, Cod. de adulter.* vbi dicit quòd si iudex vel executor insequitur delinquentem in territorio suo potest capere etiam in alieno : argumento textus in *dicto §. quod ait*, de cuius tamen veritate vide Angel. *de malefic. in parte, fama publico, 6. fol. versicul. 6. queritur*, non obstat textus & doctrina Bald. & modern. in d. l. *plerique*, quia considero quòd ibi non loquimur in delictis, nec in re illicita commissa extra domum, sed in causa civili, in qua tutissimum refugium est domus propria : sed in nostro casu delictum vel culpa consideratur eo ipso quòd quis portat arma in via publica & loco prohibito : vnde licet postea aufugiat iudex, qui insequutus est eum potest auferre inspecto initio culpabili : & credo quòd ista sit veritas. Confirmatur, quia de iure delatio armorum, vel emptio, vel venditio eorum est prohibita,

hibita, vt in *Authent. de armis collat. 6.* & ibi Gloss. ordin. & communiter Doctores. & in *l. vna. Cod. vt armorum vsus infcio principe interdictus sit, libro vndecimo*, & ibi Doctores licet de consuetudine non sit prohibitus, ne puniatur quis nisi de hoc sit statutum vel proclamatio, vt hodie communiter fit: ita tenet Platea in *§. item lex Iulian. de vi, 2. column. Institut. de publ. lib. iudic.* Ex qua etiam conclusione secundò infero, quod si per legem vel statutum puniatur inuentus in ludo debet intelligi si in eo apprehendatur: nec sufficit quod postea possit probari per testes: ita determinat Alber. in *l. quod ait lex ff. de adulter, Angel. in l. si fugitiui. Cod. de seruis fugit.* Platea, in *§. thesauros. Institut. de rerum diuis. Iason. in l. 1. ff. de acquirend. possess. 20. column. num. 99.* & istud idem hodie approbat & confirmat *lex penultim. titulo 10. libro 8. ordinam*, vbi dicit quod si executor inuenierit & apprehenderit aliquos in ludo lucratur omne quod ibi sit inuentum & positum causa ludi nec obstat *lex 2. eodem titul.* vbi non requirit quod inueniat nec apprehendat lusores in ipso ludo, quia procedit quando iudex vult petere à lusore illud quod lucratus fuit in ludo, eo casu quo pars non vult petere. Tertio infero quod si tempore carestie vel necessitatis imponatur pœna extrahentibus triticum vel aliquas merces extra ciuitatem vel oppidum, puniatur in amissione earum vel in aliqua alia pœna, debet intelligi si apprehendatur cum eis, ita singulariter Cæpola in *l. si fugitiui. Cod. de seruis fugit. penult. & fin. colum. num. 30. cum sequent.*

49. Quarto infero quod, si lex vel statutum punit mulieres vel alias personas portantes vestes pretiosas, aurum, vel perlas, intelligitur si cum eis apprehendantur, ita nobiliter Bald. in *l. item pupil. ff. de rerum diuis. final. colum. in fin.* Cæpola in *d. l. si fugitiui, penultim. colum. Codice de seruis fugit.* Alexand. in *l. 3. §. Neratius, ff. de acquirend. possessione, 2. colum.* Iason. in *l. prima, eodem titulo, 20. columna, numero octuagesimo nono.* Angel. de *malefic. in parte, dictus Andreas armatus in fin.* Adde tamen quod hoc casu est dubium, an tales mulieres vel personæ prohibitæ incidant in prædictam pœnam si portent perlas fictas, aurum vel vestimenta ficta? in quo reperio quod Bartol. notabiliter in *l. prima, §. primo, ff. de fonte, determinat expressè quod non, per textum ibi, quem inducit hoc modo: nam ibi est casus, quod licet prohibens alium vti aqua quam vult haurire vel ducere de fonte puniatur & teneatur illo interdicto, tamen debet intelligi de aqua perpetua & viuua: secus tamen de aqua cisterna, cum non habeat perpetuam nec viuam aquam: ergo statutum vel lex puniens portantes perlas, aurum, vel vestes, intelligatur veras & naturales non fictas. Sed si contrarium facit textus notabilis & expressus in *l. vellera. Cod. de vestibus holocericis & auratis lib. 11.* qui apertè probat, quod prohibitus portare vestes versicolores puniatur, etiam si talis vestis vel color non sit verus & naturalis sed fictus: & ita per illum textum notat & tenet ibi Bartolus & Platea, & certa est dubia difficultas: sed in hoc articulo ista sit notabilis & vera concordia scilicet quòd statutum sit factum pro euitandis sumptibus, & expensis in regno vel loco, tunc procedat sententia Bartol. in *dicta lege 1. paragrapho 1. ff. de fonte, quia tali casu cessat ratio: si verò fiat ea ratione ne mulieres; vel viles personæ æquiparentur & assimilentur matronis vel dignioribus personis quod iustissimum est, vt in *l. mima, & ibi Bald. & communiter Doctores. Cod. de episc. audien.* tunc procedat doctrina Bartol. & aliorum Doctorum per textum ibi in *l. vellera. Cod. de vestibus holocericis & auratis, libro 11.* quia militat eadem ratio: & in terminis istam doctrinam & concordiam ponit Georg.**

Natan in *cap. quamuis pactum, de pactis, in 6. 14. col. num. 144.*

Vnum tamen est, quod in domo in propria quis portet vestes prohibitas, non incideret in pœnam: quia videtur cessare ratio prohibitiua: & in terminis ita probat pragmatica fin. de Valladolid, anni 1537. loquendo in secundo casu & membro nostræ distinctionis. Aduertendum tamen quod contra superiora expressè tenet Angel. in *dicta l. 3. §. Neratius, ff. de acquirenda possess.* imò quòd in omnibus prædictis casibus non requiritur apprehensio ad hoc vt quis incidat in pœnam, sed sufficiat quod sit coniunctis per probationes, argumento textus in *l. vna. Codice de raptu virgin.* sed meliùs facit *lex 2. Codice de custod. reor. textus in l. 3. ff. de furtis, textus in l. si quis in seruitute, in fine, eodem titul.* Nec obstat secundò dicta *lex, si Barsatorum. Codice de fideiuss.* quia ibi non imponit pœnam delinquenti, sed concedit præmium iudici vel alteri personæ inuenienti furem, quo casu requiritur apprehensio & repræsentatio: & istud tenet & sequitur Imol. in *dicto, §. Neratius, Romanus in l. 1. ff. de acquirenda possession. final. colum.* Sed his non obstantibus superior doctrina & conclusio est vera & magis communis, imò quòd indistinctè lex vel statutum intelligatur de actuali apprehensione: sed in hoc pro vera concordia & doctrina dico, quòd si lex vel statutum punit delictum alias à iure naturali vel communi punibile, non requiritur apprehensio: & ita procedant iura in contrarium adducta: si verò dictum non sit à iure punibile, sed nouiter puniatur à lege vel statuto, vt in casibus & exemplis superioribus tunc requiratur actualis apprehensio: ita singulariter determinat & concordat Angel. in *Authentic. de sanctissimis Episcopis, §. reuerendissimis, collat. 9.* quem sequitur & commendat Cæpola in *dict. l. si fugitiui, penult. colum. Codice de seruis fugit.* & istam doctrinam & concordiam sequitur & reputat mirabilem August. in *additionibus ad Angelum de malefic. in parte, dictus Andreas armatus, fin. colum.*

Pro complemento tamen huius articuli & materiæ thesauri quæro, dato quòd per apprehensionem thesauri consequatur quis possessionem eius, an totus thesaurus efficiatur suus, vel pro qua parte? In quo articulo breuiter & resolutiuè dico, quòd sit prima conclusio, quod si quis inueniat & apprehendat thesaurum in proprio solo vel fundo, totus efficiatur suus: textus est in *l. nunquam nuda, paragrapho thesaurus, ff. de acquirendo rerum domin. textus melior & formalis in §. thesauros. Institut. de rerum diuis.* & hoc siue reperiat casu siue data opera, dum tamen non arte magica quærat: quia tunc totus confiscaretur: textus est in *l. 1. Codice de thesauris lib. 10.* & ibi Gloss. ordin. Platea, Lucas de Penna. & communiter Doctores cuius ratio est, quia inuentio thesauri est donum & beneficium Dei; quod sordidis artibus maculari non debet, nec quæri arte magica, quæ est omnino reprobata: idem probat & disponat *lex 45. titulo 28. 3. part.* Dubium tamen est, an hodie hoc sit correctum per legem octauam, titulo duodecimo, libro 6. ordinamen, vbi disponitur, quòd hoc casu deducta prius expensa iuuentor habeat tertiam partem, alias verò duas habeat Rex: sed certè videtur quod illa lex tantum intelligatur in locis, vbi sunt aliquæ minimæ, non alias. Secunda conclusio quòd si reperiat in alieno fundo casu, non data opera, medietas est inuentoris, medietas verò est domini fundi: si verò data ad hoc opera, totum erit domini fundi: modò præstiterit licentiam, modò non: textus est in *lege vna. Codice de thesauris, libro decimo textus in dicto §. thesauros, & utrobique commun. opin. Gloss. ordinaria*

varia & Doctor. in cap. si quid inuenisti, l. 1. quest. 5. & idem determinat in dicta l. partita, & ratio, per quam etiam si quærat de domini voluntate nihil habet inuentor si data opera fecit, est ne homines propter hoc derelinquant culturas rurales vel inuidentur ad malas artes: ita Placius in dicta l. vna, secunda column. numero quinto, & ante eum Faber. in dicto §. thesauros, secunda column. prope fin. adde tamen quod hodie de iure nostro regio, si quis inueniat thesaurum in fundo vel loco alieno casu, tunc videtur quod tertia pars diuidatur inter inuentores & dominos, cum semper duæ partes sint Regis, & hoc argumento l. 8. titul. 12. lib. 6. ordin. & ita dixi in quæstione de facto: si verò data opera cum licentia domini nullam partem habebit dominus, sed 3. pars erit inuentoris, aliæ duæ partes regis, vt dicta l. ordinam si verò data opera & sine voluntate domini, videtur quod tertia pars sit domini fundi, aliæ duæ partes regis, argumento illius legis ordin. cogita tamen si dici possit quod præd. ordin. lex loquatur tantum in minis, iura verò communia in thesauro, & sic remaneat incorrectæ, & ita teneo.

52 Tertia conclusio, si quis inueniat thesaurum in loco principis vel in loco publico ciuitatis, dimidia pars pertinebit inuentori: alia dimidia ipsi principi vel ciuitati: textus est in l. tertia, §. final. ff. de iure fisci, & ibi notant Doctores, textus in dicto, §. thesauros, & ibi commun. opin. & idem disponit dicta l. part. in fin. Quarta conclusio, quod si quis inueniat thesaurum in ecclesia, vel loco sacro, vel religioso, totus erit inuentoris si casu inueniat: ita probat textus in dicto §. thesauros, & ita tenet ibi Fab. 2. column. & Gloss. in dicto cap. si quid inuenisti. Sed contraria sententia est verior, imò quod diuidatur & medietas sit inuentoris, medietas loci religiosi: ita textus expressus in d. l. 3. §. fin. de iur. fisci. & ibi Bartol. ita expressè Plac. in d. 3. §. vna. Cod. de thesauris, final. column. idem Plac. in d. §. thesauros, Institut. de rer. diuis. 1. column. & ita tenet Gloss. ibi in verbo, religioso, in fin. & ibi Nicol. de Neapol. & istam dicit magis commun. opin. Iason. in ad Christophor. ibi, secunda columna, nec obstat textus in d. paragrapho thesauros, qui loquitur inspecta naturali ratione, sed expressa constitutione iuris debet diuidi, vt in l. 3. §. final. de iure fisci. & ita respondent Doctor. vbi supra, si verò data opera quis inuenisset, totus esset ecclesiæ vel loci religiosi, argum. prædictorum.

53 Tertiò infero, quod si tutor vel curator vel procurator alicuius cum legitima & debita solemnitate vendat rem minoris vel domini sui, non potest per visum vel aspectum transferre possessionem cum isti non possideant: & sic non concutrit voluntas possessoris tradentis: ita expressè determinat Bartol. in d. l. 1. ff. de acquirenda possess. fin. column. in princip. num. 44. Ioan. de Imol. penultim. column. in fin. versic. item diligenter pondera. Aretin. fin. column. num. 32. vers. ultimo, adde Alexand. in antepen. column. num. 87. Iason. penultim. column. num. 101. Vincentius, ibi n. 68. Ripa, num. 66. & eadem ratione idem esset in prælato syndico ecclesiæ, & in executore testamenti: nec distinguo an habeant istæ personæ generale vel speciale mandatum ad alienandum & possessionem tradendum, cum vtroque casu militet superior ratio.

54 Quartò infero, quod iudex executor vel nuntius pro executione sententiæ non potest per visum & aspectum transferre possessionem, sed requiritur quod actualiter mittat partem in possessionem, cum talis iudex vel executor non possideat, ita etiam determinat Bartol. in d. l. 1. penultim. column. in princip. numero 23. Angel. 2. column. prope fin. Imol. penultim. column. in fin. Aretin. notab. ibi penultim.

column. num. 31. Cuman. penultim. column. in princip. Roman. penultim. column. in fin. Alexand. antepen. column. numero 85. Vincen. numero 95. Iason. in antepen. column. numero 96. Franc. de Ripa, numero 60. & istam conclus. tenet etiam Specul. in titul. de primo decreto, §. iam de effectu, in princip. idem tenet Abb. reputans esse singulare in cap. 2. de consuetudine: ante penult. column. vers. hoc tamen non preceperet, & reputat etiam singul. ibi Barbat, 15. column. numero 86. facit bonus textus in l. 2. Codice qui potior. in pignor. hab. textus in l. non est mirum de pignor. action. Quod tamen limita & intellige singul. quando actualiter potest fieri missio, secus tamen est si propter potentiam & resistantiam aduersarij vel alio iusto impedimento non possit fieri missio, quia tunc sufficit quod iudex executor vel nuntius ostendat rem vel fundum de longe, & per visum tradat possessionem, & si adhuc non possit in conspectum rei peruenire, poterit in absentia solo verbo tradere possessionem: ita probat. textus singul. & vnicus in l. cum vnus, §. fin. cum lege sequenti, ff. de bonis author. iudic. possid. vbi dicitur quod si propter latronum potentiam seu inundationem fundi res non possit possideri, creditor qui iussus est mitti in possessionem habetur pro possessore vel detentatore, ac si actualiter missus esset: & ad hoc notat & commendat ibi Gloss. ordin. & reputat singularem & vnicum Bartol. Alber. & Angel. & istam conclusionem. per illum textum tenet Bartol. in l. 1. final. column. ff. de acquirend. possess. & ibi Imol. penult. column. Aretin. penult. column. Alexand. antepen. column. num. 85. Romanus penultim. column. in fin. Iason. 21. column. num. 96. vbi valde commendat in practica, quia ex hoc possunt euitari plura vulnera & cædes quæ propter tales introitus & apprehensiones solent perpetrari: illum textum etiam ad hoc notat & commendat Bald. & Paul. Salic. & Fulgos. in l. non est mirum ff. de pignor. action. & illum etiam reputat vnicum Bald. in l. ob maritorum. Codice ne vxor. pra marito, 2. column. numero 3, idem Bald. in l. 3. Codice vt in possess. legat. pro qua sententia & conclusione facit etiam textus in l. si finita, §. illud queritur, ff. de damno infecto, in fine, vbi probatur quod si quis ex causa non potest venire in possessionem perinde est ac si missus esset: & ad hoc notat & commendat ibi Bartol. Paul. Imola, Cumanus: facit etiam textus expressus in capit. contingit, de dolo & centum. vbi ille qui iussus est mitti in possessionem, si dolo vel potentia aduersarij non admittatur habetur promisso, & illa ficta missio operatur eosdem effectus quos vera & actualis missio operaretur, & ad hoc notat & commendat ibi Hostiensis, Cardinalis, Baldus, Imol. Ancharra, & communiter Doctor. notat etiam & commendat Anton. de Buttr. in cap. cum aliquibus, in fin. de re iudic. & ibi Imola, & notabiliter Felinus, 2. column. num. 4. Alb. in l. 1. §. si iusserim, 1. col. in fin. ff. de acquir. possess.

Quintò subtiliter infero, quod si hæres postquam est factus dominus per aditionem hæreditatis velit acquirere possessionem debet eam apprehendere per actum verum & naturalem, & non poterit quærere per visum vel aspectum oculorum, ex eo quod non est aliquis possessor de cuius voluntate sibi fiat traditio: & in terminis ita probat textus quem ad hoc nouiter considero in l. cum hæredes, ff. de acquirend. possess. ibi, possessio autem nisi naturaliter comprehensa sit ad nos non pertinet: & sic apertè requirit quod possessio quærat per actum verum & naturalem.

Sextò etiam infero, quod si hæres postquam est factus dominus, & ante apprehensam possessionem vendat, donet vel alienet aliquam rem hæreditariam, non

non poterit transferre possessionem per visum vel aspectum oculorum, per rationem superiorem: cum ipse non possideat, nec obstat quod hæres qui tradit sit dominus: quia iura superiora & communis opinio formaliter requirunt quod tradens possideat, nec est in consideratione an sit dominus vel non. Vnum tamen est quod licet non possit quis quærere possessionem per visum vel aspectum, nisi concurrat voluntas tradentis possessoris, tamen illud est verum, quando quis vult de nouo illam quærere, secus verò si amisit possessionem naturalem per absentiam & retineat ciuilem: quia si postea redeat, in conspectu rei statim recuperat possessionem naturalem quam perdidit, ista est Gloss. singul. in l. 1. ff. de acquir. possess. in gloss. 2. in med. vers. item quid si non est in conspectu, quam ad hoc notat & commendat ibi Paulus de Castr. 2. column. in fin. Cuman. fin. column. in medio. Alexand. 9. column. num. 35. Socin. 8. column. versicul. 1. dum vult. Vincent. antepen. column. num. 106. Ripa, penult. column. num. 72. Confirmatur quia cum iste possideat ciuiler & possit per visum alteri tradere possessionem meritò sua voluntate poterit sibi quærere, & idem est quando redderet prope rem, quia si habeat ciuilem, statim recuperat naturalem: ita Gloss. & communiter Doctores vbi supra, quia ea quæ sunt habitu & potentia propinqua videntur esse in actu, vt in l. penult. ff. de testam. milit. vnde facilitas apprehendendi possessionem naturalem hoc operatur: & ista est intentio Gloss. & Doctor. vbi supra. Ex quibus subinfero vnum nouum & singulare, quod si quis per longam absentiam & obliuionem amiserit possessionem, vtramque tam ciuilem quam naturalem, & sit omnino vacans iuxta notata per Bartol. & Doctor. in l. si de eo, §. si forte, ff. de acquirend. possess. & in l. furtum, §. fundi, ff. de usucapion. & per Gloss. & Doctor. in l. fin. Cod. vnde vi, tamen si talis quondam possessor reuertatur animo quærendi possessionem, acquirat eam per visum vel aspectum rei vel eo ipso quod proximus sit, nec requiratur actualis apprehensio ex supra dicta ratione: quia non tractatur de quærenda possessione de nouo, sed de recuperanda amissa. Nec obstat quod non sit possessor & in hoc actu ficto requiratur quod quæratur possessio de voluntate possessoris, vt supra dixi & declarau: quia dedit intelligi, quando agitur de quærenda possessione de nouo, secus verò si de antiqua amissa recuperanda: quia facilius permittitur & acquiritur, quia res reuertitur ad suam naturam, argumento textus in lege in rebus. Cod. de iure dotium, vbi licet in quærendo dominio de nouo requiratur traditio, vt in l. traditionibus. Cod. de pact. cum similibus, tamen in requirenda & recuperando dominio amisso non requiritur: facit etiam textus notabilis in §. fin. Institut. de legitima agnat. success. vbi probatur, quod licet pactum de futura successione quærenda de nouo non valat, vt in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. obligat. & in l. sine. Cod. de pactis, cum similibus, tamen pactum de conseruanda vel recuperanda successione amissa bene valet & tenet: facit etiam bonus textus in l. videmus, la 2. §. item si indebitum, & §. si actionem, ff. de usuris, & in l. 2. Cod. de pactis inter emptor. & vendit. vbi fauorabilior est restitutio, quando peto illud quod aliquando fuit meum, quam quando peto de nouo illud quod nunquam fuit meum, sed intendo de nouo acquirere. Sed in quo versatur iste maior fauor certè in eo quod fructus veniunt à tempore moræ, licet alias regulariter in actione stricti iuris non veniant nisi à tempore litis contestatæ l. cum fundus, ff. si certum petatur. Ex quibus infero vnum singulare & vtile, quod si ille qui

habet ciuilem possessionem in absentia, postea consequatur naturalem possessionem vacantem, non dicitur eam de nouo acquirere sed potius continuare: vnde si caueatur lege vel statuto quod pro qualibet possessione quæ sita de nouo soluat certa Gabella, non tenetur soluere ille qui ingressus est prædictam possessionem naturalem vacantem: ita singul. Abbas. in cap. cum venisset, de restitut. spoliat. 2. column. num. 7. & ante eum ibi dominus Anton. 2. col. in princip. num. 7. & tenet & commendat Ioan. de Firmo, aduocatus consistorialis in 8. parte principali, in 2. membro, in fin. quest. num. 29. Quod tamen limita, & intellige quando talis possessio naturalis esset amissa per solam absentiam, & post reuersionem recuperaret: quia ista acquisitio nullam vel modicam videtur afferre utilitatem: secus verò quando acquireretur naturalis in cuius acquisitione esset utilitas: quia forte erat apud fructuarium vel vsuarium, & talis vsusfructus vel vsus extinctus est, quia reputaretur noua acquisitio & deberetur Gabella: ita singul. Socinus in l. 3. §. Nerua filius, 2. column. in princip. ff. de acquirend. possess. & ibi Iason. 2. column. in 3. notabili. Sed certè ista opin. mihi non videtur vera, imò etiam in hoc casu crederem quod non sit acquisitio noua nec debeatur Gabella: argumento textus in l. 4. ff. de iure dotium, & eorum quæ supra dixi. Præterea vltra prædictos Doctores infero quod etiam si absens vtramque possessionem amiserit, vt in casu, l. fin. Cod. vnde vi, & postea reuersus ingrediatur suam rem vacantem & consequatur vtramque possessionem, non dicitur de nouo acquirere, sed potius continuare, & sic non deberet Gabellam, argumento eorum, quæ supra dixi, quod reputo nouum, & subtile. Confirmatur per textum notab. in l. 1. Cod. de imponenda lucret. de script. lib. 10. vbi probatur quod lex, statutum, vel dispositio, disponens quod de donatione vel aliis quæ titul. lucretiuo acquiruntur soluat Gabella, non habet locum nec debet solui de donatione vel his rebus quæ acquiruntur inter ascendentes & descendentes: quia non videtur propriè donatio vel lucretum: & similiter si hæres arctetur ad soluendam Gabellam de hereditate, non tenetur eam soluere filius, quia non dicitur de nouo acquirere: & ad hoc notat & commendat illum textum ibi Bartol. & Plac. in princip. tenet & commendat Angel. in §. sui. Institut. de hered. qual. & differ. 2. column. in fin. facit textus & quæ ibi latè notantur in l. in suis, ff. de liber. & posthum. Vnum tamen est quod ista erit semper noua possessio & non antiqua cum illa iam fuit amissa, vt dixi latè supra.

Secundus actus vel modus fictus per quem acquiritur possessio est per traditionem instrumenti, in quo continetur ius vel titulus ipsius rei, vt si quis vendat, donet vel ex alia causa permittat alteri suam rem, & tradat scripturam vel instrumentum in quo continetur ius vel titulus, mediante quo tradens habuit illam rem, statim in emptorem, donatarium, vel recipientem transit possessio ipsius rei, & per consequens dominium vsucapiendi conditio: textus est singul. in iure, in l. 1. Codice de donat. & ibi Gloss. ordin. & commun. opin. Doctor. & illum textum reputat singul. Ioan. de Imol. in l. fin. 2. column. in fin. ff. de donat. & illum textum reputat singul. Alexand. in l. 3. ff. de acquirenda possess. 3. column. numero 9. & ratio est, quia per traditionem instrumenti, in quo continetur ius vel titulus ipsius rei fingitur tradita ipsa res: nam cum traditio instrumenti respectu sui nihil principaliter operetur, conueniens fuit quod operetur in re ipsa contenta in instrumento vt figuratur tradita, nec actus sit inutilis: &

& istam rationem ponit Salycet. in l. licet, Cod. de acquir. possess. 2. colum. versic. in quinto casu, argumento textus in l. Labeo, cum l. sequenti, iuncta Glossa & commun. opin. ff. de pactis, & istam doctrinam & conclusionem intelligo tam in rebus immobilibus quam mobilibus: cum prædicta lex prima & eius ratio militet in utroque casu, licet solus Angel. de Perigliis in l. 3. ff. de acquirend. possess. teneat quod solum procedat in rebus mobilibus, cum loquatur in instrumentis emptionum seruorum donatis, & possessio rei mobilis vilis & abiecta sit, quæ faciliter transit, & deperditur, vt in l. si rem mobilem, iuncta Glossa ff. de acquir. possess. quem videtur sequi Vincent. in d. l. 3. 9. colum. num. 11. Sed teneo absque dubio quod habet locum in omnibus, quia illud exemplum textum & facti contingentia non arctat regulam, nec potest assignari ratio concludens differentia: & pro hac mea sententia est hodie casus apertus in l. 8. titulo 30. 3. part. quæ ponit exemplum expressè in re immobili. Actus fictus per quos possessio transfertur congeffit Glossa in l. 3. in princ. verbo, animo, ff. de acquir. possess. Cassanæus in consuetudinibus Burgundie rubr. 7. §. 1.

57 Item adde quod ista conclusio & doctrina quæ habet quod per traditionem instrumenti transit possessio ipsius rei, debet intelligi quando traditur instrumentum in quo continetur ius vel titulus, mediante quo tradens habuit illam rem, de quo vide supra in l. 17. num. 16. ibi, quod fiat traditio, non tamen sufficit traditio instrumenti nouiter confecti de titulo, causa, vel contractu per quem nunc res alienatur: ita expressè tenet & declarat Perus. Cyn. Alber. Bald. Salyc. & communiter Doctores in d. l. 1. Cod. de donat. Imol. in d. l. 3. ff. de acquirend. possess. 1. colum. post medium, Aretin. 2. colum. in med. Alexand. notab. 3. post princ. Vincent. 7. colum. numero 17. Bald. in l. ab emptione, 1. lectura, 3. colum. post princip. ff. de pactis, pro qua sententia facit textus in d. l. 1. in princip. Codic. de donat. dum dicit quod instrumenta emptionum seruorum fuerunt donata & tradita, & sic loquitur de instrumentis iuris vel tituli antiqui: sed certè ille textus parum vrget, quia ibi non potuit interuenire traditio alterius instrumenti tituli noui, cum nullus titulus vetus vel contractus ibi geratur, sed tantum fuit traditum instrumentum emptionum seruorum, ex qua traditione resultat præsumpta & tacita donatio ipsorum seruorum: quidquid tamen sit, superior conclusio & opinio est vera & communis omnium Doctorum quos supra allegaui, scilicet quod requiratur traditio instrumenti iuris vel tituli antiqui mediante quo tradens habebat illam rem, hodie tamen apertè istud corrigitur per leg. nostri regni, imò quod sufficiat traditio instrumenti noui præsentis alienationis: ita probat & determinat l. 8. titulo 30. 3. part. ibi, dum dicit *O faziendo otra de nueuo, y dandofela*, idem probat l. 2. tit. 12. lib. 3. foro ll. ibi, dum dicit, *O le diere dende carta*, quæ iura sic intelligit & commendat Doctor Palac. Ruuius in repetitione sua fol. 56. 1. colum. numero 6. Cifuentes in l. 17. supra his ll. Tauri, 3. colum. versicul. tertius casu, & ibi Palac. Ruuius 10. colum. versic. per traditionem scriptura: considerauit tamen si possit dici quod prædicta lex part. istud non velit dicere, nam cum illæ leges ferè nunquam intendat corrigere ius commune, sed tantum confirmare vel declarare, vt dicitur in principio & prologo ipsarum, non est credendum quod dicta lex corrigat ius commune: unde vt illa lex non obstat possit intelligi in instrumento iuris vel tituli antiqui tradito, vt ipsa di-

cit in principio & dum dicit, *O faziendo otro de nueuo, y dandofela*, intelligatur quando antiqua scriptura iuris vel tituli sit deperdita vel consumpta, vel cancellata, & sit de nouo resecta ex hoc vel ex alia iusta causa, iuxta Glossam notab. & ibi Doctores in Authent. de heredit. & falc. in princ. colum. 1. & iuxta doctrinam Bald. in Authent. si quas ruinas, C. de sacros. Eccles. 2. col. num. 4. vbi ponit quod ex quatuor causis potest instrumentum renouari. Imol. in l. 2. ff. solut. matr. pen. col. in princ. Bartol. per textum ibi, in l. chyrographis, ff. de admin. tutel. Iason in l. fin. Cod. de iure emphyt. num. 33. & in l. 10. 11. 12. tit. 19. 3. part. & de tali scriptura loquitur prædicta lex nec obstat etiam dicta lex fori, ibi dum dicit, *O le diere dende certa*: quia potest intelligi de instrumento iuris & tituli antiqui quo tradens habebat rem. Sed, quicquid sit, certè hodie videtur esse expressa l. 17. supra his ll. Tauri, ibi, *O le ouiere entregado ante escriuano la escriptura della*, & l. 44. etiam his ll. Tauri. Nec obstat si dicas quod illæ ll. loquuntur in melioratione tertij & maioratu, ergo non extenduntur ad alios actus vel contractus, quia respondeo quod in omnibus militat eadem ratio, & non videntur leges correctoriae, sed confirmatoriae vel declaratoriae nostri iuris regni post leges partitarum.

Item adde quod prædicta conclusio superius verificata, quæ habet quod per traditionem instrumenti transfertur possessio, debet intelligi & extendi modò res illa, quæ continetur in instrumento sit præsens, modò absens: ita expressè Glossa ordinaria in d. l. 1. in verbo, & traditis, cum prædicta lex generaliter loquatur & quasi præsentia instrumenti traditi repræsentet ipsam rem contentam in eo: & ita etiam ibi Petr. Cynus, Ioan. Faber in suo Breuiario, Alber. Angel. de Perus. & Salycet. idem tenet Imol. dicens esse benè notandum in cap. 2. de consuet. penult. colum. num. 14. argumento textus in d. l. 1. Cod. de donat. quæ indistinctè loquitur & ista est commun. opin. quid teneat Bald. in d. l. 1. quod tamen declaro isto modo: nam si tradens instrumentum possidebat ipsam rem ciuilitè & naturaliter, quia erat propè rem quod faciliter possit ingredi, quo casu retinet vtramque possessionem, vt supra dixi, tunc transfertur vtraque possessio: si verò possidebat tantum ciuilitè quia res erat longè absens, tunc per traditionem instrumenti transfertur sola illa ciuilitè, cum in alium non possit transferre plus iuris quam ipse habuit, vt in l. nemo plus iuris, ff. de regul. iur. in l. tradition. supra de acquirend. rerum domin. in leg. ex emption. ff. de action. empt. in leg. si debitorib. Codice de distrabend. pignoris in regula, nemo potest de regul. iuris, in 6. in quaestione. & nuper, versic. nos autem de donat. inter vi & vxor. Ex qua conclusione sic declarat, infertur clarè quod si tradens instrumentum nullo modo possidebat, quod tunc non transfertur possessio aliqua in accipientem, argumento textus in leg. nãdam, ff. de rei vendit. & leg. quamvis, §. si conductor. iuncta Glossa ff. de acquirend. possessione & in expresso ita tenet Glossa ordinaria in dicta leg. 1. Codice de donation. in Gloss. fin. & ibi tenet Cynus, Faber, & Salycet. Alij verò Doctores nihil tangunt.

Adde tamen quod supra dicta debent intelligi, nedum quando quis expressè vendit, donat vel concedit rem, & postea pro eius executione tradit instrumentum quo habuit rem, verum etiam quando simpliciter vendit, donat, vel concedit ipsum instrumentum, quia eo ipso videtur illum titulum conferte in

in ipsa re & possessionem eius transferre : ita probat textus in lege 1. Codice de don. textus in leg. Labeo, ff. de pact. textus in lege eum qui chyrographum. ff. de legat. 1. textus in lege 3. ff. de liber. legat. textus in lege mortis causa capimus, §. Titia, ff. de donat. caus. mortis. textus in lege 2. Codice qua res pign. oblig. possunt. text. in leg. nomen eodem titulo, textus in lege creditorum. Codice de remis. pign. textus in cap. penultimo ut lite pendente. & utrobique communiter Doctores. Nec obstat quod quando simpliciter traditur res non videtur donari nisi sit modica : & tradens diues & recipiens pauper : vt est Glos. singularis & vnica iuncta sententia & communi opinione Doctorum in lege cum quid ff. si cert. petatur, in Glos. penult. in fine. quam dicit vnicam Imol. in lege cotem ferro, §. qui maximos, ff. de public. & vectig. 1. column. & probat bene textus in cap. & si quaestiones de Simonia. quem ibi notat & reputat singularem Abb. 1. column. numero 3. & communiter alij Doctores de quo vide plura bona & vtilia per Palac. Ruui. in sua repetitione 4. fol. quia respondeo quod illa Glos. & commun. opinio debet intelligi, quando alia coniectura potest capi vt non praesumatur donatio, in nostro vero casu quando instrumentum venditur, donatur, vel traditur, nulla alia praesumptio, vel coniectura potest capi, nisi quod ille titulus censeatur adhibitus in re in instrumento contenta. Ex quo subdeducitur & subinfertur quod si quis venderet, donaret, vel traderet alicui arcam, vel clauis, vel frænum alicuius animalis, videtur vendere, donare vel concedere contenta in arca, vel sub clauibus, vel animal quod regitur illo fræno. Vel verius & subtilius ego dicerem, quod si esset talis res vendita, donata, vel legata quæ de se nullam aliam vtilitatem contineret, videtur vendita, donata, vel legata res sub ea contenta vt in chyrographo, vel clauibus : si vero esset talis res quæ de per se afferat vtilitatem, ipsa sola videtur vendita, donata vel legata, vt in arca, sella, vel fræno, nisi ex pretio aliud debeat praesumi argumento dictæ Glossæ in leg. cum quid, ff. si cert. petatur. & ibi commun. opin. & in d. c. & si quaestiones, de Simonia.

60 Tertius fictus actus per quem acquiritur possessio & per traditionem clauium, nam si quis vendat, donet, vel alio titulo alienet res vel merces existentes in domo sua, & tradat clauis illius domus vel loci vbi res sunt, statim transit possessio in accipientem, & per consequens dominium earum, vel vlu capiendi conditio. textus est notabilis in leg. clauibus, ff. de contrah. emptio. quem ibi ad hoc notat Bart. Bald. Alberic. Odofred. Salyc. & Fulgos. & commun. Doctor. textus in l. 1. §. si iusserim, in fine, supra isto tit. ibi, & vina tradita videri cum clauis, cella vinaria tradita fuerint. textum in l. 2. Cod. de pericul. & commod. rei vend. ibi, & clauis emptoribus traditas, allegans textus in l. qua ratione, §. item si quis merces, ff. de acquir. rerum domin. ibi, simulatque clauis horrei emptori tradiderit, &c. textus in §. item si quis merces. Institut. de rerum diuis. & idem disponit lex 7. tit. 30. 3. part. & ratio huius, quia cum res ipsæ sint sub custodia clauium, traditis clauibus videntur iuris fictione ipsæ res traditæ ex facili aperiendi, & apprehendendi potestate : istam rationem ponit Albericus in dicta, l. clauibus de contrah. emptio. & ibi, Fulgosius. istam rationem ponit etiam Salic. in l. licet, C. de acquirend. possess. 2. column. prope medium. Socinus in l. 1. ff. eodem tit. penult. column. post medium. Nicol. de Neapol. in §. item si quis merces, in fine. Institut. de rerum diuis. & ante omnes ista fuit intentio Dini in cap. 1. de regul. iur. in 6. §. folio 3. quaestione.

Adde tamen quod ad hoc vt per traditionem clauium transferatur possessio est necesse, quod ipsa traditio fiat in praesentia domus, vel loci vbi sunt : ita Glossa ordin. in dicta l. clauibus, de contrah. emptio. in gloss. 1. & ibi expressè tenet Odofred. Salicet. & est de mente aliorum. idem etiam tenet Bart. in l. 1. ff. de acquir. possess. §. column. 4. quaest. principali, numero 17. & 18. & ibi Imol. pen. column. & ibi Iason 20. numero 91. Vincent. 39. column. num. 93. Ripa. 19. 15. column. num. 57. tenet Aretinus dict. l. 1. §. si iusserim, eod. tit. in fine. tenet etiam Albericus, Imol. Cuman. Paul. de Castr. in l. 3. eod. tit. 1. column. & ibi Socin. §. column. in medio. idem etiam tenet Glos. in l. 1. Cod. de donat. in gloss. 3. & ibi expressè Petr. Cinus, & Salic. Glossa in l. qua ratione, §. item si quis merces supra de acquir. rerum dominio. cum qua transeunt Doctor. & alij Glossat. in §. item si quis merces Institut. de rerum diuis. in gloss. fin. & ibi tenet Bart. Faber, Angel. de Platea, Andr. de Isernia in cap. 1. in princip. quid sit inuestitura. in vsibus feudorum. Collectarius in cap. caterum de donation. Petrus de Anchar. in regula, sine possessione, de regul. iur. in 6. 16. col. medio. Barbat. in cap. 2. de consuet. column. 17. num. 96. & certè ista est communis opinio. Sed attende quod contra eam expressè facit textus in dicta leg. clauibus, de contrah. emptio. dum dicit. Si clauis apud horrea tradita sunt, vbi probatur quod non requiritur praesentia rei, sed sufficit quod clauis tradantur apud horrea, & sic in loco proximo domus vel loci vbi res continentur : & ista est vera & propria significatio illius vocabuli secundum peritos Latinos, & praeterea contra communem opinionem facit vrgens & fortissima ratio, quia si praesentia domus vel loci requireretur, frustra interueniret traditio clauium, cum sola praesentia, & visus sufficeret concurrente voluntate tradentis : & per ista tenet Alexand. expressè dicens esse notandum in dict. leg. 1. supra eod. 19. column. num. 78. & ita videtur tenere ibi gloss. 2. in medio, in versicul. sed quid si non est in conspectu, &c. dum allegat dictam leg. clauibus. Sed his non obstantibus ego teneo superiorem communem opinionem imò quod oportet quod clauis tradantur in praesentia domus vel loci. Nec obstat textus in dicta l. clauibus dum dicit, apud horrea, quia dictio apud multoties in iure nostro accipitur pro, coram & pro praesentia : vt in leg. de iure, in princip. ff. ad municipales, & in leg. eum pro quo. & ibi Glos. & Doctores ff. de in ius vocand. Non obstat etiam illa subtilis ratio formata contra communem opinionem. quia respondeo, quod hic non agimus de quaerenda possessione ipsius domus, horrei, vel loci : sed de quaerenda possessione rerum, vel mercium ibi contentarum quæ non videntur, nec sunt in praesentia, vel conspectu, sed clausæ : ideo traditio facta in conspectu domus multum operatur : quia transfert possessionem rerum vel mercium : & iste est sensus, & verus intellectus illius text. in dict. l. clauibus. & ita defendit commun. opin. Iason. in dicta l. 1. supra eod. 20. column. numero 91. & licet ipse nec alius alleget, ista est responsio & declaratio Bartol. in §. item si quis merces. Institut. de rerum diuis. & ista est veritas. Pro qua communi opinione sic defensata scilicet quod requiratur praesentia domus vel horrei facit optimus textus bene consideratus in dicta l. 1. §. si iusserim, vbi text. dicit, quod per visum & aspectum quaeritur possessio rei, concurrente voluntate tradentis : & postea subiungit textus per dictionem copulatiuam, Et, de cuius natura est vni-formiter copulare : & vina tradita videri, cum clauis cellæ vinariæ emptori traditæ fuerint : ergo debet intelligi in praesentia domus vel loci in

quo res continentur, prout supra loquitur, & illum textum ad hoc ita considerat solus Franc. de Ripa *in dicta lege* 1. 25. *column. numero* 57. Item pro communi sententia allego hodie expressam legem regni quæ hoc determinat. scilicet, *leg. 7. titul. 30. 3. part. ibi, E estando y delante.* unde si quis velit se iuuare ex tali possessione oportet probare traditionem clauium esse factam in præsentia, cum sit qualitas suæ intentionis. pro quo facit doctrina Aretin. *in lege* 3. *columna* 2. *numero* 4. *eodem titul.* vbi dicit quod in casu quo actus debet fieri in præsentia non præsumitur nisi probetur. Item superiorem conclusionem ego limito & intelligo quando domus, locus, vel horrea, vbi res continentur, sunt clausa, secus tamen si essent aperta: nam tunc licet claues tradantur, non transferatur possessio, & in expresso ita probat textus *in dicta lege clauibus*, ibi, *et si non aperuerit horrea* & certè est de mente iurium & Doctorum, vbi supra. Confirmatur etiam ratione, quia isto casu non censetur res esse ita sub custodia accipientis claues: nec est ita facilis potestas, apprehendendi ipsas res: & istud credo verum licet nemo Doctorum hoc tangat. Aduertendum tamen est quod prædicta conclusio habet, quod per traditionem clauium quæritur possessio, debet intelligi quando tradens possidebat: si verò non possidebat, nullam transfert possessionem nec effectum eius, argumento text. iuncta Gloss. *in l. quamuis, §. si conductor.* infra isto tit. & in expresso ita tenet Oldrad. *in conf. suis, conf. 209. col. 1. in fine, numero* 3.

62 Ultimo pro declaratione huius articuli quæro, an sicut per traditionem clauium transfertur possessio, ita sit per traditionem alterius instrumenti quo aliqua res ducitur & gubernatur, vt puta si quis vendat vel alienet equum vel aliud animal, & tradat frænum, capistrum, vel sellam, an ex hoc transferatur possessio ipsius equi, & per consequens dominium vel vsucapiendi conditio, & reperio quod Glossa singularis in iure, *in §. item si quis merces, in gloss. fin. in fine. Institut. de rerum diuis.* tenet expressè quod sic; argumento illius textus, & textus *in dicta lege clauibus*, & iurium dicentium quod per traditionem clauium transfertur possessio: & illam Glossam commendat & dicit notabilem Socinus 4. *volum. consil. consil. 55. column. 2. numero* 9. Sed attende quod illa Glossa & conclusio debet intelligi quando frænum vel capistrum est impositum in dicto equo vel animali: nam tunc capiendo equum per frænum videtur apprehensa possessio eius equi, nam alias non potest commodè vel aptè apprehendi: & tunc erit possessio quæsitæ per actum naturalem: secus verò si frænum tradatur non super equo, sed in absentia: quia tunc non censetur quæsitæ possessio, ita notabil. Faber *in dict. §. item si quis merces in fine*, & ibi Angel. & Plat. licet sic non declarent.

63 Quartus actus vel modus fictus per quem acquiritur possessio est per retentionem vsus fructus: nam si quis vendat, donet, vel alienet aliquam rem quam possidet retento sibi vsu fructu, statim per talem clausulam nulla traditione interueniente transit possessio civilis in eum in quem fit alienatio, prout etiam tenet Gregor. per textum ibi *in lege* 9. *titul. 30. part. 3.* & Matiençus *in lege* 8. *titul. 7. glossa* 1. *libro* 5. *recop. numero* 21. & per consequens dominium vel vsucapiendi conditio, & possessio naturalis remanet penes alienantem ratione vsus fructus retenti: & est textus singul. *in lege quisquis, Codice de donat.* quem ad hoc notat &

commendat ibi Petr. Cinus, Bartol. Alber. Angel. Bald. Salicet. & communiter Doctores & illum textum notat ad hoc Glossa ordinaria *in lege* 3. *ff. de acquirenda possessione, in verb. animo, versicul. sextus, per retentionem vsus fructus.* & ibi communiter Doctores, Glossa & communiter Doctores *in lege* 1. *Cod. eod. titul.* & illum text. reputat mirabilem Azor. *in summa. Cod. eodem titul. 2. columna in fin. numero* 8. reputat mirabilem Petrus *in lege* 1. *eiusdem titul. 2. column. in fine*, & reputat mirabilem Cuman. *in dict. leg. 3. ff. de acquirend. possess. 1. column. in fine.* similis textus est *in lege si quis argenteum, §. sed si quidem, eodem titul. de donat.* qui extendit vt procedat etiam in contractu vel alienatione vniuersali omnium rerum: & ista duo iura non sunt alibi secundum Bald. *in dicta lege quisquis, in princ.* pro qua conclusione & decisione est hodie *lex* 9. *titul. 36. 3. part.* & ratio viua & subtilis huius conclusio est, nam cum secundum iuris dispositionem dominus non possit habere vsu fructum formalem in sua propria re, vt in *lege vsu frui, in princ. ff. si vsu fructus penult.* & *in lege cum in fundo, ff. de iure dotium.* & *in lege in re communi. ff. de seruis. urban. prad.* & vtrouque Doct. necessariò infertur pro validitate actus, quod si in alienatione rei dominus retinet vsu fructum, statim ipso iure transeat proprietas ad alium, in cuius acquisitione fingitur traditio possessionis: cum sine ea non quæritur, ne alias concurrant in eadem re & vna & eadem persona duo iura incompatibilia: istam rationem in effectum, licet non sic declaratam, posuit Azor. *in summa, Codice isto. titul. 2. col. numero* 8. Petr. de Bellaper. *in lege* 1. *eiusdem titul. 2. column. in fine.* istam etiam rationem posuit Petr. Cinus, Faber. & Alber. *in d. lege quisquis. Codice de donat.* Salic. & alij Doctor. *in lege. licet, Codice de acquir. possess.* Secunda ratio sit quod ideo transfertur possessio & dominium, quia retinens vsu fructum videtur se constituere possidere rem nomine alterius, & censetur hoc casu tacitè posita clausula constituti: istam rationem ponit *in dicta lege quod meo. 2. column. in fine.* & licet ista ratio non videatur concludere, cum vsu fructuarius non possideat nomine alterius sed proprio, tamen optimè potest defendi, quia negari non potest, quod licet vsu fructum retineat nomine proprio, tamen proprietatem retinet nomine alterius.

Tertia, ratio vera & subtilis potest esse, quia vsu fructuarius semper censetur esse tanquam procurator ipsius proprietarij, & eandem rem tenere: omniaque quæ eam concernunt exercere tanquam procurator & custos: textus est singularis & vnicus *in lege* 1. *in fine cum lege* 1. *sequente ff. vsu fruct. quemadmod. cauend.* quem ad hoc notat & commendat Bartol. *in lege* 1. *§. fin. ff. de noui oper. nunc. 1. column. in fine.* & ibi communiter moderni. & illum textum ad hoc dicit vnicum Bald. *in rubric. extra de procurat. 4. column.* ergo mediante persona eius quæritur possessio & omne ius rei ipsi proprietario, argumento textus *in lege* 1. *§. per procuratorem, ff. de acquirenda possessione, & in lege* 1. *Codic. eodem titulo.* & certè istam rationem ego inuestigauit, & postea reperi, quod eam ponit Barbat. *in additionibus ad Bald. in capite* 1. *quid sit inuestitura in vsibus feudorum.* Ex quibus subtiliter infero, quod idem erit generaliter, quando venditor vel alienator reseruet sibi aliud ius quod est incompatible cum dominio: vt si retineret rem in emphyteusim promittendo pensionem quolibet anno, vel retineat expressè rem in pignus quousque soluatur pretium, vel retineat de voluntate emptoris in pignus pro alio debito: nam tunc statim ipso iure transit domi

dominium in eum in quem fit alienatio sine aliquo actu traditionis : ita in specie singulariter Faber, in §. *interdum Institut. de rerum diuis. post princip.* pro quo est Glossa singularis quam ipse allegat in *lege 1. §. final. in verb. emerit in fine*, ff. de rebus eorum, quæ tantum loquitur in pignore retento, & illam Gloss. ibi sequitur & approbat Albericus, & Dinus, & Iacobus, de Aretin. quos ipse refert, & illam Glossam reputat singularem Iason in *l. traditionibus, Codice de pactis 2. columna, in fine*, illam etiam Gloss. sequitur & commendat Nicol. de Neapol. in *dicto §. interdum, Institut. de rer. diuis.* idem expresse tenet Faber in suo *Breniario in dicta lege quisquis in fine*, idem tenet Cuman. dicens se habuisse de facto in *l. 3. de acquirenda possessione in 2. columna, in princ.* facit etiam bonus textus in argumento in *l. quedam mulier, ff. de rei vend.*

Item etiam infero singulariter quod dispositio textus in *dicta lege quisquis*, & eius conclusio non procedit econtra, quando venditor vel alienator reseruaret sibi proprietatem rei, vt quia alienaret vel concederet vsusfructum retenta sibi proprietate : nam tunc non transfertur ius vsusfructus formalis & eius possessio in accipientem, nisi sequatur traditio vel quasi : quia hoc casu cessant communes rationes superiores : & in expresso ita probat textus expressus in *l. 3. §. dare, ff. de vsufructu*, ibi ad translationem vsusfructus & quasi possessionis eius requiritur inductio in fundum, vel patientia utendi & fruendi : non ergo sola concessio vsusfructus & retentio proprietatis sufficit : per quem in terminis ita tenet Bald. in *cap. cum venisset, fin. columna, num. 8. de restit. spoliat.* idem Bald. in *cap. 1. 2. col. prope finem quid sit inuestitura, in vsibus feudorum*, idem Bald. in *dicta lege quisquis, Cod. de donationibus*, & per illum textum ita etiam tenet Ludovic. Roman. in *l. 3. ff. de acquir. possess. 1. columna, prope finem*, & ibi Aretinus 2. columna, in fine. Alexand. 4. columna, num. 14. Vincent. 10. columna, num. 25.

65 Adde tamen pro intelligentia & declaratione textus in *dicta lege quisquis*, & superioris conclusionis quod ad hoc vt per retentionem vsusfructus transferatur dominium & possessio proprietatis, requiritur quod retinens vsusfructum possideat & retineat rem pleno iure illo tempore, alias non transfertur argumento textus iuncta Glossa in *lege quamuis*, §. *si conditor, ff. de acquirenda possessione*, ita Angelus de Perusio, in *dicta lege quisquis, Codice de donatione*, vbi etiam dicit, quod ille qui præten dit possessionem & dominium proprietatis sibi quasi tum, debet omnino probare qualiter prædicta res pleno iure erat penes alienantem illo tempore, alias succumberet : & idem tenet Salicetus ibidem.

Item adde singulariter quod prædicta iura & communis opinio quæ habet quod per retentionem vsusfructus transit & acquiritur possessio, debet intelligi & extendi vt procedat etiam si ille qui retinet vsusfructum sit in absentia rei vel rerum, ita subtiliter probat textus in *dicta lege quisquis*, vbi non constat rem fuisse in præsentia, imò non præsumitur esse per regulam quam ponit Anton. in *capite cum venisset, de restitut. spol. penultima, columna, numero 13.* & Aretinus in *lege 3. ff. de acquirenda possessione*, 2. columna, numero 5. Præterea hoc probatur, quia si ibi res esset præsens, visu quæreretur possessio, & frustra interueniret alius actus fictus. Præterea & 3. hoc deduco & probo ex litera illius textus dum dicit, nec quid amplius requiratur quo magis videatur facta traditio, idem probat textus subtiliter consideratus in *lege*
Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

si quis argentum, §. *sed si quidem*, Codice de donatione, vbi si quis donat vniuersaliter omnia bona sua & retineat vsusfructum, statim transit possessio ciuilis in donatarium, & sic apertè colligitur quod ille actus interuenit in absentia, quia non est præsumendum quod omnia bona sua erant in præsentia : & si subtiliter replices, ergo tunc bene transfertur possessio ciuilis in nouum proprietarium, quia illam solam retinebat dominus in absentia, tamen non video qualiter tunc remaneat possessio naturalis penes dominum, qui nunc retinet vsusfructum, cum nullam habeat in absentia, quia nouiter respondeo quod in illo instanti creatur noua possessio naturalis causata & inducta ex retentione & fomento ciuilis, quæ retinebatur in absentia : & sic idem operatur talis retentio vsusfructus ac si fieret in ipsa re præsentia, quia quidem possessio naturalis cum sit sola, poterit postquam fuit creata retineri in absentia, vt supra suo loco dictum & probatum est : & potest confirmari ex sententia Bartoli, qui in proposito bene facit, in *lege quod meo*, ff. de acquirenda possessione, 2. columna, numero 5. & ibi communis opinio.

66 Quintus actus vel modus fictus per quem acquiritur possessio est per conductionem rei : nam si quis vendat, donet, vel alienet rem quam possidet alteri : & ab eo eam conducat pretio determinato statim quæritur possessio ipsi emptori, donatorio, vel ei in quem fit alienatio, & per consequens dominium vel vsucapiendi conditio, & omnes alij effectus qui resultant ex possessione : textus est expressus in *lege quedam mulier*, ff. de rei vendit. cuius verba sunt : *Quedam mulier fundum non marito donauit per epistolam, & eundem fundum ab eo conduxit : posse defendi, in rem ei competere actionem quasi per ipsam acquisierit possessionem* : & illum textum ad hoc notat & commendat ibi Odofredus, Bartolus, Albericus, Baldus, Angelus, & communiter Doctores textus in *lege qui bona fide, infra isto titulo textus in lege interdum*, §. *fin. eodem titulo*, textus in *lege si quis ante, eodem titulo*, textus in *lege serui emptor. ff. de peric. & commod. rei vendita*, & idem disponit lex 9. titulo 30. parte 3. Et ratio huius est, quia eo ipso quod venditor vel alienator con ducit suam rem ab emptore vel alio in quem fit alienatio, videtur se constituere nomine eius, deinceps eam rem detinere & possidere, vnde merito transit possessio : argumento nostræ legis, quod meo, & istam rationem ponit expressè Glossa ordinaria in *dicta lege quedam mulier, in gloss. 4.* ibi Odofredus, Bartolus, & Albericus, Abb. in *cap. 2. de consuetudine, fin. columna, post princ.* & videtur esse communis ratio omnium Doctorum, & istam rationem apertè voluit Bartolus, in *ista lege quod meo 2. columna, numero 3. ver. c. 2. pone*, vbi dicit quod idem est constituere se nomine alterius possidere, vel conducere ab eo. Et confirmatur, quia colonus vel inquilinus semper recognoscit locatorem in dominum & possessorem, & semper suo nomine videtur tenere, vt probat casus in proposito notab. in *lege malè agitur de prescriptione 30. vel 40. annorum*, textus in *lege non solum*, §. *quod vulgò in fin. de vsucapion. lege certè, paragrapho 2. Digestis de precar. textus in l. si id quod §. 1. ff. de acquirenda possessione*, textus in *l. fin. Codice de acquirenda possessione*, textus in *l. peregrè*, §. *quibus ff. eodem titulo*. Secunda ratio & subtilis est, quia cum in re propria non cadat con ductio, & sit ius incompatible cum domini, necessario conducendo transfertur dominium : & cum ipsum non possit acquiri sine possessione vel traditione, possessio ipsa fictione iuris censetur tradita :
Aa 2 istam

istam rationem ponit solus Angelus de Perusino in dicta lege quadam mulier. in princ. & confirmatur ex his quæ dixi in superiori proximo 4. actu ficto & eius ratione: quam conclus. & doctrinam declaro isto modo, nam si alienans rem & conducens habebat vtramque possessionem, vtramque transfert in eum qui fit alienatio, & penes conducentem sola remanet detentatio & custodia, argumento textus notabiliter in lege officium, verb. denique, ff. de rei vend. & in dict. lege malè agitur cum similibus, Codice de præscript. 30. vel 40. annor. si verò sola possessio ciuilis vel naturalis est penes eum, illa sola transit & quæritur ei cui fit alienatio: & ita probat expressè dicta lex quadam mulier. in verb. veluti, vbi præsupponit quod mulier quæ ibi donauit & conduxit non erat in fundo sed absens, & sic tantum possidebat ciuilitè, & tamen illam transfert in donatarium: & ita in expressio per illum textum tenet & declarat Bartol. in lege quod meo 2. column. num. 3. ff. de acquir. possess. & sequuntur communiter Doctores si verò nullomodo possideat, tunc per conductionem nullam transfert possessionem in eum cui fit alienatio, argumento textus in regula, nemo plus iuris, ff. de regul. iur. & in lege traditio, in princip. ff. de acquir. rer. domin. & in expressio pro hac sententia & conclus. est textus in lege quamuis, §. si conductor, ff. de acquir. possess. vbi si colonus vel inquilinus meus vendit rem meam alteri, & ab eo conduxit, non transfert in eum aliquam possessionem: cuius ratio nulla alia est, nisi quia non possidet, & ita per illum textum tenet ibi Gloss. notab. ordin. in fine. Angel. Paul. Imola, Roman. Aretin. Cuman. & Alexand. qui hoc valde commendant, pro qua sententia facit textus in lege Pomponius, ff. quibus modis ususfruct. amit. quem dicunt notab. & meliorem de iure dot. in dict. §. si conductor. & in leg. qui vniuersas §. quod per column. eodem titul. & ex hoc inferunt quòd ille, qui iuuat se ex possessione quæsitæ per conductionem rei, tenetur probare possessionem esse penes conducentem tempore contractus: idem tenet Angel. in dict. leg. quadam mulier 2. column. in princ.

67 Et ex superioribus infero singulariter quòd si colonus vel inquilinus post mortem domini & possessoris conduxit ab hærede, vel ei soluit pensionem recognoscens eum in dominum, eo ipso videtur hæres acquirere possessionem: quia colonus vel inquilinus videtur velle insistere & habere rem nomine ipsius hæredis & tanquam eius procurator: ita probat textus singularis iuncta sua Gloss. fin. in l. qui vniuersas, §. quod per colonum, ff. de acquirenda possessione. ibi tenet & notat Bartol. Alb. Paul. Imol. Rom. Cuman. & Aretin. & licet Gloss. & Bartol. ibi tantum videantur dicere quòd ex hoc probatur possessio, & non bene aperiant an ex tali actu censeatur realiter quæsitæ ipsa possessio, tamen omnes alij Doctores dicunt expressè & tenent quòd censeatur acquisita possessio: & in expressio ita tenet Paul. de Castr. in leg. qui bona fide. eodem titul. Bald. in lege cum notissimi, Cod. de præscript. 30. vel 40. annor. penult. colum. numer. 13. vbi dicit quòd caueant hæredes, quia post mortem defuncti non videntur possidere, etiam colono vel inquilino remanente in conductione, nisi conducat ab eo vel ... recognoscat soluendo sibi pensionem per d. t. paragraphum quòd per colonum. pro qua sententia & conclus. facit textus notab. in cap. cum venisset, de restit. spoliat. ibi, perceperunt annuam pensionem. vbi probatur quòd per solutionem pensionis rei donatæ quam percepit donatarius de voluntate & consensu donatoris acquirit donatarius illius rei possessionem: & ad hoc

notat ibi Gloss. ordin. 2. & ibi ad hoc notat & commendat illum text. Abb. 3. colum. num. 11. Anton. 3. colum. 13. Card. in fine. Anchar. num. 6. Nec obstat si dicas quòd ista conclus. non videtur vera, quia per conductionem ita demum acquiritur possessio locatori, quando ille qui conduxit possidet rem, vt supra probaui & conclus. Sed in casu nostro, iste colonus vel inquilinus non possidet, ergo nullam possit transferre possessionem: quia notabiliter respondeo quòd illud est verum, quando possessio est ab alio occupata: secus verò quando possessio sit vacans vt in casu nostro, quia res est hæreditaria, quia tunc colonus vel inquilinus per conductionem transferunt possessionem in hæredem quem recognoscunt in dominum, & statim sibi est quæsitæ possessio: & in expressio ita tenet & declarat Paul. Imola, Roman. & Aret. in d. §. quod per colonum. idem Paul. in dicta l. qui bona fide. & ita etiam expressè tenet & declarat Bartol. in dicta l. quod meo, col. 2. in fine, n. 6.

Attende tamen singularis, quòd ista conclus. & communis opinio debet intelligi, quando colonus vel inquilinus conduceret ab hærede actualiter insistens in ipsa re, vel in conspectu rei: secus tamen esset si conduceret in absentia rei, quia tunc nulla possessio quæritur hæredi locatori: ita singulariter Ioan. de Imol. in d. §. quod per colonum. reputans esse notab. in practica: & idem tenet ibi Roman. Franc. de Aret. Adde tamen quòd si postea colonus vel inquilinus reuertitur & ingressus sit rem conductam statim erit quæsitæ possessio hæredi, quia per locationem factam ab hærede videtur commissum colono, vt habeat & teneat rem nomine locantis, & ipse colonus quando ingreditur, videtur habere & tenere nomine eius, vnde acquirit ei possessionem tanquam procurator: ita singulariter & subtiliter solus Aretinus in dicto §. quod per colonum 2. column. num. 6. Sed attende valde singular. vltra omnes quòd ego teneo contrariam sententiam, imò quòd etiam si in absentia rei fiat conductione acquiritur statim possessio hæredi, quia considero quòd in absentia retinetur detentatio ciuilitè in animo quando est iuste quæsitæ ex licito contractu vel iudicis authoritate, & operatur omnes illos effectus quos operaretur si detentator esset præsens in re: ita probat textus singular. & vnicus in lege si finita, §. si quis metu, supra de damn. infect. quem ad hoc notat & commendat Angel. & reputat singular. Paul. & Roman. & dicit fortè non alibi Imola: probat etiam textus notab. subtiliter adductus in lege si colonus, ff. de acquir. possess. vbi dicitur quòd si colonus animo non deferendæ possessionis exit de fundo, & eò redit, dominus & locator retinet per eum possessionem ciuilem & naturalem: & sic subtiliter probatur quòd colonus retinet in absentia detentionem rei, mediante qua locator conseruat suam possessionem ac si colonus actualiter esset in ipsa: & ad hoc illum textum notat ibi solus Paul. in princ. probat etiam singular. textus & subtilis in lege qui vniuersas §. final. ff. eod. titul. vbi dicitur quòd si ego possideo per colonum, inquilinum, commodatarium vel depositarium, licet aliquis eorum locet vel deponat apud alium, semper retineo meam possessionem etiam si ille secundus non vatur nomine meo: quia tantum inspicitur animus primi coloni, inquilini, vel depositarij, & mediante animo eius qui adhuc videtur retinere rem in absentia, retineo & conseruo meam possessionem: & ad hoc eum ibi reputat singularem Paul. de Castr. Imol. Aretin. & communiter Doctores, ergo cum iste colonus vel inquilinus retineat deten

detentionem rei in animo in absentia, merito conducendo ab hærede, videtur in animo suo deinceps eam habere & retinere nomine hæredis ac si esset præsens in re, & per consequens statim ei quaritur possessio, & habet locum dispositio textus iuncta Glossa in dicto §. quod per colonum, & superior conclus. & militat eius ratio, & hoc est subtile & quotidianum: nec obstat quod in isto casu nullus actus corporeus ipsius hæredis nec coloni tanquam procuratoris videatur interuenire in hac possessione quarrenda: vnde non videtur posse acquiri, quia respondeo quod ille primus corporeus, & sic illa naturalis apprehensio & detentatio coloni interueniens tempore quo habuit rem sufficit, cum videatur semper durare & retineri saltem ciuilitè in animo: vnde ista acquisitio possessionis non est sine actu corporeo, & hoc potest fundari ex sententia & doctrina Bart. in dicta lege quod meo 2. columna, num. 3. & aliorum, vbi dicit quod ciuilitè possidens animo in absentia potest transferre in alium illam ciuilem possessionem constituendo se nomine eius possidere ex prædicta ratione.

69 Sextus actus vel modus per quem quaritur possessio est quando concedo tibi & permitto habere mediante aliquo titulo rem meam quæ est apud te: sicut si commodauit, deposui, vel locauit tibi rem & tradidi & postea vendam tibi vel alio titulo habili ad translationem dominij concessi & habere promisi, statim transit possessio & quaritur tibi qui rem detinebas, nulla alia de nouo interueniente traditione: textus est in lege qua ratione, §. interdum, ff. de acquirendo rer. dom. text. in lege si seruus meus, in versic. fin. eod. tit. textus in lege 3. §. illud quoque, ff. de acquirenda possess. textus in lege si rem qua apud te esset, ff. de euiction. textus in lege siue autem, versic. si quis rem, ff. de public. textus in lege eius rei, cum lege sequen. ff. de rei vend. vbi reus conuentus rei vindicatione, si soluat æstimationem eius secundum quod actor iurauit, statim consequitur dominium & possessionem rei existentis apud eum textum in lege certi condictio, §. fin. ff. si cert. pet. vbi si pecuniam apud te deposui, & postea mutuaui efficitur tua, & eius est periculum etiam si non moueatur textus in §. interdum, Instit. de rerum diuis. & ista conclusio & decisio hodie confirmatur per l. 47. in princip. titulo 28. 3. parte, & ratio est, quia illa voluntas & patientia domini post nouum & verum titulum re existente penes acquirentem habetur pro traditione ex iuris dispositione, & sic detentatio præcedens mutatur & transfunditur in possessionem iuridicam ex nouo titulo superueniente, concurrente animo & voluntate acquirentis, & istam rationem colligo ex mente iurium supra dictorum, & ista est mens & intentio Doctorum ibi. Et in intantum ista conclusio & doctrina est vera vt procedat etiam si tempore quo conceditur nouus titulus res sit in absentia: ita tenet Glossa ordinaria in dicta lege qua ratione, §. interdum, in gloss. fin. cum qua ibi transeunt communiter Doctores gl. in dicto, §. interdum Instit. de rerum diuis. & ibi expressè Faber Ang. Platea, & communiter Doctores tenet etiam Bartolus Alber. Angel. Paul. & commun. moderni in lege certi condictio, §. final. ff. si cert. pet. & ista est vera & communis opinio licet Gloss. in lege siue autem versic. 1. ff. de public. velit contrarium: & Christophorus in dicto, §. interdum, & aliqui Doctor & pro communi opinione hodie legis parte, supra allegata facit etiam ratio, quia si esset in præsentia, non esset dubium nisi quod quæreretur, vt in lege 1. §. si iusserim, ff. de acquirenda possessione cum similibus, est supra dictum nec huic communi opinioni obstat textus in lege hac si Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

res, ff. de rei vindicatione, vbi reus conuentus rei vindicatione qui soluit litis æstimationem, ita deum consequitur dominium & possessionem rei quando erat res præsens: quia respondeo quod præsens dicitur esse res quando est penes ipsum reum conuentum, & ista soluit ibi Glossa ordinaria 1. & sequuntur plures Doctores, & tenet expressè Dinus in regula, pro possessore, de reg. iur. in 6. 4. quest. Vel secundo respondeo quod ille textus loquitur, quando non interuenit verus & expressus titulus, sed tacitus, & insuper res non erat penes illum de voluntate domini: in conclusio. verò nostra superiori interuenit verus & expressus titulus, & res erat penes acquirentem de voluntate domini: ita Odofredus, Albericus, & Angel. in dicta lege hac si res, & ita etiam soluit & declarat Bartolus Baldus, & communiter moderni in dicta lege certi condictio, §. fin. ff. si cert. pet. & notabilit. Ioann. de Imol. in l. secunda, §. final. ff. de usucap. pro emptore, tertia columna. Adde tamen quod ista conclusio & opinio communis debet intelligi, licet nemo tangat, quod re existente in absentia transfertur possessio scilicet ciuilis tantum, non verò naturalis: quia cum illa etiam postquam est quæsitæ non conseruetur nec retineatur in absentia, ergo nullo modo acquiratur, argumento textus & eius regulæ in lege prima, §. quod autem, ait prætor, ff. de superficiebus cum similibus. Attende tamen quod contra supra dicta facit vrgens ratio, nam in isto casu quando res est in absentia, nullus actus traditionis videtur interuenire qui semper requiritur in quarrenda possessione, sed tantum interuenit voluntas & titulus domini & possessoris: sed constat hoc non sufficere etiam concurrente voluntate quærentis, vnde in nostro casu non videtur posse quarri possessionem, sed sustinendo superiorem conclusionem & commun. doctrinam Doctorum respondeo notab. quod ille penes quem detentatio rei erat retinet ciuilitè in animo in absentia illam detentationem & effectum eius, vt supra benè probati in superiore proximo actu ficto, vnde ex titulo & voluntate domini concedentis rem, acquirit detentator possessionem eius ex iuris dispositione, quia cum videatur esse in re & in eius detentatione saltem ciuilitè in animo, nunc illam rem intendit in animo habere & possidere ex nouo titulo & concessione domini, & illa detentatio præcedens mutatur in possessionem iuridicam: vnde merito dixi quod illa possessio quæ in nostro casu quaritur in absentia tantum erit ciuilis, sed si in re vel in præsentia rei concederetur titulus à domino, esset quæsitæ vtraque possessio, & ista est noua & vera declaratio & intentio superiorum iurium: pro qua sententia & declaratione considero expressum & subtilem textum in dicta lege certi condictio, §. final. ff. si cert. petat. vbi dicit textus quod si deposui penes te pecuniam, & postea permisi tibi ea vti, statim transit dominium & possessio pecuniæ, etiam si non moueatur: & subiungit textus rationem, animo enim cœpit possidere: ergo patet quod pecunia erat in absentia, quia si in præsentia, animo & corpore possideret, & similiter est ibi casus quod tantum erit translata possessio ciuilis, cum textus dicat, animo enim cœpit possidere, ergo solum ciuilitè & illa ciuilis quaritur eo modo quo supra declarauit.

Item adde quod superior conclusio & doctrina debet intelligi quando dominus concedens titulum sciebat rem illam esse penes acquirentem: secus autem si ignorabat: ista est Glossa singularis in lege quadam mulier, Digestis de rei vindicatione, in glossa penultima, in fine, quam dicit singularem Romanus in dicta lege certi condictio,

§. final. & ibi Iason 2. colum. limitat Gloss. quam Doctores non allegant in dict. leg. hac si res, ff. de rei vend. in gloss. 1. vbi ponit notab. rationem, scilicet ne sit occasio quod dominus decipiatur, & eo inuito careat sua re & alteri applicetur: argumento text. in l. nec quasi eod. tit. de rei vendit. cuius verba sunt, ne in potestate cuiusque sit per rapinam ab inuito domino rem iniusto pretio comparare: quam Gloss. ibi sequuntur Bartolus, & communiter Doctores in d. l. hac si res, & illam Gloss. ad hoc dicit singul. Aretinus in dict. l. quod meo 2. column. num. 6. quo casu quando perueniat in notitiam domini, erat in potestate eius restituere pecuniam quam accepit & recuperare suam rem, ita singul. tenet & declarat Paul. de Castr. in lege 1. ff. pro emptore 1. columna, in fin. argumento textus in lege ei qui furti actionem, in fine, ff. de furtis.

Item adde quod intentatum est verum, quod si ex titulo vel causa habili ad translationem dominij dimitto rem quæ est apud te, transfertur in te dominium vel vsucapiendi conditio, vt procedat etiam si illam rem prius non haberes ex mea voluntate sed haberes à quolibet alio tertio: textus est notabilis & expressus in lege non solum, §. quod vulgo post principium infra de vsucapion. & ibi ad hoc notat Bartol. Paul. Cuman. & communiter Doctores & idem Bartolus vbi notab. loquitur in lege cum solus 2. colum. numero 4. versicul. 2. casu eodem titulo & ibi Paul. fin. columna, numero 5. Imol. 2. colum. ante medium, & not. ibi Cuman. 2. colum. ante medium, facit etiam textus in lege 2. §. si pro emptore, textus in sui generalitate in lege qui bona fide, §. final. ff. de acquirenda possessione, textus in lege eius rei, ff. de rei vendicat.

Sed attende quod contra superiorem conclusionem & communem doctrinam, quæ habet quod ille penes quem res dimittitur mediante aliquo titulo statim acquirit dominium & vsucapiendi conditionem sine alia traditione, facit ille singularis, & subtilis textus in l. siue apud acta. versic. 1. Cod. de transact. vbi probatur quod si quis petit à possessore rem vel fundum, & fiat inter eos transactio vt aliquo dato actor dimittat rem penes reum conuentum & discedat à lite, tunc non transfertur dominium si actor erat dominus, nec vsucapiendi conditio si non erat dominus: sed tantum paratur reo exceptio si amplius ille fundus vel res petatur ab actore vel successoribus eius: quod probat ibi textus dum dicit, tamen rerum vendicatione pendente: quia si facta transactio & litis desistentia remanet actori rei vendicatio, ergo & dominium, vt in lege in rem actio, ff. de rei vendicat. & ad hoc illum textum notat ibi Glossa ordinaria in verbo pendente. Bartolus 1. lectura in fine. Angelus secunda columna numero 4. Baldus pen. colum. num. 9. Paul. 1. colum. num. 4. Salicet. sexta columna, num. 15. Iason tertia columna, num. 14. idem probat textus singularis & subtilis in l. si pro fundo versic. fin. eodem titulo, vbi dicit textus quod si actor ex causa transactionis dimisit rem apud reum conuentum, & postea res illa euincatur ab aliquo tertio, non tenetur actor de euictione qui de iure teneretur si ex natura contractus & dimissionis rei veniret translatio dominij: & ad hoc illum textum notat & dicit perpetuè menti tenendum Bartol. in tertio notabili Bald. in ultimo notabili, & ad hoc dicit eum sing. Angel. ibi in princ. Paul. 2. columna, numero 7. & dicit ibi vnicum Alexand. 2. columna, ultimo not. & dicit vnicum Iason penultima, columna 6. not. & eum dicit singularem ibi Iacobinus de Sancto Georgio ultimo not. & ad hoc illum textum dicit vnicum Bald. in cap. 1. in fine, de controuersia inter Vasallum

& alium de benefic. in vsib. feud. & dicit vnicum Iason in l. fin. Cod. de iure emphyt. num. 122. & per ista iura tenet expressè Glossa ordinaria in l. penult. Cod. de vsucap. pro empt. & ibi Bartol. Alber. Pet. Cinus, Baldus, Salicetus, Paulus, & communiter Doctores, Glossa in l. stipulatio ista in princip. versic. sed quatenus in gloss. fin. in princip. ff. de verbor. oblig. quam ibi notat & commendat Ang. 1. columna, numero 4. & ibi Imola 3. columna, versic. & nota diligenter. Roman. 4. columna, num. 10. Iason in §. si quis forte eiusdem l. 2. columna, num. 7. dicens esse singulariter notandum pro Principibus & Regibus facientibus ad inuicem pacem, & promittentibus in capitulis non mouere controuersiam de castellis, locis vel oppidis per eos possessis, quia per hoc non videtur translatum dominium de vno in alium, ne possit agi de euictione: facit etiam textus in lege si super possessione textus in l. si quis maior. eodem tit. ibi, & rerum proprietate careat, & per illum textum in dicta lege si pro fundo, ita tenet & declarat Bartol. in lege naturaliter, §. nihil commune. ff. de acquirenda possess. 3. columna, post medium, versic. pro declaratione huius lectura, & ibi Aret. 4. columna, in fin. Socin. 9. columna, versic. 2. conclusio. Alexand. 13. colum. num. 39. Iason 13. columna, num. 57. Ex quibus etiam resultat verus intellectus & declaratio textum in lege postquam liti, Cod. de pactis. ubi habetur quod si quis renuntiat liti & causæ, amplius ad eam redire non potest, vt non transeat dominium reo sed tantum queratur sibi exceptio: ita Bartolus & Doctor. in dicto, §. nihil commune in locis, columnis & numeris allegatis. Confirmatur superior conclusio & decisio per textum quem reputat ibi sing. Baldus in lege si te, C. de ingenuis & manumiss. vbi probatur quod ille qui renuntiat, non videtur fateri aduersarium habere ius, commendat etiam per not. Alexand. in dicto, §. nihil commune 14. columna, numero 39. Iason num. 58. quia respondeo notabiliter, quod superior conclusio, & doctrina procedit & habet locum quando res dimittitur penes aliquem ex causa & titulo habili ad translationem dominij, vt venditionis, donationis, vel similis: secus tamen est quando dimittitur ex causa vel titulo non habili ad dominij translationem: quia tunc non transfertur: transactio verò per quam dimittitur res apud reum conuentum non est titulus habilis ad translationem dominij: quia actor & dominus qui ex causa transactionis rem dimisit non intendit à se abdicare dominium, sed tantum à lite recedere: vt in lege fratris, Codice de transact. & ille qui retinet rem retinet vt propriam, & non vt rem actoris, & sic non dicitur ab eo causam habere: vnde meritò dominium non acquiritur, argumento textus in l. 3. §. subtilius, ff. de condit. ob causam, & in expressio illam solutionem & rationem, licet non sic declaratam, ponit Baldus in dicta l. si pro fundo in fin. Cod. de transact. & notabiliter Paul. de Castr. ibi fin. columna, vbi dicit ista esse subtilia & singularia: & tenent communiter ibi Doctores in l. penultima, C. de vsucap. pro empt. Ex qua subtili & notabili solutione & ratione 1. infero, quod talis possessor penes quem res fuit dimissa ex causa transactionis, si cadat à possessione, non poterit agere rei vendicatione contra tertium possessorem nec contra ipsum actorem & dominum si sine vitio res ad eum peruenit, cum non fuerit dominium ex prædicta causa translatum: argumento text. in l. in rem actio ff. de rei vend. & in l. si quis emptoris, §. quod si quis eam rem, C. de prescr. 30. vel 40. ann. rum similiter si actor qui dimisit rem non erat dominus, non erit translatum quasi dominium in eum penes quem res fuit dimissa: vnde si cadat à possessione non poterit

poterit agere Publiciana, quia ille titulus qui non est habilis ad acquisitionem domini nec ad cauendam rei vendicationem, quando est habitus a domino non est habilis ad acquirendum quasi dominium, nec cauendam Publicianam si est habitus a non domino: textus est qui istam regulam ponit in l. quacunque, ff. de Publiciana, & ibi Bartol. Alber. Bald. & communiter Doctores: & probat aperte text. in l. prima, cum sex legibus sequentibus, eodem titulo, tenet Glossa in §. sed iste quidem in verbo, ex iusta causa, Instit. de action. & ibi communiter Doctores: Bartolus in l. cum vir, secunda columna, in fine, Digestis de usucapionibus.

72 Secundo infero quod ille penes quem res dimissa est virtute transactionis, non poterit vsucapere vel prescribere concurrente tempore legitimo & bona fide ista est Glossa notabilis & ordinaria in l. pen. Codice de dam cond. pro emptor. in gloss. una, in principio, & tituli, si iustum tenet ibi Azor. in summa illius, Bartol. columna, in fine, numero 29. Petrus, Cinnamiter Doctores, Alber. Angel. Bald. Salic. Paulus, & communiter Doctores istam conclusionem tenent in l. prima ordinaria, & ibi Bartol. in principio, & ibi Bartol. in l. 1. ff. pro emptore, in gloss. 1. in principio, Paulus de Cal. in princ. Albericus, Anes: cuius ratio est, quia in casibus in quibus causa vel titulus eisdem causa, vel titulus non transfert dominium, in casibus in quibus habitus non domino non debet ad conditionem: argumento textus & eius regulam in l. omnibus, in fine, ff. de contrab. empt. & ibi Bartol. ratione se fundant omnes Doctores: ubi supra. Tertio infero quod si res non dimittitur ex causa transactionis, sed potius datur & traditur ab vno alteri, vt si actor qui mouebat litem vel sperabat mouere ex causa transactionis tradidit reo aliquam rem pro recuperanda re petita, vel e contra reus pro retentione rei tradidit actori aliquam rem, ille cui fit traditio efficitur dominus si tradens erat dominus: si vero non erat dominus poterit vsucapere vel prescribere tanquam si alio legitimo titulo traderetur: ita probat textus expressus, & iste est eius proprius casus in l. pen. Codice de usucap. pro empt. cuius verba sunt: Ex causa transactionis habentis iustam causam possessionis vsucapere possunt, & ita tenet & intelligit ibi Glossa ordinaria & communis opinio Doctorum: & ita tenet & declarat Bartol. Paul. & communiter Doctores in d. l. 1. ff. pro emptore: & pro ista conclusione facit textus singularis & expressus in dicta leg. si pro fundo, Codice de transaction. & ibi tenent communiter Doctores ex eo, quia hoc casu cessant rationes primae impeditiuae quas supra posui.

73 Quarto infero quod si ille qui dimittit rem cedat possessori, penes quem res dimittitur, omne ius quod sibi competit in illa re, transfertur dominium si dimittens erat dominus, vel vsucapiendi conditio, si non erat dominus: ita singulariter Bartol. in d. l. 1. ff. pro emptore, 1. colum. in medio Alb. in fine. Angel. in lege prima, & Baldus in dicta lege penultima, de usucap. pro emptor. numero 2. idem tenet expressè Bartol. in l. eius rei, ff. de rei vend. facit bonus textus: & quae ibi notant Doctores in l. emptor fundi, ff. pro emptore.

Quinto infero, quod si res non dimittitur ex causa transactionis, sed ex eo, quod possessor soluit litis aestimationem non restituendo rem, transit dominium & vsucapiendi conditio: quia talis causa inducit titulum similem emptioni & venditioni: textus est expressus qui sic debet intelligi in l. eius rei, ff. de rei vend. textus in lege 1. ff. pro emptore textus in l. 3. eodem titulo, cuius verba sunt: Litis aestimatio simi-

lis est emptioni. text. in l. sed & si res, ff. de Publiciana, & differentia realis & propria inter litis aestimationem & transactionem est, quia litis aestimatio est quando ius partis recipientis aestimationem erat certum & liquidum, licet esset lis, vt si petatur executio sententiae vel instrumenti, & reo conuento non restituente soluat actori litis aestimationem, tunc illa solutio & receptio pretij est litis aestimatio, & assimilatur emptioni potius quam transactioni: si vero lis esset dubia & aliquo recepto dimittatur res apud reum possessorem, non est litis aestimatio sed transactio: ita in specie declarat Bartolus in dicta lege prima, ff. pro emptore, & ibi Paulus de Castr. & communiter Doctores.

74 Sexto infero, quod si ab illo penes quem res dimittitur ex causa transactionis res sit euicta a tertio vero domino, quod actor qui rem dimisit aliquo recepto non tenetur de euictione: textus est expressus & formalis in dicta lege pro fundo, in versiculo si tamen ipsa res, Codice de transact. & ista est eius principalis decisio, & ad hoc notat communis opinio in locis supra allegatis: secus tamen est si res daretur vel traderetur ab vno alteri etiam ex causa transactionis, quia tradens teneretur de euictione, vt est textus ibi, in prima parte, & ratio huius est, quia ita demum quis tenetur de euictione, quando concessit titulum habilem ad translationem dominij, alias vero non. Attende tamen valde singul. quia licet in omnibus superioribus ita se habeat communis opinio, tamen probabiliter dici posset, quod ille qui rem dimittit ex causa transactionis, transferat dominium vel vsucapiendi conditionem in eum penes quem fuit dimissa: quia videtur titulus habilis ad hoc, nec est quod repugnet: & ita potest intelligi textus, qui generaliter loquitur in dicta lege penultima, Codice de usucapion. pro emptor. & in lege prima, ff. pro empt. Et confirmatur ratio, quia intentio discedentis a lite est vt omne ius suum transferat in possessorem, vt perpetuo eam possit habere pro sua: & sic militat textus & dispositio in dicta lege qua ratione, §. interdum supra de acquir. rer. dom. cum similibus supra allegatis, & tenendo istam partem non obstaret textus in dicta l. sine apud. acta. Codice de transact. quia responderi posset quod ibi reus non seruauit promissa, vnde actor potuit reuertere ad actionem & litem primam: argumento textus & quae ibi traduntur in lege cum proponas, la 2. Codice de pactis, nec obstaret etiam textus in dicta lege si pro fundo, in fine, Codice de transact. quia ibi tantum dicitur quod actor non teneatur de euictione re euicta, & non est inconueniens, quod licet contractus sit habilis ad translationem dominij, ex eo non debeat euictio quando ex intentione partium fuit tradere vel recipere tantum ius quod haberet, argumento textus in lege Aristot. ff. de donat. & ibi Bartol. Paul. & communiter Doctores: & notatur in lege 1. C. de iure dot. & per praedicta istam sententiam contra communem opinionem reperio quod tenet Raphael Cuman. qui singulariter & subtiliter loquitur in lege prima, ff. pro emptore, sed licet eius opinio sustentabilis sit non est recedendum a superiori communi opinione.

75 Septimus actus fictus per quem transit & acquiritur possessio est per appositionem custodis: nam si quis vendat, donet, vel alio titulo alienet aliquam rem, & emptor vel ille cui fit alienatio de voluntate alienantis apponat custodem in illa re, statim transit, & acquiritur ei possessio: textus est notabilis in lege quarundam rerum, ff. de acquirenda possessione, cuius verba sunt: Veluti si aceruum lignorum emerit, & eum venditor, tollere me iusserit simulatque custodiam

apposuissem traditus mihi videtur, & ad hoc notat & commendat Alb. Paul. & commun. Doct. ibi Glof. & commun. DD. l. 3. eod. tit. cuius ratio est quia factum custodis reputatur factum & apprehensio mittentis, argumento textus *in lege qui autem, §. fin. ff. de const. pecun.* & istam rationem ponit solus Iason. in addit. ad Christoph. in §. interdum, 2. colum. Inst. de rerum diuis. Adde tamen quod talis custos debet poni re existente in præsentia contrahentium: ita probat ibi textus dum dicit: *Et cum venditor me tollere iusserit, simulatque custodiam posuissem, &c.* vbi dat intelligere quod contrahentes erant in præsentia rei & similiter custos positus fuit in præsentia rei & contrahentium, rursus probat ille textus hoc modo: *Nam statim quod venditor dixit emptori ut tolleretur rem, apposuit custodem*, vt sonant prædicta verba, ergo res erat in præsentia: quia si esset in absentia non posset emptor statim ponere custodem: & in expresso quod in isto casu requiratur præsentia rei & contrahentium tempore quo ponitur custos, tenet ibi Glossa penultima, Alber. Angel. Cuman. & Alexand. tenet Azo. in summa, Codice de acquir. possess. 2. columna, numero 7. Petr. in lege 1. eodem titulo, 2. colum. prope finem. Sed attende quod iste intellectus non potest esse verus, quia de nihilo seruiret custos, cum sola præsentia rei sufficeret absque custodis appositione, vt in l. quod meo, §. si venditor, ff. de acquirenda possessione, & in lege prima, §. iusserim, eodem titulo, cum similibus, & dictum est supra in primo actu ficto: vnde secundus intellectus ad illam legem est quod ibi res empta erat conclusa in aliqua domo & non videbatur: vnde tunc per appositionem custodis ante ostium transit possessio propter facilem potestatem apprehendendi: ita tenet ibi solus Ioannes de Imola in fine, idem Imol. in lege 3. eodem titulo, 1. columna, post princip. sed intellectus iste aperte est diuinatorius, ideo nullo modo tenendus.

75 Tertius intellectus verissimus & notabilis, quem teneo ad illam legem est, quod ibi non requiritur præsentia rei: vnde si quis vendat vel alienet alteri suam rem quæ non sit præsens sed absens, & de voluntate alienantis emptor vel ille cui fit alienatio mittat & apponat custodem in ea, statim quod custos peruenit ad rem & incipit custodire erit ei quæsita possessio, nec ille textus requirit aliquo modo præsentiam: imò in dubio nunquam præsumitur, vt eleganter tenet & determinat Ant. in capite cum venisset de restit. spol. pen. colum. numero 13. & Franc. de Aretin. in lege 3. eod. titulo, 2. colum. numero 5. nec obstant verba illius textus quæ supra ponderaui, quia ex eis necessariò non sequitur quod res erat præsens, & dato quod esset præsens, virtus acquisitionis possessionis non causatur ex visu, sed ex appositione custodis: & ista est intentio illius textus, & ita videntur velle: Paul. & Cuman. ibi: in expresso ita tenet & declarat illum textum singularem Socinus in dict. l. 3. eodem titulo, secunda columna, in fine. & Alex. 2. columna, numero septimo. Vincent. 6. colum. in principio, numero 15. & ista est intentio Gloss. in d. l. 3. dum inter actus fictos ponit istum tanquam diuersum à visu: pro qua facit textus *in lege si ego, §. dotis versicul. quid enim interest, ff. de iure dotium*, vbi dicitur quod dominium & possessio quæritur, & traditio censetur facta quando de voluntate alicuius res ponitur in domum eius, & sic sub eius custodia: idem probat textus in l. 1. §. final. ff. nauta caupon. stabul. ergo idem sit per expressam appositionem custodis. Nec obstat si subtiliter dicas quod iste actus fictus, & sic appositio custodis, nihil videtur operari, nec à iure fuit necessaria eius inductio: nam talis custos

censetur esse procurator mittentis, cum vtatur opera & ministerio custodis cui mandat: vnde per eum quæritur possessio tanquam per procuratorem, quia ad hoc notabiliter respondeo quod est maxima differentia & utilitas. Prima, quia non est necesse quod aliter constet de mandato, sed tantum quod missus sit custos. Secunda & principalior, quia quando quis vult quærire possessionem per procuratorem necessarius est animus & voluntas ipsius procuratoris, & sic quod intendat acquirere, vt in lege 1. §. hac qua de seruis, & in §. per procuratorem, ff. de acquir. possess. sed quando quis vult quærire mediante custode, non requiritur quod intendat quærire mittenti vel apponenti, sed tantum custodire, licet ignoret ad quem effectum ita in specie Socin. in lege tertia, eod. titulo, tertia columna, in principio, numero decimoquinto, quod est subtile & singulare, nec ita alibi iste casus est declaratus. Tertio & quidam subtiliter & non timè, quia quando quæritur possessionem per procuratorem non sufficit quærire per visum vel proximitatem rei, vt per quemlibet alium actum fictum, sed necessariò requiritur quod quærat per actum verum & naturalem apprehensionem possessionis scilicet ingressum rei in immobilibus, & apprehensionem in rebus mobilibus, sed quando quæritur per custodem sufficit, quod talis custos perueniat in præsentiam rei vel proximitatem eius.

Ex quo textu & superiori declaratione, primò infero, quod si quis emat oves vel aliqua alia animalia in absentia, & de voluntate venditoris emptor mittat & apponat pastorem vel custodem, quod eo ipso quod incipit custodire, est ei quæsita possessio, & per consequens dominium & omnis alius effectus. Secundò infero quod si pascua, nemora, vel fundi vendantur alicui, & emptor mittat & apponat custodem pro herba vel fructu conseruando, statim censetur quæsita possessio, & effectus eius. Tertio infero quod si quis emat vel alio titulo acquirat castrum vel fortalitium, & mittat & apponat custodem, statim quod ingreditur custos & incipit custodire erit quæsita possessio: & in specie ita determinat Baldus in lege traditionibus, Codice de pactis, 2. columna, in princ.

76 Octauus actus fictus per quem transit & acquiritur possessio est per signationem rei: nam si ex grege vendantur tot capita vel animalia in genere, & sic non certa nec determinata: vel ex nemore vel sylua tot trabes vel ligna, & postea de voluntate venditoris in præsentia vel absentia signentur, statim censetur facta traditio, & quæritur dominium & possessio emptori & transit ad eum periculum rei: iste est textus singularis in lege quod si nequam, in fine, ff. de peric. & commod. rei vend. cuius verba sunt: *Videri autem trabes traditas quas emptor signasset, &* ad hoc notat & commendat ibi Glossa ordinaria, Bal. & communiter Doctores: & commendat Salicet. in l. lectos, eod. titulo, & ad hoc notat etiam & commendat Bald. in rubr. C. de peric. & commod. rei vend. 1. colum. post princip. Salic. qui notabiliter loquitur in lege fin. eod. tit. fin. quæst. num. 6. Ias. in l. traditionibus. Cod. de pactis, 2. columna, in fine. idem Iason in lege quoties, Codice de rei vendic. quarta columna, in 6. limit. princip.

77 Attende tamen circa hoc, quia esset notabile dubium, an eo ipso quod aliquod animal, puta equus, bos, vel ovis, vel alia res reperitur habere signum meum quo vtor signare, probetur esse mea? & videtur quod sic, argumento text. singul. in l. stigmata, in princ. Cod. de fabricensibus. libr. 11. vbi dicitur quod fabricensibus imponebatur signum in brachiis, vt

vt ex eo possint, si latitauerint, agnosci, idem probat textus *in lege penultima versicul. sic vniuersos*, Codice de aqueductu, eo libro 11. bonus textus *in capite si iudex versicul. iustum est enim de sentent. excommun. libro 6.* facit etiam illud Lucæ. 20. capite *Ostendite mihi denarium, cuius habet imaginem & inscriptionem? & respondentes dixerunt, Cesaris: & ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cesaris Cesari, & quæ sunt Dei Deo*, & in expresso ita tenet & determinat Bartol. *in dict. l. stigmata.* & ibi Lucas de Penna. 1. column. post medium. contrarium tamen tenet ibi Plat. 1. column. numer. 1. quia de facili posset fraus committi, & probatio non videtur concludere necessariò. Item ex eo, quia potest quis alieno signo signare, vt *in leg. ad testamentum, §. si ab ipso, ff. de testamento.* vnde dicit ipse quòd licet non sit plena probatio, erit tamen optima præsumptio, argumento dictorum iurium: & ista opinio. mihi placeat & sic iuncta cum aliis probaret, argumento, *lege quaro, §. fin. de adilit. edict.* & textus eorum quæ ibi notantur *in capite fin. de success. ab intest. & doctrinæ Bartolus in lege admonendi, de iureiur. 8. column. numero 48.* & ibi Doctor. Nec obstant iura superius adducta, quia procedunt in signo publico & determinato ex quo per legem est inducta probatio: secus in signo priuato per superiorem rationem. Nec obstat quod habetur *Luca 20. capite* quia ibi Domino Deo nostro notissimum erat quòd illud denarium & eius imago esset Cesaris, & ideo ei applicabat. Præterea ibi loquitur in signo & imagine Imperatoris vel cuius principis, & illud non potest poni ab alio priuato in sua re, & sic videtur signum vnicum & indubitabile quod vni personæ applicari potest, ideo probat argumento textus *in lege prima & secunda, Codice vt nemo priuatus titulos suos prædiis suis vel alienis imponat, vel vela regia suspendat.* & ibi Doctores dicit etiam Plat. vnum notabile *in dicta lege stigmata.* Quòd optimus officialis, & peritus in arte poterit prohibere alium vti suo signo, quia interest eius propter sui operis bonitatem, ne alius imperitus in arte vtatur tali signo, ne inducatur operis confusio, argumento textus *in capite nonnullis de Iudeis.* & tenet expressè Bartolus *in tractat. de insignibus, & armis 2. columna, num. 9.*

78 Nonus actus fictus per quem acquiritur possessio est per clausulam constituti: nam si quis præcedente titulo habili ad translationem domini, puta si vendat, donet vel alio simili titulo alienet suam rem, & constituat se eam possidere nomine eius cui fit alienatio, statim transit & quæritur ei possessio, & per consequens dominium, vel vsucapiendi conditio, nullo actu traditionis interueniente. textus est subtilis & notabilis *in lege quod meo, Digest. de acquir. possessione, cuius verba sunt: Quod meo nomine possideo, possum & alieno nomine possidere, &c.* facit textus *in lege qui bona fide, eodem titul. textus in lege interdum, §. final. eodem titul. textus in lege si quis ante eodem titul. textus in lege quadam mulier, ff. de rei vend. textus in capite cum venisset, de restitut. spoliar. ibi, cum sicut cautum est is possideat cuius nomine possidetur. textus in capite si diligenti, de præscript. ibi, & is etiam possidere dicitur cuius nomine possidetur.* & idem disponit *lex 9. in fine, titul. 30. 3. part.* & ratio vera & mentalis est, quia ille qui se constituit nomine alterius possidere, incontinenti, id est, in ipso actu constitutionis, videtur insistere rei & eam habere & tenere nomine eius, & tanquam eius procurator: vnde statim sibi quæritur possessio & constituens remanet in sim-

plici & nuda detentatione: sicut ergo procurator de nouo apprehendens possessionem illam in continenti quærit domino, vt *in leg. 1. §. per procuratorem, ff. de acquirend. possess. in leg. 1. Codic. eodem titul. in leg. per procuratorem, eod. titul. textus in leg. 1. Cod. per quas personas. textus in §. ex illis itaque apparet Institutum per quas personas nobis acquiri. textus in capite accedens, de pr. bend. cum similibus.* ita eodem modo constituens acquirit ei cuius nomine se constituit possidere istam rationem aperte probat textus *in dict. leg. quod meo 1. ibi, dum dicit, sed desino possidere, & alium possessorem ministerio meo facio:* nam procurator in quærenda possessione tantum opera, ministerium, seu instrumentum corporis ponit, quo mediante ipsa possessio quæritur domino: secundò probat ibi: dum dicit, *procurator aliena possessionis præstat ministerium:* & sic ille versiculus videtur adductus per Consultum in similitudinem & rationem decisionis textus denotando quòd constituens censeatur esse tanquam procurator: & istam rationem voluit Bartol. licet sic non declaret, *in dicta lege quod meo. 1. column. post princ. versicul. ad hoc respondet quòd procurator, &c.* Angel. Imol. & Roman. *in princip. & magis in expresso Franc. de Aretin. in princip. in 1. notabili. Cuman. fin. column. in medio. Paul. de Castr. in leg. Iulianus, §. ex vendito, final. columna, numero 7. ff. de action. emprion.* pro cuius perfecta declaratione dico, si constituens possidebat ciuilitè & naturaliter transfert in rem, cuius nomine se constituit possidere vtramque possessionem tam ciuilem, quam naturalem per rationem superiorem, ita Bartolus *in dicta lege, quod meo. 2. columna, numero 3.* & est communis opinio pro qua facit textus ibi sic inductus: *Nam possessio simpliciter prolata intelligitur de ciuili & naturali, nisi secundum subiectam materiam aliud debeat dici.* ita probat textus *in lege 1. eodem titul. & est doctrina Bald. in lege prima, in princip. Codice commun. de vsucapion. tenet notabiliter Ludouicus Romanus in leg. 3. §. ex pluribus 2. columna, in princip. ff. de acquir. possess. melius quam alibi Aretinus in Rubric. eod. titul. 2. columna, numero 2.* Sed textus ille simpliciter & distinctè dicit quod transit possessio, ergo intelligatur vtraque: est Gloss. iuncto textu *in leg. 1. Codice eod. titul. in gloss. 3. tenet Cuman. in lege naturaliter, §. nihil annui re 6. columna, in fine. & ante omnes Bartolus 3. columna, numero 12.* pro qua sententia allegat ibi Bartolus textum *in lege 2. §. quod vulgo, ff. pro hered. textus in lege 1. §. deicitur, ff. de vi & vi armata.*

79 Similiter procedit & habet locum quando constituens tantum naturaliter possidebat, vt quia esset ingressus rem alio ciuilitè possidente in absentia, vel esset fructuarius: vel haberet rem precariò, vel ex alia causa sit penes eum possessio naturalis, vt dixi: nam istis casibus si constituat se nomine alterius possidere, transfert in eum illam possessionem naturalem solam quam habebat: ita probat textus notabilis *in lege interdum, §. final. eodem titul.* vbi est casus quòd si quis habebat rem precariò, quo casu regulariter est penes eum possessionis naturalis, vt *in lege, & habet, §. final. versic. placet, infra de precario, cum similib.* & eandem rem ab eodem à quo habuit vel ab alio condat, statim transfert in eum illam possess. naturalem, quæ penes eum erat: & ad hoc notat illum text. ibi Bartolus, Paul. Ioann. de Imol. & Alexand. & per illum textum tenet etiam Paul. de Castr. *in dict. lege quod meo, secunda column. in princ.* & est de mente omnium Doctorum: pro qua sententia facit textus notabilis & subtilis *in l. Pom*

lege Pomponius, versiculo quanquam, ff. quibus modis usufruct. amittatur, vbi est casus, quod si usufructuarius, qui tantum habet possessionem naturalem conducit usufructum fundi domino vel alteri, imò etiam si conductor alteri conducit, retinet fructuarius suam possessionem naturalem per conductores: ergo eodem modo ille qui tantum naturaliter possidet, si constituat se possidere & tenere illam rem nomine alterius, poterit in eum transferre prædictam possessionem.

Similiter procedit & habet locum, quando constituens tantum civiliter possidebat, vt quia esset absens in absentia longinqua: nam si præcedente aliquo titulo habili ad translationem dominij constituat se nomine alterius possidere, statim transfert in eum prædictam possessionem civilem quam habebat: ita probat text. singularis in *l. quadam mulier, ff. de rei vend.* vbi dicitur: quod mulier quæ donauit fundum erat absens ab ipso fundo, & tamen conducendo à donatario mediante nuntio, vel epistola transfert in eum possessionem: ergo solam civilem transtulit, cum aliam non haberet in absentia: & per illum textum ita tenet & determinat Bartol. in *dicta lege quod meo, secunda columna, numero tertio, Paulus de Castro, secunda columna, versiculo item tertio. Cuman. tertia columna. Alexand. 4. columna numero decimo septimo, & Aretin. in lege interdum, §. final. secunda columna, eodem titulo. Antonius in capite cum venisset, de restit. spol. pen. colum. prope finem, & est de mente Innocent. & omnium Doctorum ibi, Antonius in capite 2. de consuetud. 3. columna, numero 28. Abbas penultima columna, numero 14. tenet etiam Hostiens. Ioannes Andreas Cardinal. Ancharranus, Abbas, & communiter Doctores in capite final. de precariis, & ista est communis opinio Legistarum & Canonist. pro qua communi sententia ego considero textum expressum in *lege quisquis, Codice de donation.* vbi per retentionem usufructus transit possessio civilis in emptorem, donatarium, vel in eum cui fit alienatio, & tamen res non erat in præsentia nec præsumitur: quia si esset, frustra alius actus fictus interueniret vel requireretur & hoc subtiliter deduco ex littera illius textus (dum dicit ne quid amplius requiratur quo magis videatur facta traditio) idem probat textus subtiliter consideratus in *lege si quis argentum, §. sed siquidam, eodem titulo, vbi si quis donat vniuersaliter omnia sua bona, & retineat usufructum, censetur statim translata possessio civilis in donatarium: & aperte ibi colligitur quod ille actus interuenit in absentia rerum: nam non est præsumendum quod omnia bona sua quæ habebat, essent in præsentia, vt latius dixi supra in quarto actu ficto: ergo idem dicamus in actu ficto clausulæ constituti, vt per eam civiliter possidens in absentia possit transferre possessionem civilem quam habet.**

Tertiò considero text. notabilem & subtilem iuncta Glossa, & communi opinione in *l. qui vniuersas, §. quod per colonum, eodem titulo, vbi habetur quod si colonus vel inquilinus post mortem domini conducit ab hærede, vel ei soluit pensionem recognoscens eum in dominum: eo ipso videtur hæres acquirere possessionem, modò conducit in præsentia rei, modò in absentia: quia colonus vel inquilinus videtur deinceps insistere & habere rem & eius detentationem in absentia nomine ipsius hæredis, & tanquam eius procurator: vt latius & notabiliter conclusi supra in quinto actu ficto, & ibi omninò vide: & sic eo ipso quod colonus vel inquilinus retinet in absentia illam detentationem nomine hæredis, sibi quærit possessionem, ergo eadem & fortio-*

ri ratione si possessor retineat civilem possessionem in animo nomine alterius, sibi quæret possessionem. Quarto facit notabilis textus in proposito in *leg. certicondition. §. finali, ff. si certum petat.* vbi probatur quod regula & iura quæ habent quod si ex titulo vel habili causa dimittit quis rem suam apud alium, transfert in eum dominium & possessionem: procedunt etiam si res erat in absentia contrahentium, quod probat ibi textus dum dicit: *Animo enim cepit possidere*, quod nulla alia ratione prouenit nisi quia detentationem quam animo retinebat intendit nunc habere in animo suo pro vera & iuridica possessione, & sic ex superueniente causa & titulo illa detentatio transfunditur & mutatur in veram & iuridicam possessionem: ergo eodem modo civiliter possidens possit in animo suo illam civilem possessionem quam habet retinere nomine alterius, vt mediante animo constituentis illi quærat. Confirmatur noua & subtili consideratione ille qui tantum civiliter possidet animo in absentia, potest conueniri rei vindicatione: textus est in *lege cuiuscunque, §. si fundus, ff. de usufruct.* & ibi notat Albericus, Baldus, & Angelus: textus in *lege tertia, §. finali, ff. ad exhib.* textus in *lege Celsus, §. finali, eodem titulo.* textus iuncta Glossa in *lege permisc. §. species, ff. de acquirenda possessione.* textus iuncta Glossa in *lege 2. Codice vbi in rem actio.* bonus textus in *lege officium, ff. de rei vindicatione,* tenet Gloss. Bartol. & communis opinio in *l. Pomponius, §. si is qui precario, ff. de acquirenda possessione,* Gloss. & communis opinio in *dicta lege secunda, Codice vbi in rem actio.* Glossa & communis opinio in *lege serui nomine, ff. de usucap.* Glossa & communis opinio in *rubr. ff. de rei vindicat.* quo casu condemnatione facta contra civiliter possidentem, fiet restitutio & executio dupliciter. Primo modo inducendo actorem realiter in fundum, vt tantum civiliter possideat: ita singulariter Butr. Baldus, & communiter Doctores in *d. l. 2. Codice vbi in rem actio.* Bald. in *Authentica, & qui iurat. septima columna, numero 33. Codice de bonor. autor. iud. possess.* Angelus in *dicta lege cuiuscunque, §. si fundus, ff. de usufruct.* Moderni in *§. omnium, Instit. de action.*

Secundo modo fiet executio & restitutio per iudicis præceptum, vt desinat animo possidere sibi & constituat se nomine actoris possidere: ita singulariter Angelus, Imola, & Doctores in *lege serui nomine, ff. de usucapion.* Alexand. & Moderni in *dict. l. Pomponius, §. si is qui precario.* Paulus de Castro, & alij Doctores in *lege permisceri, §. species, eodem titulo,* ergo eodem modo talis civiliter possidens sua voluntate & contractu, poterit se constituere nomine alterius possidere, & in eum transferre dictam solam civilem possessionem quam habet.

Et si dicas quod nulla possessio quæritur sine actu corporeo, vel ex parte acquirentis, vel ex parte procuratoris, vel alterius qui intendit quærere domino, vel sine actu ficto repræsentatiuo & subrogato loco naturalis, modò tractetur de acquirenda vtraque possessione iuncta, modo tractetur de acquirenda sola civili vel sola naturali: text. est in *l. 3. ff. de acquirenda possessione.* textus in *lege quemadmodum, eodem titulo, cum similibus,* sed hic nullus actus interuenit verus, imò nec fictus ex parte acquirentis, nec ex parte constituentis: ergo non possit in absentia transferri prædicta possessio civilis per clausulam constituti: quia respondeo notabiliter quod benè interuenit actus, nam à principio quando constituens quæruit possessionem, interuenit actus acquisitiuus posse. mediante quo fuit quæsitæ possessio, & in esse producta: quam possessionem sic quæsitam constituens intendit

tendit habere & tenere nomine alterius, & sicut si à principio constituens actum illum gereret, & possessionem quæreret nomine alterius sibi quæreret possessionem & ille actus sibi prodesset, ita nunc postquam possessio est quæsitata si vult eam habere & tenere nomine alterius sibi quæritur: & sic talis possessio non dicitur quæri sine actu, quia sustentatur ex actu primo, & in effectu ita voluit & respondet Bartol. *in lege quod meo, secunda columna, numero tertio.* Alexander §. *columna, in principio,* & ista est realis & propria intentio Innocentij *in capite cum venisset post principium, de restit. spol.* & Antonius *ibi penultima columna, in medio,* melius & notabiliter idem Antonius *in capite secundo de consuetudine, 3. columna, numero 28.*

81 Similiter procedit & habet locum textus *in lege quod meo,* & eius conclusio, quando quis haberet possessionem quæsitam ex quolibet actu ficto, vt per constitutum, vel contractum conductionis, vel receptionem instrumenti, vel quemlibet actum fictum: nam tunc talis possessor poterit etiam in absentia possessionem quam habet transferre in alium per clausulam constituti: imò quod magis est, si ex forma legis vel statuti haberet ipso iure quæsitam civilissimam possessionem, posset in absentia mediante licito & habili contractu prædictam possessionem transferre per clausulam constituti, quod aperte fundatur ex superioribus, quod reputo nouum & subtile in materia & ex hoc reprobo sententiam Bald. *in rubr. extra de caus. posses. & post penult. colum. post medium, vers. sed pone,* vbi ipse solus, nec alibi aliud reperio, tantum expressè tenet contrarium, imò quòd tali casu non possit transferri possessio: quod constitutum, quia cum ipse possideat fictè non poterit in alium per actum fictum transferre possessionem, ne detur concursus duarum fictionum: & istud videtur tenere Aret. *in l. quamuis, §. si conductor, ff. de acquir. possessione fin. colum. num. 5.* vbi dicit quòd iura quæ dicunt quòd per constitutum transfertur possessio, videtur loqui & intelligere quando constituens habeat veram possessionem quæsitam ex actu vero, vnde non debent trahi ad acquisitam ex actu ficto, argumento, *l. tertia, §. hac verba, ff. de negot. gest.* quia aperte superioribus probatur contrarium, nec obstat ratio Bald. quia illa militaret quando in vno & eodem actu concurrerent, & respectu eiusdem personæ: sed in nostro casu nec concurrunt in eodem actu nec in eadem persona: sed in diuersis: quia à principio quando possessio fuit quæsitata per actum fictum vel mediante lege vel statuto, illa fictio vel specialitas interuenit respectu primæ personæ acquirentis, & iam habuit suum effectum, & sibi fait quæsitata vera & iuridica possessio, postea verò quando talis possessor iterum se constituit nomine alterius illa secunda fictio interuenit in secundo actu distincto à primo, & respectu diuersæ personæ in cuius fauorem nunc sit constitutum, vnde permittuntur, argumento doctrinæ Bart. & ibi Doctores *in l. si is qui pro emptore de usucap. pen. col. fin. quest.* & Bart. & Doctores *in l. singularia, ff. si cert. pet.* pro qua mea subtili consideratione bene facit Glos. *in l. ab emptione, ff. de pactis, in glos. fin.* & ibi Bart. Paul. & communiter Doctores: vbi dicitur quòd si venditor constituit se nomine emptoris possidere, non poterit emptor discedere à contractu solo consensu, nisi interueniat actus traditionis retrò similis, & sic emptor se constituat nomine venditoris possidere: & idem tenet Bald. *in l. 1. C. quando liceat ab empt. disced. 2. col. post princip.* & ibi communiter Doctores: ergo ibi patet possessionem quam emptor quæsiuit ex clau-

sula primo constituti, & sic ex actu ficto potest retransferre postea per aliud eius constitutum. Pro hac etiam conclusione facit ratio concludens, quia ita vera & realis possessio acquiritur ex actu ficto sicut ex vero, similiter procedit & habet locum conclusio & materia nostra etiam si constituens haberet possessionem per alium vt per colonum, inquilinum, vel similes: quia per clausulam constituti possum illam possessionem in alium transferre: Glossa est singularis & vnica *in iure in l. prima, §. non alij autem in verbo, retineo propè finem, ff. de vi & vi armat.* de qua Glossa & in articulo vide supra, similiter procedit & habet locum conclusio & materia nostra etiam si constituens non possideat ciuilitè nec naturaliter, sed tantum habeat commoditatem possessionis, vt quia debitor obligauit creditori omnia bona sua vel aliquam rem, & traditori, vel suo nomine se constituit possidere, quo casu de iure transtulit vtramque possessionem in creditorem: textus est *in l. prima, §. per seruum corporaliter, ff. de acquirend. possess.* textus *in l. qui pignoris, eodem titulo.* textus *in l. pignori, ff. de usucap.* textus *in l. sciendum, §. creditor, qui satisficere cogat.* textus *in l. serui nomine, ff. de usucap.* textus *in l. per seruum pignori, ff. de acquirendo rer. dom. in l. si rem alienam, la. 1. versicul. propriè, ff. de pignor. action.* text. *in l. cum & sortis, §. fin. eodem titulo.* textus *in lege si pignus mihi traditum, eodem titulo.* textus *in lege debitor à creditore, eodem titulo,* notatur per Glossam & Scribentes *in lege cum notissimi, §. 2. Codice de presc. 30. vel 40. annorum,* in debitorem verò est commodum possessionis, vt est text. expressus *in d. l. serui, nomine, de usucap.* & probant prædicta iura, si talis venditor vendat vel alio titulo alienet aliquam de prædictis rebus obligatis, & constituat se nomine emptoris eam possidere, transfert in eum dominium vel vsucapiendi conditionem, & omne ius quod erat penes debitorem, & sic omne commodum possessionis: ita Bart. *in l. Celsus, 3. colum. n. 15. ff. de usucap.* post Iac. Butric. quem ipse allegat, & ibi Cuman. *pen. col. post princip.* idem tenet ibi Franc. Bald. *in repetitione illius leg. 28. col. num. 96.* idem tenet Cuman. *in l. qui pignoris, ff. de acquir. poss.* & istud tenet & reputat notabile Paul. de Castr. *in l. quamuis, §. si conductor, in fin. eodem tit.* & ibi subtiliter Aretin. *in fin. col. n. 4.* tenet etiam & reputat notabile Bald. *in l. nullo, fin. quest. C. de rei vend.* idem tenet & valde commendat Angel. de Aret. *n. in §. actionum, §. col. in medio, vers. quæro, iam est n. ensis, Inst. de act.* & tenet etiam Anton. de Butric. *in c. cum venisset, penultima columna in fine fin. vers. item si possidat. de restit. spol.*

82 Aduertendum tamen est, quòd conclusio nostra & materia quæ habet quòd per clausulam constituti transfertur & acquiritur possessio, debet necessariò intelligi, quando ille in cuius fauorem sit constitutum erat præsens & consentiens tempore, constituti: secus verò si sit absens, quia tunc nulla sibi quæritur possessio nisi absens, ratum habeat constitutum factum nomine eius: cuius ratio est, quia cum constituens non habeat mandatum virtute cuius statim quærat sibi tanquam procurator, sed tanquam negotiorum gestor faciat & constituat se, meritò requiritur quòd ille in cuius fauorem actus geritur consentiat, vel ratum habeat, argumento text. *in lege si ego, ff. de negot. gest.* textus *in lege prima, §. si ratum, ff. quod iussu.* textus *in lege licet, ff. de iudic.* textus *in lege hoc iure, §. primo, ff. de regul. iur.* text. *in lege finali, Codice ad Macedon.* textus *in lege in regula ratihabitionem, de regul. iur. in 6.* & in expresso pro hac necessaria conclusione & sententia facit textus expressus *in lege communis, seruus, §. finali, ff. de acqui-*

acquirenda possessio. vbi dicit textus quòd si quis cum mandato & sic tanquam verus procurator emat rem nomine domini, & apprehendat possessionem statim quærit dominium & possessionem domini: si verò emat sine mandato, non quæritur sibi dominium nec possessio nisi ratum habuerit: & isto fundamento & consideratione istam conclusionem & declarationem tenet solus Alexand. de Imol. qui sæpe laudatur in practica in dicta l. quod meo de acquirenda possessione prima columna, in fin. idem tenet Alexand. in consil. suis 6. vol. con. 153. 1. colum. num. 3. idem tenet & summè commendat Philip. Decius in cap. 226. columna, numero quinto secundo volum. con. idem Philip. Dec. in regul. contractus, ff. de regul. iur. 7. colum. versic. quinto limitatur, sed ante eos idem tenet Raph. Cuman. in dicta l. quod meo, secunda columna, in medio, per textum in d. l. communis seruus, §. finali, licet litera sit corrupta, & apertè est de mente Aretin. in princ. 1. colum. num. 1. & similiter est de mente Glossæ in d. l. quod meo, in glos. 1. in versic. Item scientia & voluntas & cat. vbi dicit, quòd exigitur scientia & voluntas eius cui quæritur, vt in casu nostro quæratu posse, & ante eos etiam idem reperio tenet Bald. in l. cum nemo, 1. lectura num. 2. Codice de acquirenda possessione, qui tantum allegat reg. textus in dicta lege si ego, istam etiam conclusionem & declarationem tenet Anton. de Butr. in cap. cum venisset de restit. spol. final. columna, in fin. Abbas Panorm. ibi 2. columna, num. 6. istam etiam conclusionem & declarationem tenent domini de Rota, in sua decisione 150. incipienti. Licet amicus, & ante omnes istud fuit dictum originale Iacob. But. in lege quadam mulier, ff. de rei vend. quem refert Alexand. in d. consil. pro qua sententia vltra prædictos Doct. facit expressus & notab. text. in l. ea qua civiliter, ff. de acquirendo rer. domin. cuius verba sunt: Quod naturaliter acquiritur sicuti est possessio per quemlibet volentibus nobis possidere acquirimus, pro qua sententia & declaratione vltra Doctores considero textum expressum in l. certè, §. si procurator, ff. de precario. vbi dicit quòd si quis accipit rem precario nomine alterius, acquirit ei possessionem si habebat mandatum: si verò non habebat, acquirit ei si ille alter ratum habeat precarium, considero etiam textum expressum in lege precaria possessio eodem titulo de precario, vbi dicit textus quòd ita demum per precarium transit & acquiritur possessio quando fit inter præsentem vel inter absentes, si interueniat consensus & voluntas contrahentium, mediante epistola vel nuntio, pro qua etiam sententia & declaratione facit ratio inconuincibilis, in quærenda possessione etiam per actum verum & naturalem semper requiritur animus & voluntas explicata vel saltem implicita acquirentis: textus est in l. 3. ff. de acquirenda possessione, textus in l. quemadmodum eodem titulo, textus in l. prima, §. adipiscimur, & in §. per procuratorem, & in §. si iusserim, eodem titulo, textus in l. licet in princip. Codice eodem titulo, ergo similiter requiratur in possessione quærenda per actum fictum, argumento textus in l. qui ad certum, ff. locari, textus in l. qui decem, §. fin. de solut. textus in l. si sponsalibus, §. 1. ff. de iure dot. textus in l. adoptio, la 1. ff. de adoption. textus in l. lex Cornelia in fine, ff. de vulgar. & pupil. bonus & realis textus in proposito in l. tertia, §. ex contrario, ff. de acquirenda possessione, iuncta sententia & declaratione Aretin. ibi 1. columna, faciunt ea quæ notantur per Glossam & Doct. in l. Gallus, §. si eius, de liber. & posthum. per Gloss. Bartolum & Doct. in l. 3. pro socio, per Bartol. & Doct. in l. si is qui pro emptore, nona columna, 1. quæst. principali, ff. de

vsucap. per Bartol. & Doct. in singularia, ff. si cert. per. Et in expressio pro hac sententia & declaratione quòd etiam in quærenda possessione per actum fictum requiratur animus & voluntas acquirentis, considero nouissimum & expressum textum in lege si pignus mihi traditum in fin. ff. de pignor. actione, vbi dicitur quòd creditor conseruat vel acquirit possessionem rei pignoratæ per actum fictum conductionis, ita demum si habeat animum & voluntatem possidendi: textus in lege 1. §. si iusserim, ff. de acquirenda possessione, ibi, sed etiam oculis & effectū, vbi per actum visus, qui est actus fictus, ita demum quæritur possessio si interueniat animus & voluntas quærentis possessionem: textus in l. quærendam, in fin. ibi, animi quodam genere, &c. eodem tit. ergo in nostro casu quando quis se constituit nomine alterius possidere, nullo modo quæratu ei possessio nisi sit præsens tempore constituti, vel si sit absens ratum habeat, cum aliàs non dicatur interuenire animus & voluntas acquirentis: & ista est pura veritas in hoc articulo.

Ex qua sententia & conclusione infero vtiliter in practica, quòd si antequàm ratum habeat ille absens in cuius fauorem ponitur constitutum, venditor, donator vel alienator qui se constituit, vendat, donet, vel alienet rem alteri, & tradat verè vel fictè, ille secundus erit præferendus in re, in dominio, vel vsucapiendi conditione, vel in omni alio iure concessio in re: argumento lege quoties, cum materia, Codice de rei vend. & ita tenet Molina in lib. 4. cap. 2. numero 58. folio 131. & numero 64. fol. 132. quòd procedit etiam si postea ille primus ratum habeat, vt statim dicam, licet secus esset, si ex primo actu constituti vel alio actu ficto esset quæsitæ possessio: quia concurreret animus & voluntas quærentis, quia tunc licet alteri postea traderet verè vel fictè primus præferetur, vt eleganter dicit & tenet Ioan. And. in addit. ad Specul. in titulo de empt. & vendit. §. sciendum 10. columna, versiculo, quòd si res vendita. Bald. in rubr. Codice de contrah. empt. 16. q. Anton. de Butr. in cap. cum venisset, penultima, columna, in medio. de restit. spol. Abbas Panorm. in cap. 2. de consuet. fin. columna, in principio originaliter. Gui. de Suza in lege quoties, Codice de rei vend. & ibi Iason 4. columna, in quinta limitat. Infertur & secundo quòd si interim antequàm ille absens in cuius fauorem ponitur constitutum ratum habeat: expellere tur de possessione: ille qui eius nomine se constituit non poterit illi in cuius fauorem fuit positum constitutum agere interdicto recuperandæ possessionis, etiam si post violentiam ratificet: quia ratificatio non fuit adhibita tempore congruo, scilicet existente possessione penes constituentem, sed tempore inhabili quo iam non possidebat, ita notabiliter Domini de Rota in allegata decision. 150. Anton. de Butr. in d. cap. cum venisset de restit. spol. fin. columna, in fin. Solus Alexand. in d. l. quod meo 2. columna, in princip. Iason in l. generaliter, eodem titulo argumento textus & eius regulæ in l. bonorum, ff. rem ratam, vbi probatur quòd ratihabitio debet fieri illo tempore quo actus principalis debuit geri: quem summè commendat ibi Bartolus, & Doct. textus in lege fin. ff. quis ordo in bonor. poses. seruet. textus iuncta Glossa & communis sententia in lege cum quidam, ff. de bonor. poses. textus in cap. non solent. 2. q. 6. in princip. glos. & communis opinio in capite ratihabitioem, de reg. iur. in 6. Alexand. & moder. in l. 1. Codice qui admitti. Si verò esset expulsus post ratihabitioem, benè posset agere interdicto, vnde vi, argumento textus cum materia in l. fin. Cod. vnde vi, vbi habetur quòd si colonus vel ille per quem

quem dominus possidet expellatur per vim, competit domino illud interdictum, unde vi. Inferitur & tertio quod si ille qui se constituit nomine alterius possidere moriatur, antequam alter ratum habeat, non queritur sibi aliqua possessio, cum illo tempore constituens nullam possessionem habeat: quia extincta fuit per mortem, ut in l. cum heredes, ff. de acquirenda possessione, in l. 1. §. Scauola, ff. si quis testament. liber esse iuss. fug. unde si forte per mortem defuncti constituentis hæres apprehendat possessionem rei venditæ, & illam alteri vendat & tradat, præferretur primo emptori. Sed attende quod contra superiora facit noua & subtilis difficultas: nam si ille in cuius fauorem ponitur constitutum sit absens, nullo modo potest sibi queri possessio, licet ratum habeat: quia in instanti quo constituens se constituit nomine eius possidere, iam amisit possessionem animo suo, cum solo animo amittatur, ut in l. 3. §. in amittenda, supr. eod. si amisit: ergo ille alter non potest acquirere, licet ratum habeat, cum tempore inhabili superueniat rati habitio: & sic tempore quo constituens non possidet. Confirmatur quia solo animo amittitur possessio, licet alteri non queratur, ut dixi supra, in illo articulo & quaest. an in quaerenda possessione requiratur causa? quia respondeo quod illa regula & conclusio habet locum & procedit quando possessor expressè & verè velit amittere possessionem puta animo & voluntate expressa declarata, vel ex eo quod per actum verum & naturalem alteri tradidit: secus verò in nostro casu, vbi ipse constituens non abdicat à se possessionem, nec animo vult desinere possidere, nec alteri tradit verè, sed adhuc retinet possessionem quam vult nomine alterius habere: unde si illi non queritur, tamen constituens non amittit eam: quia non est sua intentio perdere. Confirmatur, quia in transferenda possessione per actum fictum non consideratur animus, intentio, nec voluntas determinata & absoluta perdendi possessionem sicut quando possessor animo expresso & claro vult perdere, vel quando alteri tradidit: unde ius non assistit, quod per actum fictum perdat, quando alteri non queritur.

84 Præterea aduertendum est, quod ita demum per clausulam constituti transfertur & acquiritur possessio si constituens actualiter possidebat tempore constituti: secus verò si non possidebat quia tunc nulla transfertur vel acquiritur possessio ei in cuius fauorem sit constitutum, arguimento textus in regula nemo plus iuris, ff. de reg. iur. textus in lege traditio in princip ff. de acquir. rer. domin. text. in l. ex empto. in princip. ff. de action. empt. textus in l. alienatio, ff. de contrah. empt. text. in c. nuper in medio, de donation. inter virum & uxorem. text. in cap. quod autem in fin. de iure patron. text. in l. debitorem, Codice de pignor. text. in l. si debitor, C. de destrah. pign. text. in l. si conueniret, la 2. §. si fundus, ff. de pignor. bonus textus in l. quod in rerum, §. 1. de legatis 1. text. in l. si domus, eod. tit. text. in l. vxor. patrii. C. de legat. & in expresso istam conclusionem & declarationem probat text. singul. inneta Gloss. ordinaria in lege quamuis, §. si conductor, ff. de acquirenda possessione, vbi dicitur quod per conductionem rei ita demum transit possessio & acquiritur locatorij, si conducens possidebat, alias non: ergo idem sit in actu & clausula constituti cum æquiparentur in ratione: & isto fundamento & consideratione ita expressè tenet ibi Angelus de Perusio, qui plus dicit, quod ille qui præten dit possessionem sibi quaesitam ex clausula constituti, oportet alle-

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

gare & probare possessionem fuisse penes constituentem tempore constituti, alias succumbet. Idem tenet ibi Paul. de Castrenf. idem etiam tenet & reputat valde notab. Ioannes de Imola Roman. Aret. 2. colum. Alexand. in fine, istam etiam conclusionem tenet expressè Gloss. ordin. in l. 2. C. eod. titulo in verbo tradita, vbi dicit ita demum per constitutum transferri possessionem, cum constat constituentem possidere, quam ibi ad hoc notat & commendat Ang. & Bald. 1. lect. 2. col. in fin. istam etiam conclusionem tenet Angel. in l. quadam mulier, de rei vendic. idem Angel. in l. quisquis, C. de donat. Alexand. in d. l. quod meo, §. col. n. 22. Bald. in lege sine autem, §. 1. ff. de public. Oldrad. notab. conf. 114. num. 2. Anton. in cap. cum venisset, de restit. spol. penult. col. post princ. Et in tantum hoc est verum, vbi non sufficiat quod constituens postea incipiat possidere, quia in illa noua possessione non est consensus inter partes: ita singul. Bald. in l. 1. 2. colum. in princ. Codice quando non liceat ab empt. disc. tenet etiam & commendat Salic. ibi, fin. col. in princ. idem tenet Aret. in d. l. quamuis, §. si conductor, 2. col. qui notab. loquitur in puncto, ff. de acquir. poss. Nec obstat si subtiliter dicatur, quod clausula constituti bene operatur & extenditur ad bona futura, ut postquam iam sit quaesita, virtus & effectus constituti militet in eis, ut notanter dixi supra ista lege quia illud est verum & procedit quando constitutum respicit bona futura ex expressa intentione & voluntate partium: secus verò si tantum intendunt habere respectum ad possessionem de presenti, ut in nostro casu: quia tunc non extenditur ad nouam possessionem futuram, quia in ea nullus est consensus partium: & ista est mens & intentio Baldi vbi supra, & ita subtiliter declarat Aretin. d. §. si conductor.

Adde tamen quod ista conclusio & doctrina quæ habet, quod ita demum per clausulam constituti transit & acquiritur possessio, quando constituens possidebat tempore constituti, & hoc probatum fuerit, procedit & debet intelligi, quando lis vel quaestio possessionis vertitur inter eum in cuius fauorem emanauit clausula constituti & inter alium tertium, qui præten dit non esse quaesitam possessionem: secus tamen est, si lis vel quaestio vertitur inter ipsum constituentem: & eum in cuius fauorem apposta fuit clausula constituti: quia tunc prædicta clausula & eius confessio sibi præiudicat, ut alter nihil teneatur probare: ita singul. & in terminis voluit solus Bald. in fin. C. de edict. diui Adrian. tollend. antepen. col. 8. quaest. principali, idem Bald. expressius ponderando text. in l. ibi quadam mulier, ff. de rei vend. 1. lect. in princ. de rei vend. vbi dicit quod per conductionem rei probatur possessio inter partes, licet non constet quod conductor possidebat: licet secus sit respectu tertij: & idem tenet ibi notab. Angel. de Perus. 2. col. in princip. vers. item attende, idem etiam tenet Socin. 2. volum. conf. 187. §. colum. num. 14. in cuius confirmationem licet ipsi non allegent, facit text. in l. optima, Cod. de contrah. & commit. stipul. vbi dicitur quod clausula vel confessio posita in instrumento probat inter easdem partes, non verò respectu tertij: & ad hoc notat illum text. Iac. Butr. & communiter Doct. ibi Bartol. in Auth. si quis in aliquo documento, fin. col. pen. q. Cod. de edendo, idem Bartol. notab. in l. sciendum, de verb. oblig. 3. colum. in princ. numero 5. & ibi Moderni. Secundò confirmatur ex sententia Bart. in leg. per diuersas, C. mandati, 2. col. n. 12. vbi dicit quod licet confessio pretij recepti in instrumento cessionis non probet, ut colligitur ex

textu in lege ab Anastasio eodem titulo, ibi re ipsa persoluit. tamen debet intelligi respectu tertij contra quem fit cessio: sed quo ad cedentem bene noceret & probaret illa confessio, cum qua sententia transeunt communiter Doctores ibi. Tertio confirmatur ex sententia notab. Baldi, & communi in lege empt. Codice plus valet, quod agit. in 2. columna, vbi dicit quod quando simulatio contractus allegatur ab aliquo tertio, potest probari per coniecturas, puta per continuatam possessionem venditoris: si verò allegatur ab aliquo ex contrahentibus, contractus & confessio partis omnino sibi nocet, nec ex retentione & continuatione possessionis præsumitur simulatio, facit textus notab. & ibi doctrina Bart. in fin. Ang. & Doct. in lege sicut, §. superuacuum, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluat. Quarto facit textus & ibi communiter Doctores in l. generaliter, C. de non num. pecun. vbi ponitur regula generalis, quod semper confessio partis adhibita in aliquo contractu nocet & præiudicat sibi, & probat in quacunque causa præter quam in causa mutui.

Quinto facit ille singularis textus in l. pen. C. de non num. pecun. vbi probatur quod licet confessio mutui noceat & præiudicet ipsi debitori principali lapsu biennio, tamen non nocet nec præiudicat aliis creditoribus eius, & talis confessio in præiudicium eorum non probat etiam lapsu biennio: quod subtiliter probat illa lex ibi dum dicit, nec eo prohibeantur, quod principalis debitor ea nunquam usus est: & licet ab aliquo Doctore antiquo nec moderno ille textus ad hoc sit consideratus, reperio quod expressè eum ad hoc notat Salic. in l. si quis post hac, C. de bon. pos. 2. col. in princ. & ad hoc etiam illum textum notat Angel. de Aretin. in §. fuerat Institut. de action. 11. col. n. 16. in fin. illum etiam textum ad hoc notat & reputat mirabilem Iason non allegando prædictos Doctores in d. §. fuerat 17. col. n. 84. Verum tamen est quod licet ille textus ita videatur probare, tamen verior intellectus & sensus est quem sequor, quod creditores possint opponere exceptione nõ numerata pecun. pro suo interesse scilicet intra tempora quibus posset opponere debitor qui confessus est mutuum recepisse, & sic intra biennium à die suæ confessionis, non ultra: & ita expressè tenet solus Ang. de Perus. in d. l. pen. qui aliud verbum in illa lege non dicit & idem tenet ibi Salicet. numero secundo & nullus alius tangit hoc: & hoc apertè probat textus ibi in fine: rectè ponderatus, nec obstat ibi text. in vers. nec eo prohibeantur, dum dicit, debitor ea nunquam usus est, quia debet intelligi quod nunquam ea usus est, poterat tamen ea uti, quia non erat lapsum biennium, vel si erat lapsum creditor admittitur si vult probare contrarium, sicut ipse debitor principalis posset: & ultra prædict. Doct. r. Ang. & Salic. istam opinio. & intellectum ad illum textum apertè vult Bartol. in l. assiduis fin. col. pen. q. C. qui potior. in pign. habeant. & ibi Ang. 2. col. n. 2. & ibi Salic. fin. col. 8. q. principali, Alex. in l. 1. ff. sol. matr. 9. col. n. 35.

86 Sexto confirmatur ex Glossa reputata singulari iuncto textu in l. assiduis, C. qui potior. in verbo, dare, vbi dicit quod licet confessio mariti de dote recepta præiudicet sibi, & probet contra eum, si non opponat exceptionem non numeratæ dotis intra legitima tempora statuta, in l. fin. cum Auth. ibi posita in tit. C. de dot. caus. non num. tamen illa confessio non nocet creditoribus mariti, nec probat contra eos etiam post illa tempora, nisi fiat vera & plena probatio dotis: pro qua sententia facit tex-

tus ibi in versiculo, cum enim, ibi, si tamen re ipsa fuerint patri mariti data: vbi apertè videtur textus requirere veram & realem numerationem vt fiat præiudicium creditoribus: idem probat textus in l. si quis post hac, C. de bonis prosc. ibi, sed quam se corporaliter tradidisse docuerit representetur, vbi expressè probatur quod si bona mariti sunt confiscata, & vxor agit contra fiscum pro dote, oportet probare veram & actualement numerationem & traditionem dotis: de quo articulo latè per Alexand. & modernos in l. 1. ff. sol. matr. & per Iason in §. fuerat Institut. de action. Septimo confirmatur per textum in Auth. sed iam necesse, C. de donat. ante nupt. vbi habetur quod confessio mariti, imò vera probatio de aliquo argumento dotis facta ab vxore constante matrimonio non probat aliquo modo in præiudicium creditoris mariti, licet probet in præiudicium ipsius mariti contentis, & ad hoc notant ibi Doct. Octauo confirmatur ex sententia Ioann. de Plat. in §. item si quis in fraudum Institut. de action. vbi dicit quod licet pater possit præiudicare filiis alienando titulo oneroso, tamen debet consistere de numeratione pretij, & non sufficit confessio patris, licet talis confessio sibi noceat: & facit text. in l. 1. §. si mittam, ff. si quid in fraud. part. quod reputat singulare Iason in l. 1. 2. col. ff. de eo per quem factum est, idem Iason in Authent. unde si parens, C. de inoffic. testam. 2. col. notat Paul. in l. fin. col. C. de inoffic. donat. & posui suo loco. Nono confirmatur per textum in Authent. quod obtinet, C. de probat. vbi habetur quod confessio etiam iurata testatoris dicentis se debitorem alicuius, non nocet creditoribus, sed bene nocet sibi & hæredibus. Decimo confirmatur notabili & utili fundamento, nam licet instrumentum in quo continetur confessio partis vel etiam tabellionis, quod alteri tradidit possessionem, non probet quando fit in absentia rei, sed ita demum si fiat in ipsa re vel eius præsentia, cum alias actus traditionis non potuit interuenire, sed tantum videtur data licentia intrandi possessionem propria autoritate, vt probat textus singularis secundum vnum intellectum in l. prædia, ff. de acquir. poss. per quem ita tenet ibi Dinus, Iacob. de Aret. & Oldr. quod refert Bald. tenet etiam ibi Bart. Alber. Angel. Paul. Imol. Roman. Cuman. & Alex. istam etiam conclus. tenet notab. Cin. in l. 2. in fin. C. eod. tit. & ibi Bart. Ang. ibi 1. col. num. 4. Bald. 1. lect. 2. colum. num. 5. Salic. in fin. Paul. in fin. & communiter Doctores: istam etiam conclus. tenet Spec. in tit. de empr. & vend. §. 1. 10. col. vers. sed quid si in instrumento continetur, istam etiam conclus. tenet Bald. in cap. 1. fin. col. in fin. quid sit inuestitura in vsibus feud. Anton. de Butr. in cap. cum venisset de restit. spol. pen. col. in princip. idem Anton. in cap. 2. de consuet. fin. col. in fin. & ibi Imola in fin. & ibi Card. fin. q. Bald. in rubric. C. de contrah. empt. pen. col. 19. q. Alex. 4. vol. cons. conf. 10. numero 5. Platea in §. actionem Institut. de action. 4. col. num. 16. tamen ista conclus. debet intelligi quando lis vertitur super possessione inter eum qui præiudicat sibi quæsitam possessionem, & alium tertium: secus verò si lis vertatur inter easdem partes contentas in instrumento, vel earum successores: quia tunc talis confessio probat: ita singul. tenet Iacob. Butr. in l. 2. C. acquirenda possessione, 2. columna, ibi Alber. in fine, argumento textus in lege optimam, Codice de contrahen. & commit. stipulat.

Item adde quod ista conclus. & doctrina debet intelligi, præterquam si clausula constituti reperitur in instrumento antiquo, quia tunc bene cense

censetur probata possessio etiam respectu tertij, istud est singulare dictum Soc. in secundo volumine, consilio 187.5. columna, in principio, ex eo quod propter difficultatem probationis sufficit minor siue verisimilis probatio, vt in lege non omnes, §. à barbaris, ff. de remis. cum similit. & idem videtur tenere Abbas capite cum nobis de prescript. secunda columna, in fin. vbi quærendo qualiter probetur possessio in factis vel instrumentis antiquis, inter alios modos dicit, quod per clausulam constituti positam in instrumento: & sic expressè præsupponit quod tali casu non requiratur probare possessionem fuisse penes constituentem: quia aliàs non esset dubium, nec esset aliqua specialitas in facto vel instrumento antiquo: & ita ponderat Socinus, vbi supra. Confirmatur etiam, quia licet instrumentum publicum manu notarij vel tabellionis confectum non facit fidem, nisi probetur illum esse notarium vel tabellionem, quando negatur à parte esse publicum, vt notat Innocent. & Doctores in cap. 1. de fide instrument. Bald. in Authent. sed non iure, 2. colum. Codice si cert. per. & ibi Doctores & est lex notabilis 114. tit. 18. 3. part. tamen illud debet intelligi nisi instrumentum sit valde antiquum, quia tunc facit fidem, nec aliqua probatio requiritur: ita singul. Bald. in Auth. quas actiones, fin. col. num. 18. Cod. de sacros. Eccles. idem tenet Bald. in l. comparationes, Cod. de fid. instrum. 4. colum. prope finem tenet etiam Iason in l. Barbarius, ff. de offic. prator. 11. col. n. 48.

88 Et ex superiore conclusione & doctrina quæ habet quod per clausulam constituti non transfertur possessio, nisi constituens possideat tempore constituti, infero primò, quod si procurator alicuius cum generali vel speciali mandato ad vendendum vel alienandum, & etiam possessionem tradendam vendat, vel alienet rem domini, & constituat se nomine emptoris possidere, non transfertur in eum possessio, nec per consequens dominium vel alius effectus possessionis, quia cum talis procurator non possideat nihil operatur clausula constituti, quod est notandum in practica. Secundò infero, quod si tutor vel curator cum legitima & debita solemnitate vendat & alienet rem minoris, & constituat se nomine emptoris possidere, non transfertur in eum possessio, ex prædicta ratione: confirmatur ex sententia expressa Bartol. in lege prima, ff. de acquirenda possessione, fin. colum. in princ. num. 24. vbi dicit quod istæ personæ non possunt per visum vel aspectum transferre possessionem cum non possideant: & cum Bartol. se habet communis opinio, vt dixi supra in tertio actu ficto, per quem acquiritur possessio, in l. illatione. Tertio infero, quod syndicus Ecclesiæ, vniuersitatis vel collegij non poterit per clausulam constituti transferre possessionem. Quarto infero quod executores testamentorum vendendo vel alienando non possunt transferre possessionem per clausulam constituti ex prædicta ratione. Quintò infero quod si hæres postquam est factus dominus per aditionem hæreditatis, ante tamen quam apprehendat possessionem vendat, donet, vel alienet aliquam rem hæreditariam, & constituat se nomine emptoris possidere non transfertur in eum possessio: cum talis hæres non possideat, licet sit iam factus dominus per aditionem, vt in l. cum hæredes, ff. de acquirenda possessione, & idem est in legatario, vel illo in quem transit dominium alicuius rei solo titulo sine possessione: nam si talis dominus vendat vel alienet illam rem, & constituat se nomine emptoris possidere, non poterit in eum transferre possessionem vir-

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

tute prædictæ clausulæ, cum constituens non possidebat.

89 Sextò & singulariter infero, quod si in alienatione vel contractu quis constituat se post mortem suam nomine alterius possidere non transfertur aliqua possessio, nec tunc clausula constituti aliquid operatur: & ratio est cum conferatur in tempus in quo non sit possessio penes constituentem, imò extincta sit per mortem eius, meritò ex prædicta clausula nulla transit possessio vel effectus: & hoc est notabile & quotidianum, & in specie reperio, quod ita tenet Angelus de Perusio, in dicta, lege quamuis, §. si conductor, num. 1. ff. de acquirend. possess. & tenet etiam ibi expressè Cuman. 2. colum. in princ. versic. per hoc dicit Angel. Alex. secunda colum. num. 7. idem etiam tenet & reputat singulare Alexard. in 2. volum. cons. cons. 82. 3. colum. num. 11. Iason in l. quoties, C. de re vend. 4. colum. num. 17. & ante eos reperio quod expressè hoc voluit Bald. in cap. 1. de confirm. util. vel inutil. 2. col. n. 13. quem refert & sequitur Ias. in l. nemo potest, 7. col. n. 32. ff. de legat. 1. idem Ias. in l. quoties, ff. de her. inst. pen. col. in fin. ex quibus infero nouiter & singul. quod si contractus super quo appositum est constitutum fieret sub conditione, quæ secundum iuris dispositionem debet retrahitur, & illa conditio adimpleatur & purificetur post mortem constituentis, non retrahitur constitutum in eo positum, nec virtus & effectus eius, vt posui & fundavi in alio proposito infra ista lege vers. dubium tamen esset in hoc satis singulare & subtile. Imò quod magis est, dato quod quis se constituat nomine alterius possidere purè, & simpliciter, & de præsentij, & translata sit possessio in eum in cuius fauorem fuit positum constitutum, tamen statim quod moritur constituens, ipso iure amittitur & extinguitur possessio quæ iam erat alteri quæsitæ: ita singulariter determinat Ludou. Rom. in cons. suis cons. 189. in fin. n. 9. tenet etiam & reputat singul. Iason in §. item si quis in fraudem, Inst. de action. 14. col. n. 77. Aduertendum tamen quod ista conclus. apertè est falsa, per textum in l. si de eo, §. si fortè, ff. de acquir. poss. vbi habetur quod quando possessio retinetur per alium, puta procuratorem, tutorem, seruum, vel similem personam, non amittitur per mortem eorum nisi data negligentia recuperandi: quem ad hoc not. & commen. Doct. & dicit vnicum Bald. in c. licet caus. pen. col. de probat. simil. text. est in l. si id quod §. 1. eod. tit. vnde dicerem, quod si ille in cuius fauorem erat posita clausula sit absens, & constituens moriatur antequam alter sciat & ratum habeat, extinguitur virtus clausulæ & non quæritur possessio: secus verò si erat præsens & iam semel ei fuit quæsitæ, quia postea morte constituentis non perditur nisi data eius negligentia per supra dicta.

90 Et ex superiori doctrina & resolutione, quæ habet, quod per clausulam constituti non transit possessio, quando constituens non possidebat tempore constituti, se offert pulchrum valde subtile dubium, si ille qui se constituit solam nudam & simplicem detentationem habeat, non verò possessionem an per talem clausulam transeat saltem illa sola nuda & simplex detentatio? & effectus est maximus, nam si poneretur in contractu venditionis vel alio titulo habili ad translationem dominij; statim virtute eius transiret dominium: quia ad eius translationem & acquisitionem, non requiritur traditio possessionis, sed sufficit traditio nuda & simplicis detentationis ipsius rei, textus est vnicus in iure in lege si fundum, ff. de funda dotal. quem ibi notat & considerat Glossa

ordinaria Odofred. Bartolus, Baldus, Salicetus, & Fulgosius, & illum textum ad hoc dicit vnicum Baldus *in rubr. de caus. poss. & prop. 3. colum. numero 10.* illum etiam textum dicit vnicum Bald. *in capite contigit de dolo & contum. fin. colum. in fin.* illum textum dicit singularem Salicetus *in l. traditionibus, Codice de pactis, fin. colum. in fine,* illum etiam dicit singularem Aretinus *in rubr. ff. de acquirenda possessione, prima columna, in princip.* Iason ibi 2. *columna, num. 8.* & per illum textum tenet Glossa ordinaria, Petrus, Cinius, Iacob. Butric. Bart. Bald. Salic. Paul. & communiter Doctores *in l. cum res, Cod. de probat. Glor. & communis opinio in l. qui pradium, Codice de distrab. pig. Glossa & communis opinio in §. per traditionem, Insti. de rerum diuis.* Glossa & communis opinio *in l. 1. §. sed & per eum, ff. de acquir. possess.* punctus ergo singularis & subtilis stat in hoc, an ille qui tantum habet nudam & simplicem detentationem transferat per eam clausulam constituti mediante titulo habili, vt per eum transeat dominium & plenum ius rei ac si verè traderetur: & certè est subtilis & necessaria quæstio: in qua resolutiue dico, quod si omnino res est penes alium, tunc nuda possessio vel detentatio transit, cum non sit penes constituentem, per doctrinam & rationem superiorem: si verò res sit penes constituentem, & eius nuda & simplex detentatio sine possessione, tunc stat punctus noster difficilis, an isto casu per clausulam constituti transeat illa detentatio per consequens dominium? & videtur quod non. Primò, quia iura quæ dicunt quod per clausulam constituti transfertur possessio loquuntur per nomen iuris, & sic referri debent tantum ad possessionem, vnde non videtur verificari in nuda & simplici detentatione. Secundò pro ista parte nouiter & subtiliter pondero text. *in lege quod meo, ff. de acquirenda possessione.* ibi, *sed desino possidere, & alium possessorem ministerio meo facio,* vbi patet, quod possessor qui se constituit statim desinit possidere, & remanet in nuda & simplici detentatione, & alium facit possessorem: sed si sola detentatio esset penes constituentem, illa non cessaret per clausulam constituti, sed semper esset penes constituentem, quia non est reperire quid inferius ab ipsa detentatione, in qua dicamus remanere ipsum constituentem: ergo ipsa detentatio non transit per constitutum: & in terminis istam conclusionem reperio quod tenet Bald. *in rubr. C. de contrahend. quarta colum. 16. quæst. in fin.* qui fundatur tali ratione, quia cum detentatio nuda & simplex sit meri facti, non transit per constitutum, quia illud habet plurimum iuris, & non pertinet nisi ad veram & realem possessionem iuris: idem etiam tenet solus Alexander *in dicta lege quod meo, final. colum. num. 26.* simpliciter referendo verba Bald. idem etiam simpliciter Iason *in l. prima, eodem titulo, 19 colum. numero 86.* idem videtur velle Anton. de Butr. *in capite cum venisset, de restit. spol. penultima columna: in medio versic.* quandoque vltra titulum tenet etiam Philippus Decius *in regula contractus de reg. iur. septima columna, versic. primo, quando possessio, &c.* & tenendo istam partem non obstaret: textus *in dicta lege si fundum, ff. de fundo cum similibus,* vbi disponitur quod sola traditio nudæ & simplicis detentationis sufficit ad acquirendum dominium: quia debet intelligi quando interuenit vera & naturalis traditio rei, & vera & naturalis detentatio: secus verò si interueniat facta per clausulam constituti vel alium actum fictum: quia non sufficeret; & ista est intentio Bal-

di, & Doctorum, vbi supra. Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam, imò quod per clausulam constituti vel alium actum fictum transeat nuda & simplex detentatio quæ est penes constituentem, & inducatur ficta traditio rei, & consequens acquiratur dominium, & sequatur omnis alius effectus qui sequi posset ex vera traditione. Primò, quia considero quod per clausulam constituti ille qui se constituit principaliter, agit & intendit rem habere & tenere nomine eius in cuius fauorem se constituit, & censetur tanquam eius procurator, vt probat textus, *in dict. l. quod meo, & supra dixi in principio:* ergo si possessio vtraque vel aliqua est penes constituentem, illa transfertur & omnis effectus eius: si verò nulla sit penes eum possessio, sed tantum detentatio, tunc per dictam clausulam detinebit & habebit rem nomine eius pro quo se constituit, ac si ipse ibi esset: & sic virtus & effectus illius detentationis transit ad eum, ac si sibi verè traderetur res, in quo tamen considero nouam & subtilem differentiam inter possessionem & detentationem: nam possessio omnino & plenè transit in eum pro quo quis se constituit, & non remanet penes constituentem: sed detentatio semper remanet penes constituentem verè & naturaliter: quia ipsum factum infirmari iure civili non potest, vt *in lege prima, Paragrapho si vir uxori, ff. de acquirenda possessione,* sed illa detentatio virtualiter & effectiue transit ad alium, vnde quæritur sibi dominium & omnis alius effectus, ac si sibi verè res traderetur: & in hoc consistit intelligentia huius subtilis articuli: Secundò pro ista parte inconuincibiliter facit. Certum est quod de iure ipsa possessio causatur & producit ab ipsa apprehensione, insistentia, vel detentatione rei, vt est casus, & ibi communis opinio *in lege prima, ff. de acquirenda possess.* sed clausula constituti vel quilibet alius actus fictus, nihil aliud est quam representatio apprehensionis naturalis ipsius rei, & ad hoc ordinatur vt mediante actu ficto videatur quis esse in re, vnde per prius videtur esse ficto modo in detentatione ipsius rei, & sic infertur clarè quod si penes constituentem sit possessio, statim quæritur illi pro quo se constituit: si verò nulla possessio sit penes eum saltem quæritur ei virtualiter & effectiue illa nuda & simplex detentatio & insistentia rei, quam constituens videtur habere & tenere nomine eius & per consequens sibi quæritur & causatur omnis effectus qui posset resultare ex apprehensione & detentatione vera: sed vera & naturalis traditio & detentatio rei sine possessione operatur acquisitionem dominij, vt *in d. l. si fundum, cum similibus:* ergo & traditio vel detentatio ficta. Tertid pro ista parte facit subtile fundamentum, detentatio vel saltem eius effectus solo animo potest retineri in absentia sicut ipsa possessio civilis, textus est vnicus in iure *in lege si finita, paragrapho si quis metu, ff. de damn. infecto.* quem ad hoc reputat singularem & vnicum Ioan. de Imol. Paulus & Ludouic. Roman. ibi & latius dixi supra *ista lege in articulo de detentatione,* & sic patet quod iuris dispositio ficta cadit etiam & habet locum in detentatione sicut in possessione: ergo in nostro casu dicendum est, quod clausula constituti vel quilibet actus fictus verificetur & operetur effectum circa ipsam nudam & simplicem detentationem. Quartò facit textus qui in suo casu reputatur singul. secundum Paulum, Imol. Aret. & Doctores ibi, *in l. qui vniuersas,*

§. finali, ff. de acquir. posses. vbi dicitur quod si colonus meus commodatarius vel depositarius, qui tantum habet nudam & simplicem detentationem, alteri locet vel apud alium deponat, videtur esse etiam in absentia saltem ciuilitate in sua nuda & simplici detentatione, mediante qua dominus retinet & conseruat omnem possessionem & ius suum: & sic est ibi casus valde subtilis, quod nuda & simplex detentatio & rei insistentia & effectus eius potest ciuilitate in animo retineri corpore & ministerio alterius: ergo nimirum si idem dicamus in nostro casu. Quinto facit quia licet quis in absentia non retineat possessionem naturalem sed tantum ciuilem, tamen si amicus, procurator, filius, vel seruus sit in actuali detentatione & insistentia rei nomine absentis, per eos retinet absens etiam naturalem possessionem: textus est in lege *etiam possidere*, §. qui ad nundinas, ibi *neminem reliquit*, ff. de acquirenda possessione, textus in lege generaliter, eodem titulo, textus in lege *si id quod*, §. primo. textus in lege peregrè, §. quibus explicitis, 2. respon. eodem titulo. textus in lege finali, Codice eodem titulo. textus in §. possidere, in principio, Instit. de interdict. ex quibus patet quod nuda & simplex detentatio & rei insistentia saltem virtualiter & effectiue potest retineri per alium, sed in nostro casu ille qui constituit, vult & intendit nomine alterius rem habere, & tenere: ergo illa detentatio & rei insistentia saltem in effectu sibi queratur ac si ipse insisteret in re. Sexto pro ista parte facit textus valde subtilis & expressior ceteris in lege *homo liber*, Paragrapho *quicquid supra*, Codice de acquirendo rerum dominio, iuncto textu & ibi Glossa ordinaria, & communi opinione in lege prima, §. sed & per eum, ff. de acquirenda possessione, vbi habetur quod si seruus alienus qui possidetur ab aliquo bona fide acquirit aliquid ex re possessoris vel ex opera ipsius serui, statim queritur possessori: tamen si extra has causas aliquid acquirit dominium eius queritur domino, sed possessio nulli queritur cum ab alio possideatur: sed ista acquisitio domini fit domino mediante nuda & simplici insistentia & detentatione serui, & non aliter: sed illa censetur fieri fictè domino, quia traditio verè facta seruo videtur fictione iuris fieri domino, vt in lege prima, in fine, Codice per quas personas. textus in lege placet cum materia, de acquirenda hered. textus in regula, qui facit per alium de regul. iur. in 6. textus in lege ita autem, paragrapho gessisse, admit. tutor. textus in lege prima, §. deiecisse, ff. de vi & vi armat. textus in lege item eorum, §. primo, ff. quod cuiusque vniuers. nom. ergo aperte constat quod nuda & simplex detentatio & insistentia & virtus & effectus eius transit ad alium fictione iuris: ergo eodem modo dicamus quod transeat per clausulam constituti, & ex isto fundamento, licet non sic declarato, reperio quod istam meam conclusionem in expresso tenet Aretinus in lege *quamuis*, §. si conductor, finali columna, in fine, ff. de acquirenda possessione, & ante eum idem tenet Paulus in fine, nihil allegando: & sic ex predictis remanet expeditus iste notabilis & subtilis articulus: & est conclusio firma quod per clausulam constituti vel alium actum fictum potest transferri sola nuda & simplex detentatio saltem virtualiter & effectiue, licet nulla possessio sit penes constituentem, & infertur maxima extensio ad textum cum communi opinione in dicta lege *si fundum*, ff. de fundo dotali, vbi dicitur quod ex nu-

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

da traditione & detentatione rei mediante titulo habili queritur dominium sine possessione, vt procedat nedum quando interuenit vera & naturalis traditio & detentatio, sed etiam si interueniat ficta per clausulam constituti vel alium actum fictum: quod nota quia alibi non reperies istum articulum sic declaratum. Item etiam iuxta prædicta subtiliter & necessariò quero, an procurator, tutor, curator, vel similis persona possit querere possessionem domino suo per aliquem actum fictum ex supra positis? Et ista questio habet duos principales articulos. Primus est, an procurator vel similis persona possit transferre possessionem alteri per actum fictum: & expeditum est quod non: vt late & notabiliter dixi supra ista lege in primo actu ficto, scilicet visus & in actu ficto clausulæ constituti. Secundus articulus principalis est, an procurator, tutor, vel curator possit acquirere possessionem domino per actum fictum, vt puta si talis procurator ad emendum, vel contrahendum & possessionem recipiendam emit & contrahit cum aliquo, & talis procurator non accipit possessionem verè & realiter per actum verum apprehensionis, sed per actum fictum, quia venditor, donator vel contrahens constituit se nomine talis procuratoris possidere, vel se constituit nomine domini presente & acceptante procuratore, vel per vsum, conductionem, retentionem vsusfructus, traditionem clauium vel instrumenti, vel quemlibet alium actum fictum vult in talem procuratorem vel dominum transferre possessionem, an tali casu queratur possessio domino, ac si verè & realiter interuenisset traditio? & certè iste articulus est valde subtilis, vtilis, & quotidianus, quem intendo benè & vtiliter examinare, & videtur quod per talem actum fictum, non possit queri possessio domino mediante procuratore: & hoc tali potissimo fundamento, quia duæ fictiones vel specialitates non possunt concurrere in vno eodemque actu: vt in lege prima, Codice de dotis promiss. & ibi Glossa & communis opinio, & in l. cum post, §. gener, ff. de iure dotium. Sed in isto casu interueniret duplex fictio: vna quod procurator fictè representat dominum, & per eum videtur dominus ipse facere: textus est in lege prima, ita autem, §. gessisse, versiculo gessisse, ff. de administr. tutor. cuius verba sunt: Gessisse enim videtur qui per alium gessit, textus in l. item eorum, §. si decuriones, Digestis quod cuiusque vniuersitatis nomine, textus in lege si quis solutioni, versiculo mora videtur, ff. de usuris. textus in l. prima, versiculo fecisse, ff. de eo per quem factum est, textus in l. prima, §. deiecisse, ff. de vi & vi armat. textus in l. item apud Labeonem, §. finali, ff. de iniur. textus in l. si quis id quod, §. fin. ff. de iurisdict. omnium iudic. textus in l. si per alium, ff. quis eum qui in ius vocand. est vi. exi. textus in lege ossa, versiculo finali, Digestis de relig. & sumpt. funer. textus in lege is damnatum, Digestis de regul. iur. textus in l. hoc iure, paragrapho primo, eodem titulo. textus in l. quod iussu, eodem titulo. textus in Reg. qui facit de regul. iur. in 6. Secunda fictio est quod actus fictus possessionis habetur & reputatur pro vero: textus est in l. prima, §. si iusserim, ff. de acquirenda possessione. textus in dicta l. quod meo, eodem titulo. textus in l. quarundam, eod. iur. text. in l. clauibus, ff. de cond. empt. text. in l. quadam mulier, de rei vindicatione. textus in lege prima, & in le-

ge quisquis, *Codice de donat.* ergo nullo modo potest quæri possessio. Secundò & principaliter pro ista parte facit, quia quando concurrunt præsumptus titulus & ficta traditio, non quæritur aliqua possessio: ita notat Bartolus *in lege si aliquam rem, tertia columna, in principio, ff. de acquirenda possessione*, & ibi communiter Doctores. Tertio, quia licet dominium & possessio, & omnia illa quæ quærentur per actum naturalem traditionis quærantur domino, mediante procuratore, ut *in lege prima, Codice per quas personas, & in lege per procuratorem, Codice de acquirenda possessione*, tamen ea quæ ex actu civili quærentur non transeunt in dominium mediante procuratore, sed resident prius in personam procuratoris, ut ab eo cedantur ipsi domino, ut *in lege ea qua civiliter, ff. de acquirendo rerum dominio, & in lege possessio quoque, §. & si possessio infra isto titulo*. Sed iste est actus fictus civilis: ergo per eum non quæritur domino. Quarto, quia licet solo titulo transeat dominium in Ecclesiam vel civitatem, ut *in lege finali, Codice de sacrosanct. Eccles.* Item etiam licet sola pollicitatione quis obligetur reipublicæ, vel pio loco, ut *in lege prima, ff. de pollicitat.* tamen si sola pollicitatione quis promittat rem Ecclesiæ vel civitati, non transfertur dominium ipso iure, ne duæ fictiones vel specialitates concurrant, ita probat textus *in lege si quis rem, versiculo res enim, ff. de pollicitat.* & ibi tenet Glossa ordinaria Bartolus & communiter Doctores: & ex his maximè ex primo fundamento istam sententiam & conclusionem tenet originaliter Guilielm. *in lege ab emptione, ff. de pactis finali questione*, idem Guilielm. *in lege licet, Codice de acquirenda possessione, undecima columna, numero vigesimo*. Alberic. *in dicta lege ab emptione, secunda columna, numero tertio*, Angelus de Perusio *in lege prima, §. per procuratorem, ff. de acquirenda possessione*. idem Angelus *in lege si is qui pro emptore, ff. de usucap. penultima columna*, & ibi Ioannes de Imola *penultima columna, numero 9*. Baldus *in capite cum venisset, de restit. spoliat. secunda columna, numero tertio*. Sed his non obstantibus in proposita quæst. teneo contrariam sententiam, imò quod quæritur possessio & omnis effectus eius domino mediante procuratore etiam per actum fictum: & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet singularem magistraliter Bartol. *in lege si is qui pro emptore, ff. de usucap. penultima columna, versiculo quid dicemus*, Cumanus ibi *finali columna, & questione*. Bartolus *in lege ab emptione, finali columna, & questione, ff. de pactis*, Baldus ibi, *columna, & questione*. Angelus *secunda columna, numero quarto*. Imola *in lege prima, ff. de acquirenda possessione, colum. in fine vers.* Item diligenter pondera & ibi Alexander *penultima columna, numero 88*. Iason *penultima columna, numero 104*. Imola *in §. per procuratorem eiusdem legis, secunda columna, numero secundo*. Romanus ibi, *prima columna, in fine*. Aretinus ibi, *quarta columna, versiculo extra*, Glossa qui notabiliter & melius quàm alibi loquitur Alexander ibi, *finali colum. num. 14*. Vincentius ibi latè *11. colum. numero vigesimo octavo*, & ibi dicit hanc esse magis communem opinionem Baldus *in lege prima, Codice quando liceat ab emptione, disp. 2. colum. numero 7*. & ibi Salicetus *finali colum. & questione*. idem Salicetus *in lege prima, Codice per quas personas, fin. colum. & questione*. Iason qui notabiliter loquitur *in dicta lege si is qui pro emptore, fin. fol. & questione, n. 387*.

vbi dicit hanc esse magis communem opinionem idem Iason *lege ab emptione, ff. de pactis, finali columna, & quest.* Dinus *in cons. suis, cons. 15. incipienti quest. talis est*, vbi plus dicit, quod per constitutum factum negotiorum gestor quæritur dominium & possessio domino secuta ratihabitione. Pro qua communi sententia & conclusione primò facit textus singularis & vnicus *in lege certè, §. primo, de precario*, vbi expressè dicitur, quod possessio quæ resultat & acquiritur ex actu ficto dicitur vera & propria, sicut si quæreretur per actum verum? & ad hoc eum notat ibi Angelus, & Doctores: & Bartolus, & communiter Doctores in locis supra citatis, in quibus ille textus adducitur pro capitali fundamento, & illum textum ad hoc dicit vnicum in iure Bald. *in lege vna, §. ne autem, Codice de caduc. tollend. fin. colum. n. 19*. & illum textum dicit singul. Iason *in §. actionum, Instit. de action. 20. colum. numero 149*. & dicit vnicum Iason *in principio, Instit. de action. finali colum. in fine*. Confirmatur etiam, quia quando lex inducit actum fictum loco actus veri, intelligitur attribuere casui ficto omnes qualitates & effectus quæ resultarent ex actu vero: ita probat textus *in l. lege Cornelia, ff. de testament.* ibi expressè notat Aretinus *in 1. not.* Sed advertendum quod ille textus *in dicta lege certè, §. 1. ff. de precario*, nihil probat, quia ipse loquitur in actu naturali possessionis: nam dico quod si procurator accipit rem precario nomine domini: quæritur possessio domino: & tamen ille actus apprehensionis ex titulo & causa precarij est verus & naturalis, & per eam quæritur possessio naturali accipienti, & civilis remanet penes concedentem, ut *in lege habet, §. finali, versiculo placet, eodem titulo*, & ibi Gloss. & communis opinio, & latius dixi supra ista lege, vnde ibi nullo modo probatur ista conclusio, sed dico quod ille textus probat isto modo: nam licet ibi actus naturalis apprehensionis sit naturalis & verus, tamen respectu personæ gerentis interuenit fictio: quia ibi procurator apprehendit possessionem & non ipse dominus, & tamen repræsentatur persona domini per procuratorem, & sic per fictionem, & dicit textus quod ipse dominus propriè rem habere & apprehendere videtur: ergo similiter quando esset ficta traditio & actus fictus possessionis, resultaret possessio vera: & iste est verus & realis sensus, per quem ille textus nostram conclusionem probat. Sed advertendum rursus quod secundum hoc etiam ille textus non probat principalem conclusionem Bartol. & communem quia licet quando interuenit vna fictio scilicet procurator, & actus verus apprehensionis quærat possessio domino. Item etiam quando interuenit vel verus dominus, & sic propria persona & actus fictus, quærat possessio domino, per omnia iura loquentia de actu ficto: tamen ille textus non probat, quod quando concurrunt duplex fictio scilicet procurator & actus fictus, quærat possessio domino, vnde ille textus capitalis non probat communem opinionem. Sed adhuc sustinendo communem opinionem, dico quod etiam eo casu quo concurrunt vtraque fictio quæritur possessio domino, ut in nostro casu & questione, quia considero quod quilibet actus reputatur verus & proprius quò ad effectum: nam procurator repræsentat dominum, adeò quòd verè dicitur dominus facere: textus est expressus qui sic debet intelligi *in dicta lege certè, paragrapho primo, pro deecario*, & in hoc est singularis & vnicus, secundum Doctores: vbi supra.

Item

Item etiam actus fictus possessionis habetur pro vero & producit veram, realem & propriam possessionem ac si actus esset verus, & hoc non probat textus in dicta lege certè, §. 1. neque Doctor. adducunt textum per hoc, sed ego adduco textum expressum in dicta lege quod meo, §. si venditorem, ff. de acquirenda possessione, in fin. vbi dicit textus quod per visum qui est actus fictus non minus quæritur possessio quam si pedem finibus intulisset: vnde ex his duobus innētis, cum sint perfecti, quæritur possessio, nec obstat quod concurrunt duæ fictiones vel specialitates, quia statim respondeo. Secundò pro hac sententia & communi conclusione facit textus in lege quarundam, ff. de acquirenda possessione, vbi expressè probatur quod per fictam traditionem factam procuratori quæritur possessio domino sicuti per veram: & ad hoc notat ibi Cuman. & ad hoc etiam illum textum notat idem Cumanus in dicta lege si is qui pro emptore, ff. de usucapion. fin. columna, in fin. Alexander, in lege 1. §. per procuratorem, ff. de acquirenda possessione, fin. columna, sed ille textus nihil probat, quia ibi per appositionem custodis quæritur possessio, quia fuit positus ab ipso domino, non verò à procuratore, & sic vnus tantum actus fictus interuenit & non duplex. Tertio vltra Doctor. facit bonus textus in lege 1. §. si inserim in princip. ff. de acquirenda possessione, vbi procurator potest quære possessionem domino per visum, & sic videtur casus expressus pro decisione huius quæstionis, sed adhuc ille textus non probat, quia ibi ipse dominus etiam erat in præsentia rei, vnde potius videtur possessio quæsitæ domino ex persona eius, quam ex persona procuratoris: & ita tenet & declarat ibi Dinus, Rainerius, Albericus, Paulus, Alexander, Cumanus, Iason Vincentius, & communiter Doctores cuius effectus potest esse maximus, quia si procurator sit inhabilis, vt infans, furiosus, vel similis, quæritur domino, & non vitiatur actus facit etiam textus in lege si procuratori præsentati, ff. de verborum obligatione, facit etiam Glossa singularis & vnica in l. qua extrinsecus eodem titulo. Quartò facit textus in capite accedens extra, de præbendis, vbi possessio beneficij quæritur per procuratorem mediante inuestitura qui est actus fictus: & ad hoc illum textum notat Baldus, in dicta lege 1. Codice quando liceat ab emptione, disputatione 2. columna, numero 7. & certè ille textus optimè facit, nisi dicas quod ibi non potest cadere actus verus & naturalis ex qualitate rei. Quintò facit textus in capite 1. §. 1. versiculo, item inuestitura, de notis feudorum in vsibus feudorum, vbi habetur quod inuestitura & eius effectus potest quæri domino per nuntium vel procuratorem: & ad hoc pro casu nostræ quæstionis notat ibi Baldus, & illum textum ad hoc commendat & dicit optimum Aretinus, in lege 1. §. per procuratorem penultima, columna, ff. de acquirenda possessione. Sextò & finaliter pro ista communi sententia & conclusione pondero hodie est expressa lex in leg. 17. supra his legibus Tauri, vbi dicitur quod melioratio est irrevocabilis, si fuerit tradita possessio verè vel fictè per traditionem instrumenti ipsi filio meliorato vel procuratori eius: ergo aperte vult quod possessio possit quæri per procuratorem mediante actu ficto: idem probat lex 44. supra his legibus Tauri, nec obstat si dixeris quod solum loquuntur in casu meliorationis & maioratus: quia certè eadem ratione idem esset in alijs casibus, nec obstat ite-

rum si dicas quod solum illæ leges loquuntur in actu ficto traditionis instrumenti, quia gratia exempli illud posuit, vnde idem esset in quolibet alio actu ficto.

Nec obstat huic sententiæ & communi opinioni primum capitale fundamentum, in quo dicebamus quod in nostro casu & quæstione concurrunt duæ fictiones vel specialitates, ideo actus debet vitiari: quia respondeo quod concurrunt respectu diuersarum personarum, & procedunt ex diuersis fontibus & ex diuersis respectibus: nam quod procurator repræsentet dominum est respectu domini. Item quod actus fictus habeatur pro vero est respectu tradentis, quod non est prohibitum, vt probat textus in lege singularia, ff. si cert. pet. per quem ita determinat Bartolus in dicta lege si is qui pro emptore penultima, columna, numero 71. & super eos communiter repetentes idem Bartolus, in lege gerit, penultima columna, de acquirenda hereditate idem Bartolus, in lege ex facto §. columna, de vulgar. & pupil. idem Bartolus in lege sub conditione, ff. de solut. Baldus, in l. 1. Codice de dotis promissione, Baldus, in l. 1. Codice quando liceat ad empt. disputatione, finalibus verbis Alexander, Iason, & Philippus Decius, in dicta lege singularia, ff. si cert. pet. facit textus & ibi ponderat Aretinus, in lege sed si plures, §. ad substitut. de vulgar. & pupil. in specie in nostro casu & quæstione ita respondet Aretinus, in dicta lege 1. §. per procuratorem fin. columna, cum quo transeunt communiter Doctores, ff. de acquirenda possessione. Sed ista ratio & soluto licet videatur colorata & subtilis, tamen mihi non concludit, quia ita demum plures fictiones respectu diuersarum personarum admittuntur, quando tendunt ad commodum vtriusque personæ secus si ad commodum vnus quia tunc non debent admitti: & ita probat & debet intelligi text. in d. l. singularia, & iste est sensus Bart. in d. l. si is qui pro emptore, pen. col. vers. 2. casu & sensus omnium Doctorum, vbi supra & in specie ita tenet & declarat Iason in dicta lege si is qui pro emptore, penultima columna, versiculo, sed ad istud fundamentum. Secundò & subtilius ista ratio & solutio non concludit, quia in nostro casu vtraque fictio interuenit & concurrat respectu eiusdem personæ & ad eius vtilitatem scilicet respectu solius accipientis: quia procurator repræsentat eius personam: item actus fictus possessionis reputatur verus, & iste magis attribuitur sibi quam alteri, cum actus acquisitionis possessionis semper consideratur in acquirente, vt in lege 3. ff. de acquirenda possessione, cum similibus, & sic potest teneri quælibet solutio, sed melior solutio videtur, quod licet concurrant duæ fictiones respectu vnus personæ scilicet acquirentis, tamen sustinentur, quia sunt tales actus ficti, quia quo ad effectum reperitur in iure decisum, quod omnino & propriè habeantur pro veris, vt supra bene probaui, & subintrant & subrogantur loco actus naturalis, vnde debent operari eosdem effectus quos operantur actus veri & naturales: & ista est mens & intentio prædictorum iurium, & est veritas in hoc articulo: & secundum hoc infertur responsio ad superiora fundamenta contraria, quia ibi specialitates & fictiones stant in istis finibus, nec omninò dicitur quod habeantur pro actu verò, nec sumunt eius naturam.

Subsequenter etiam quæro, si quis vendat rem suam alicui & tradat possessionem per clausulam constituti, vel per quemlibet alium actum fictum,

& postea vendiderit alteri & tradiderit ei verè & naturaliter ipsam rem & possessionem eius, quis eorum præferatur? & breuiter & resolutiue dico, quod primus debet præferri cui est facta traditio per actum fictum, per regulam & rationem textus *in lege quoties, Codice de rei vendicatione cum similibus*, item etiam, quia ius, effectus, & possessio quæ resultat ex actu ficto reputatur esse vera & perfecta sicut illa quæ resultat ex actu vero & naturali: ita probat textus singularis & vnicus *in lege certè, §. 1. ff. de precario*, quem notat & commendat ibi Bartolus, Angelus, & Doctores & dicit vnicum Baldus *in lege vna, §. non autem, Codice de caducis tollendis finali columna, numero 19.* & dicit vnicum Iason *in princip. Institut. de action. fin. columna, in fin.* & vltra Doctor. facit melior textus *in ista lege quòd meo, §. venditorem in fin.* vbi non minùs possidere cœpi quam si pedem finibus intulissim & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet originaliter Guido de Suza, *in dicta lege quoties, Codice de rei vendicatione, idem in lege fin. Codice de sacro Eccles.* Ioannes Andreas, *in addit. Specul. in titulo de emptione, & venditione, §. sciendum, vers. nota quod si res vendita numero 29.* Bald. *in rubr. Cod. de contrah. emptione 4. columna, 16. quæst.* Baldus, *in preiudiciis feudorum 6. columna, numero 29.* vbi dicit quòd licet sit fictio in modo tradendi, tamen veritas est in substantia possessionis Iason *in dicta lege quoties, Codice de rei venditione, 4. columna, in 5. limitatione principali, numero 14.* Anton. Butric. *in capite cum venisset, de restit. spoliat. 3. columna, versic. & nota quod si aliquis Abbas in capite 2. de consuet. fin. columna, in princip.* Decius, *in regula, contractus, de regul. iur. in 6. numero 14.* Oldr. *in cons. suis, cons. 114.* Abbas *in consilio 91. penultima, columna, numero 7. 1. volumine Alexand. consilio 14. fin. columna, numero 10. 1. volumine idem Alexand. cons. 25. fin. columna, in fin. 3. volumine idem Alexand. cons. 166. fin. col. in fin. 7. volumine Baldus, cons. 369. 5. volumine, Angelus, in consilio 106. in fin.* quam conclusionem ego extendo 1. vt procedat etiam si talis traditio ficta fuerit facta procuratori prædicti emptoris, per ea quæ supra dixi. Secundò extendo vt procedat etiam si tempore constituti vel actus ficti venditor non possideret, sed tantum haberet nudam detentationem: tempore verò secundæ venditionis & traditionis possideret per ea etiam quæ supra proximè dixi in quæstione an per clausulam constitutam, vel actum fictum transeat detentatio.

93 Dubium tamen esset in hoc satis singulare & subtile, si talis res sit vendita primo emptori sub conditione, & sub ea fiat constitutum, & pendente conditione sit vendita secundo, & ei tradita sit possessio verè & realiter, & postea purificetur conditio, an præferatur primus ratione constituti? Et videtur quòd sic: Primò, quia purificata conditione habetur contractus pro puro, ac si à principio purè esset celebratus: textus est notabilis *in lege finali, §. Titius versiculo, sed si extiterit conditio, dua pura sunt, ff. de vulgar. & pupil.* & ibi notat Glossa ordinaria Ang. Imol. & communiter, Moderni. Secundò facit, quia in contractibus, conditio & omnis virtus & effectus eius retrotrahitur ad tempus contractus celebrati textus est not. *in lege potior, versicul. videamus, ff. qui potior in pign. haben.* vbi disponitur quòd hypotheca conditionalis ratione primi contractus postquam

conditio sit purificata, præferatur hypothecæ puræ, quæ fuit medio tempore contracta purè & simpliciter. Et ad hoc notat Bartolus, & communiter Doctores, textus *in lege necessaria, §. quod si pendente, Digest. de peric. & commod. rei vendita, textus in lege sub conditione, ff. de solut. textus in lege qua legata cum l. sequenti, ff. de reg. iur.* quod tamen intellige in conditione caluali, secus in potestatiua, vt probat & dicunt prædicta iura & communiter Doctores & tradit plenè & magistraliter Bartolus, vbi vide rationem *in repetitione l. si is qui pro emptore, ff. de usucap. 14. columna, numero 46.* & super eo latè repetentes. Tertio in specie istam conclusionem videtur apertè tenere Oldradus, *in consilio suis, consil. 139. 2. columna, numero 1. versiculo tertium erit, vbi dicit quòd quando contractus est conditionalis, & in eo apponitur clausula constituti purificata conditione, retrotrahitur ipse principalis contractus, & per consequens clausula constituti in eo apposita, & virtus & effectus eius.* Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam: imò quòd secundus, cui verè & realiter fuit medio tempore res vendita & tradita, purè præferatur, & eadem ratione præferatur si ei fuisset tradita possessio purè per actum fictum: & hoc tali potissimo fundamento: quia ad hoc vt fictio translatina habeat locum, & per consequens ad hoc vt actus conditionalis retrotrahatur, requiritur habilitas in vtroque extremo, scilicet ad quòd, hoc est, in tempore quo actus fuit celebratus, & à quo, hoc est in tempore quo verificatur & purificatur conditio: ita probat textus singularis *in lege bonorum Digestis rem rata habere. textus in lege necessario, §. quod si pendente versiculo sanè si pendente conditione, Digestis de periculo, & commodis rei, vendita.* vbi si conditio extiterit re iam perempta, non retrotrahitur quia deficit extremum à quo: textus valdè notab. *in lege quoties, ff. de nouat. in princip. versicul. & ideò si fortè, & in fine, in versiculo & ideò si fortè persona.* per quem textum notat Bartolus in fine, quòd licet conditio retrotrahatur ad tempus contractus, tamen hoc debet intelligi, si tempore existentis conditionis reperiretur extremum habile: secus si reperiat inabile ex parte rei vel ex parte personæ: & dicit esse perpetuò menti tenendum: & ibi tenet etiam Imola Paulus & communiter Doctores facit etiam textus *in lege eum qui ita §. final. ff. de verborum obligatione,* quam etiam doctrinam ponit magistraliter Bartolus *in dicta lege si is qui pro emptore, ff. de usucap. tertia columna opposit. numero primo.* & ibi communiter repetentes. Sed illo tempore existentis conditionis venditor iam non possidebat rem, quòd est principale requisitum in nostra materia clausulæ constituti, vt supra latè conclusum est, sed possidet secundus cui res fuit tradita, ergo est impossibile quòd verificata conditione retrotrahatur clausula constituti, virtus, vel effectus eius, cum extremum à quo, sit inabile: & ista est viua & concludens ratio, & secundum hoc non obstant fundamenta contraria, quia debent intelligi quando extrema sunt habilia: non obstat etiam quòd tenet Oldradus *in dicta consil.* quia respondeo quòd ipse loquitur in casu, quò medio tempore non fuit alteri vendita res, sed remansit res semper apud venditorem, vnde extrema reperuntur habilia: istam meam conclus. reperi postea quòd tenet Philippus Decius *in regula,*

regula, contractus, de regul. iuris in 6. numero 17.6. limitatione licet sic non declaret. Aduertendum tamen quod hoc nouiter intelligerem quando prima venditio & contractus fuit conditionalis & similiter clausula constituti in eo posita, secus tamen crederem si venditio ipsa fuit conditionalis: tamen clausula constituti fuit pura & de presenti, quia tunc transferetur possessio, & per consequens dominium in primum emptorem, & ipse debet praferri: quia considero quod si fiat traditio ex contractu conditionali, statim transfertur dominium textus est singularis in lege sub conditione in fine, ff. de solut. quem ad hoc notat in Glossa ordinaria Bartolus, Angelus, Imola Paulus, & communiter Doctores textus in lege dotis fructus, versical. quid ergo si ante matrimonium cum lege sequenti, Digestis de iure dotium, ibi notat. Baldus, Salicetus, & alij Doctores: tenet etiam & commendat Aretinus in lege qui absentis, §. 1. Digest. de acquirend. possessione, quarto notab. Baldus in l. contractus, Codice de fide instrument. num. ro 15. Socinus qui notab. loquitur in lege si ante nuptias, ff. soluto. matrim. Neque obstat si subtiliter dicas, quod traditio non potest causare dominium nisi praecedat titulus habilis, ut in lege nunquam nuda, ff. de acquir. rerum domin. quia debet intelligi, quando nullus titulus vel causa interuenit de presenti nec de futuro in spe: secus tamen si interueniat causa vel titulus habilis saltem in spe, ut in nostro casu: quia tunc transfertur dominium, ut in dictis iuribus: & ita tenet & respondet Bartolus, in dicta lege sub conditione 2. columna, num. 9. & ibi communiter Doctores: nec ego distinguo, an talis traditio sit naturalis vel ficta: quia utroque casu procedit praedicta conclus. cum interueniat legitima & habilis causa saltem in spe, argumento Glossae nouae & ibi communis opinio in leg. 2. Codice de dote cauta non num. vbi ex donatione inualida, quae habet spem confirmationis, transit possessio etiam per actum fictum, ut latius dixi, in l. 17. supra his ll. Tauri.

Item adde, quod in dubio videtur quod sit tradita possessio pure & non conditionaliter, licet contractus fuerit conditionalis, nisi expressè fiat traditio sub conditione: ita probat textus notabilis in lege dotis fructus cum l. sequenti, ff. de iure dotium, & ibi notant Doctores.

94 Præterea iuxta praedicta quaero, certum est quod si emphyteuta vendit rem emphyteuticam sine consensu domini & non tradidit, non cadit à iure suo: quia licet de iure prohibeatur vendere sub pœna commissi, ut in lege finali, Codice de iure emphyt. in princip. ibi, *minimè licere emphyteuta sine consensu domini meliorationes suas alius vendere*: & in capite potuit de locato, tamen vendere, debet intelligi cum effectu consummato, ut inducat alienationem quae fieri dicitur secuta traditione, argumento, textus in lege prima, §. hac autem verba, ff. quod quisque iuris, ibi, *nam statuerit verbum rem perfectam significat, & consummatam iniuriam, non coeptam*, textus in lege penultima, §. docere, ff. ne quis eum qui in ius vocan. est vi. exim. l. 3. §. hac verb. el 2. ff. de neg. gest. textus in l. 1. §. hac verba, ff. ne vis fiat ei, textus in lege nomen filiarum versic. fin. ff. de verb. sign. textus in capite relatum de cleric. non resid. textus in capite hac autem verba, de pœnitentia distinctione 1.

Item etiam in dispositione legali sensus habet

attendi potius quam verba, textus est in l. 2. Cod. commun. de legat. textus in l. 1. Codice de dedititia libertat. textus l. final. Codice quae res in pign. oblig. possint. textus in l. 3. §. conditio, ff. de adimen. legat. sed ratio praedictorum iurium est, ne talis res alienetur vel transferatur in alium sine voluntate directi domini, sed alienatum, non dicitur nisi iam secuta traditione, ut in l. alienatum, ff. de verbor. significat. cuius verba sunt: *Alienatum non proprie dicitur quod adhuc in dominio venditoris manet, venditum tamen rectè dicitur*: textus in l. alienationis verbum, eodem titulo, textus in l. si socius, ff. si cert. petat. textus in l. nemo la 2. ff. pro socio, ergo per solum titulum venditionis non incidit in pœnam. Secundò pro ista parte & conclusione facit, quia venditio non dicitur vltimate perfecta respectu translationis domini, nisi sequuta traditione, ut in l. traditionibus, Codice de pactis & in l. quoties, Codice de rei vendic. & in §. per traditionem, & in §. vendita Institut. de rerum diuis. cum siml. Tertiò pro ista sententia & conclusione facit textus valde notab. iuncta Gloss. in l. prima, §. si rem depositam, ff. depositi, vbi ille qui vendit rem depositam & tradit, tenetur tanquam dolosus depositarius, & incidit in pœnam: secus si non tradit: & ibi notat & commendat Bartolus, Baldus, Salicetus, Fulgosius, Paulus, & communiter Doctores.

Quartò facit, quia licet per alienationem feudi, Vasallus priuetur feudo, tamen debet intelligi sequuta traditione: ita probat textus not. in capite primo, §. calidis de prohib. feudi alienatione per Federic. & ibi notat Bald. Andreas de Isernia & commun. Fendistae textus in capite primo, de prohiben. feud. alienan. per Lothar. & ibi expressè notat & commendat Andreas de Isernia *tertia columna numero sexto*, textus in capite primo, §. si ex eadem lege & §. similiter de lege Conradi, textus in capite primo de Vasallo qui contra constit. Lothar. de alien. textus in capitulo primo quid iuris si post alien. feud. Vasall. illud recup. & ibi notat Andreas de Isern. & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Specul. in titulo de emphyteusi, §. nunc aliqua 95. questione num. 118. Alber. in lege finali, Codice de iure emphyt. final. columna, in finalibus verbis, Salicetus, ibi, final. columna, numero vigesimoprimo. Anton. de Butr. in capite potuit de locat. secunda columna, numero decimo, & ibi Card. 4. columna 16. questione, Baldus, in capite primo, §. aut si libellario secunda columna, numero 4. quibus modis feud. amitt. idem Baldus, in capite primo, §. denique final. columna, in princip. qua sit prima causa beneficij, & ibi Aluarotus, fin. columna, numero 32. Alber. in lege si filiusfam. §. cum fundum 1. columna, propè finem, ff. de verbor. obligat. & ibi alij Doctores tenet etiam Iason vbi dicit hanc esse communem opinionem in dicta lege finali, Codice de iure emphyt. 39. columna, numero 132. 19. quest.

95 Quaero igitur, si tradidit fictè per clausulam constituti, vel alium actum fictum, si incidat in pœnam & cadat à iure suo? Et videtur quod sic: quia non potest negari nisi quod alienauit, & licet actus sit fictus, tamen ex eo transfertur dominium & vera possessio, per supra dicta: & in terminis istam sententiam & conclusionem tenet Paul. de Castr. in lege 1. §. si rem depositam, ff. depositi. Anton. Butricar. in consiliis suis consil. 34. Iason in dicta lege fin. Cod. de iure emphyt. 40. columna. 132. Iacob. de Sanct. Georg. qui firmè commendat

mendat in practica, in tract. de feudis, in parte, & cum pacto, de non alienando 2. columna, num. 5. versic. ex hoc infertur ad questionem quotidianam, & istam conclusionem videtur aperte tenere Baldus, qui non allegatur, in l. 2. Codice de fideicommissis 1. columna, in fin. penultima, quest. vbi dicit quod ille dicitur alienare qui corporaliter vel æquipollenter tradit. Ferdinandus de Loazes in repetitione lege filiusfam. §. diui, ff. de legatis primo 43. columna, numero 55. versiculo, unum tamen est notandum, ego tamen teneo contrarium, imò quod non incidat in pœnam commissi per contractum alienationis, etiam si in eo interueniat clausula constituti vel alius actus fictus, sed requiritur vera & actualis traditio ad hoc vt incidat in pœnam, per textum notabilem in capite 1. post princip. de prohiben. feud. alien. per Lothar. ibi, omnibus beneficiis suis in vsibus feud. vbi aperte vult quod ad hoc vt quis per alienationem incidat in pœnam debet à se naturaliter rem abdicare textus in capite 1. §. calidis, & ibi, & in alios transferunt, de prohib. feud. alien. per Federic. & in expresso ponderando per prædicta iura istam conclusionem tenet Aluarotus, in capite 1. 2. columna, numero 3. versiculo, quid iuris si post alienationem feudi vassallus illud recuperauerit, & ex his infero notab. in materia Maioratus, quod prohibitus alienare sub pœna non incidit in pœnam, licet alienet, si non tradat: in expresso reperio, quod ita tenet Paulus, in lege peto, §. fratre de leg. at. 2. in princip. Confirmatur quia possessio vel detentatio, per quam acquiritur dominium & inducitur alienatio primordialiter & originaliter descendit & causatur ab illa apprehensione vera actuali & naturali, vt in lege 1. ff. de acquirenda possessione, licet postea de iure civili positio extendatur ad actus fictos de quibus supra: ergo, ad hoc vt per alienationem quis incurrat in pœnam merito debet intelligi facta traditione per actum verum, quia in delictis & materia pœnali semper fit restrictio, & non extensio: argumento textus in lege interpretatione, Digestis, de pœnis. Item etiam confirmatur, quia grauatus alteri post mortem restituere semper intelligitur de naturali non civili, vt dixi in lege 40. supra cod. final. quest.

96 Postea circa nostram materiam subtiliter & necessario quæro, an incertitudo vitiet acquisitionem possessionis? Et certè iste articulus est valde subtilis & difficilis, nec benè reperitur à Doctoribus declaratus: vnde eum intendo notabiliter ultra omnes declarare: in quo articulo resolutiue facio sequentes conclus. Prima conclus. quod res vel pars incerta ratione loci & ratione quotæ non potest possideri: textus est expressus in lege 3. §. incertum, ff. de acquirenda possessione, cuius verba sunt: *Incertam partem rei nemo potest possidere, vel uti, si hac mente sis, vt quidquid Titius possidet tu quoque velis possidere*: & exemplum proprium & clarum potest esse si Titius vendidit mihi quidquid possidet, vel habet in tali villa, oppido, vel termino, & est incertum in quo loco, & in quibus fundis: & pro qua parte possideat, tunc impeditur acquisitio possessionis: quia est omnimoda incertitudo: & in istis terminis procedit & debet intelligi ille textus, quem sic declarat Iason melius quàm alius ibi, secunda columna propè medium, Vincentius, ibi in princip. & est de mente omnium similibium, textus est in lege locus in fin. eodem titulo, textus in lege si furt. §. finali, de vsucapion.

& ratio potest esse, licet à Doctoribus non dicatur, quia tali casu videtur deficere animus & voluntas determinata possidendi propter incertitudinem. Ex quo aperte deducitur, quod si esset certitudo respectu loci & quotæ, tunc bene posset quæri: textus est in l. locus versic. o primo, eodem titulo, cuius verba sunt: *Et certa pars pro indiuiso qua introducitur vel ex emptione, vel donatione, vel qualibet alia causa, &c.* & istud quotidie potest contingere in aliquo hærede vel socio qui habet rem communem cum alio, & vult vendere vel alienare suam partem quam habet pro indiuiso: nam poterit transferre possessionem per actum verum vel per actum fictum: & idem est, quando hæres pro parte quotatiua vult apprehendere possessionem per actum verum, vel agere interdicto, vel remedio possessorio, quia potest argumento textus in l. cum hæredes, ff. de acquirenda possessione, & in lege 1. quorum bonorum & in l. fin. Codice de edict. diui Adriani tollen. Secunda conclusio quando res est certa respectu quotæ, sed incerta respectu loci: puta si quis vendat, donet, vet alienet tertiam, quartam, vel quintam partem pro indiuiso eius quod habet in tali villa, oppido, vel termino, vel in vno fundo non determinato ex pluribus quos ostendit vel demonstrat, vitiatu acquisitio possessionis: ita etiam probant iura superiora, & ratio superius assignata.

Tertia conclusio. Res vel pars certa ratione loci, sed incerta ratione quotæ benè potest possideri, vt puta quis dicat vendo, dono, vel alieno tibi quidquid habeo in hoc fundo certo, præsentis, & demonstrato, an ex eo quod fundus est certus tu acquiris possessionem partis quam me habere appareat? & in expresso ita tenet Bartolus, in dicto, §. incertam in princip. in solut. 1. opposit. & probat Glossa notab. in l. emptor. ff. de vsucapion. pro empt. quam citat Bartolus, in dicto §. incertam, & tenet ibi Cuman. licet eius litera sit corrupta. Alexander secunda columna, post principium Iason secunda columna, in medio, versiculo similiter e contra, & transeunt communiter Doctores cuius ratio potest esse ultra Doctores: quia ultra actum corporeum ibi videtur interuenire animus & voluntas possidendi: quia acquirens videtur velle possidere totum vel partem, & illud quod differt secundum plus & minus, non dicitur differre in substantia, vt in lege finali, ff. de fundo instructo, & ibi Bartolus, & Doctores textus in lege si is cui, ff. quemadmodum serui, amitt. sed ego teneo contrarium, imò quod hoc casu vitietur acquisitio possessionis propter incertitudinem. Primò per text. cum ratione in dicto, §. incertam. Secundò per text. expressum in dicta lege si fur. §. finali, versiculo final. Digest. de vsucapion. vbi aperte loquitur in eo qui vult quærire possessionem in fundo certo & determinato, tamen si est incertitudo respectu quotæ vitiatu acquisitio possessionis, cuius verba sunt: *Incertam partem possidere nemo potest, ideoque si plures sint in fundo qui ignorent quotam quisque partem possideat, neminem eorum mera subtilitate possidere Labeo scribit.* Tertio per textum formalem in dicta lege locus versiculo, cuius verba sunt: *Incerta autem pars neque tradi, neque vsucapi potest, veluti si ita tibi tradam, quidquid mei iuris in eo fundo est,* & istam meam sententiam & conclusionem tenet Aretin. qui in hoc articulo subtiliter & melius quàm alius loquitur in dicta lege locus 2. notabili. Alexander, prima col.

*columna in final. versiculo tertio; &c. Vincen-
tius in princip. & ibi Romanus, licet po-
stea in fine relinquat cogitandum neque ob-
stat textus in dicta lege locus in principio.* quia
intelligitur quando quis vult possidere certam
& determinatam particulam, vel locum alicui-
us fundi certi & determinati. Quarta con-
clus. quando res est incerta ratione loci, &
ratione quotæ respectu acquirentis, sed bene est
certa respectu tradentis, bene potest quæri pos-
sessio: vt si quis sciat quid & quantum possideat
in tali villa, oppido, vel termino: & vendit, do-
nat, alienat, & tradit quidquid ibi habet, tunc
licet accipiens ignoret locum & quotam rei vel
rerum, acquirit possessionem: cuius ratio est,
quia isto casu datur certitudo etiam in acqui-
rente per relationem ad alium scilicet ad tra-
dentem: argumento *lege certum, Digestis si cer-
tum petat. textus in lege asse toto, Digestis de
heredit. institut. textus in lege institutio talis, Di-
gestis de condit. institut. textus in lege ait præ-
tor, §. si index de re iudic. textus in lege si ita
scripsero de condit. & demonstrat. textus in lege
si quis extraneus, §. fin. ff. de acquirenda here-
ditate & in expresso istam conclus. tenet Glossa
ordinaria licet non ita bene fundet, in dicta le-
ge tertia, §. incertam, ff. de acquirenda possessio-
ne, in princip. in quantum requirit quod vter-
que scilicet tradens & accipiens sit incertus: &
ibi ante alios tenet clarius & expressius Imol.
in princip. Aretinus in princip. Alexand. in prin-
cip. numero 2. Iason. 3. column. in princip. versicul.
secundum quod vult ista Gloss. Vincent. 2. co-
lumn. numero 4. & est communis opinio, sed
certè in hoc subtili passu ego teneo contrariam
sententiam. Imò quod nullo modo possit quæ-
ri possessio, quia intentio text. & iurium supra
dictorum est requirere certitudinem in ipso ac-
quirente: vnde si ipse sit incertus ratione loci &
quotæ, impeditur acquisitio, licet tradens esset
certus: pro qua mea conclusione. Primò con-
sidero textum in dicta lege 3. §. incertam, in
quantum præsupponit quod Titius tradens pos-
sidebat, ergo ipse erat certus: & tamen dicit
textus quod si accipiens sit incertus non quærit
possessionem: ergo aperte probat quod certitu-
do formaliter requiritur ex parte acquirentis.
Secundò pro hac sententia facit textus expres-
sus in dicta lege locus, versicul. final. vbi aperte
probat quod incertitudo ex parte acquirentis
vitiat possessionem, licet tradens fuerit certus.
Tertiò & finaliter considero viam rationem, quia
actus, animus, vel qualitas in quærenda posses-
sione semper requiritur in ipso acquirente, non
verò in ipso tradente, vt probant aperte iura
quæ supra suo loco adducta sunt: ergo certitu-
do quæ per ista iura requiritur debet interuenire
in ipso acquirente, non in alio, & in expresso
istam meam sententiam contra communem tenet
subtiliter Socinus in dicto §. incertam, 2. column.
versicul. ex quibus infertur, nec obstat ratio supe-
rior in qua se fundabant prædicti Doctores, dicen-
tes quod acquirens efficitur certus per relationem
ad alium: quia illud ego intelligo quando acqui-
rens voluisset possidere mediante ipso tradente
virtute constituti: argumento, *dicta legis quod meo
cum materia*, vel per retentionem vsusfructus,
vel mediante procuratore, vel filio, &c. qua,
tunc non deberet attendi sua incertitudo: secus
verò est in nostro casu, quando vult quære*

possessionem per se, quia tunc eius incertitudo
vitiaret: quia in eius persona deficiat animus &
voluntas determinata possidendi. Ex quo inferas
quod isto casu facilius quæritur possessio per
actum fictum, & sic per clausulam constituti vel
retentionis vsusfructus quam per actum verum,
attenta prædicta ratione: quæ ratio similiter ces-
sat in aliis actibus fictis, & ideo per eos non possit
quæri possessio, data incertitudine ex parte acqui-
rentis.

Item etiam dubium est in nostra materia, an 97
possessio possit quæri ex pluribus causis? In quo
articulo resolutiue procedo per veras conclus.
Prima conclus. possessio bene potest haberi ex
pluribus causis & titulis: textus est formalis &
expressus in lege 3. §. ex pluribus, ff. de acquirenda
possessione cuius verba sunt, *ex pluribus cau-
sis possidere eandem rem possumus*, & ibi no-
tat Bartolus & communiter. Doctores cuius ra-
tio subtilis est, quia possessio non est ius rei ple-
num nec consummatum, sed omnes causæ
& tituli & ipsa possessio tendunt ad effectum
acquisitionis dominiij, & interest nostra ex plu-
ribus causis ipsam acquirere possessionem &
istam rationem ponit ibi Alber. *tertia column.
in fin. Angel. de Perus. 1. column. in fin.* quod in-
tellige vt procedat & habeat locum, tam in na-
turali quam in ciuili vel vtraque possessione:
ita Bartol. ibi 2. column. 1. & 2. quæst. & ibi
concludunt Doctores, quam conclusionem sin-
gulariter extende vt procedat, modò plures cau-
sæ vel tituli concurrant à principio ante acqui-
sitam realiter possessionem. Et tempore ipsius ac-
quisitionis, vt si quis deberet mihi eandem
rem ex pluribus causis & titulis etiam diuersi
generis & naturæ, vt in lege non est onum, ff.
de action. emptio. & in lege duo societatem, Di-
gest. pro socio in lege si mandauero tibi, la 2. pa-
ragrapho interdum, Digest. mandari, & nota-
tur per Doctores in lege qui his, Digest. de
verborum obligatione. modò tituli vel causæ con-
currant ex post facto, scilicet, post adeptam pos-
sessionem: vt si eam primò habui ex vna causa
vel titul. & postea acquirero ex alia: verbi gratia,
si emi rem à Titio & accepi possessionem, &
cùm non esset dominus postea emi ab alio simi-
liter non domino, vel quolibet alio titul. lucra-
tium vel oneroso habui rem à pluribus non do-
minis, certè possideo ex vtroque titulo & cau-
sa: & idem est si defunctus habuit rem à Titio ti-
tulo particulari, & ego postea successi ex testa-
mento vel ab intestato huic defuncto: nam pos-
sideo ex illo primæuo titulo particulari, & simi-
liter ex secundo titulo vniuersali pro heredem: ita
expressè probat textus in dicto §. ex pluribus,
quod tamen intellige quando post acquisitam pos-
sessionem ex vna causa superuenit altera ante do-
minium quæsitum ex prima: quia tunc vtraque
causa & titulus valet, & ex vtraque causa &
titulo possum possidere, secus tamen esset si ex
primo titulo & causa, & ex prima acquisitio-
ne possessionis esset mihi plene quæsitum do-
minium, vt quia tradens esset dominus & po-
stea superueniat mihi titulus vel causa ab eo-
dem vel ab alio tertio, tunc non possideo ex
ista secunda causa vel titulo, quia censetur
ipso iure nulla & inutilis: & idem est si habui
rem à non domino & mihi fuit facta traditio,
& acquisiui dominium mediante vsucapione
vel præscriptione, & postea superuenit mihi
titulus

titulus ab eodem vel ab alio, tunc etiam non possideo ex tali causa secunda vel titulo quia reputatur inutilis: idem etiam est si ex prima causa vel titulo habui rem à non domino, & postea ex secunda causa vel titulo habui eandem rem à verò domino, iam desino habere possessionem ex prima causa, & tantum habeo ex 2. tanquam plena & perfecta; quia his casibus videtur cessare ratio per quam potest haberi possessio ex pluribus causis: & aperte ista omnia videtur probare textus in dicto, §. ex pluribus, in exemplis suis, si rectè inspiciatur: & magis in expresso istam conclusionem & declarationem probat textus in lege cum res, Codice de contrahen. empt. vbi dicit textus quòd si habui rem & dominium eius ex titulo donationis ab aliquo, & postea eandem rem emi ab hærede, quòd etiam respectu possessionis ille titulus secundus est nullus, & per eum nihil videor acquirere, cum rei propriæ non teneat emptio, ut in lege res, ff. de contrahen. emptio. cum similibus, & in expresso ita declarat Bartolus, in dicto, §. ex pluribus 1. columna, & 1. oppos. singularit. & melius quàm alius Paul. de Castr. 1. columna, post principium, & secunda columna in medio, Imola, secunda columna in medio, Roman. 1. columna prope finem versiculo, & ratio quare. Cuman. Alexander, 2. columna numero quarto, idem 2. columna, Alexander notab. penultimo, numero columna 20. Iason 3. columna, numero 9. Et si quæras quis effectus resultet quòd possideat quis ex pluribus causis vel non: dico quòd effectus est quo ad præscriptionem & usucapionem: quia si possidet ex pluribus causis vel titulis, & superueniat mala fides in vna sed non in alia, procedat præscriptio vel usucapio ex illa, ex qua habet bonam fidem: ita determinat Ioannes, de Imola, in dicto, §. ex pluribus in principio, Alexander, 5. columna, numero duodecimo Iason 3. columna, numero 11. Secundus effectus potest esse in remedio Publicianæ, quia competeret ex vtraque causa & titulo vnde sententia definitiua lata in vno iudicio non pateret exceptionem rei iudicatæ in alio. Tertius effectus, quia pro tali possessione quæsitæ ex vtraque causa & titulo competerent remedia possessoria: vnde si lapsu temporis vel alio quouis casu possessor sit exclusus à remedio possessorio ratione vnius possessionis, non excluditur ab alio remedio ratione alterius possessionis, nec obstat si subtiliter dicas quòd ex inutili causa & contractu transit possessio cum in eius acquisitione requiratur causa, ut in lege 1. §. si viri uxori, ff. de acquirenda possessione, & supra latè dictum est: quia subtiliter respondeo quòd ex inutili causa & contractu non acquirō possessionem, quando illam non habeam ex alia causa vel contractu utili & valido: secus tamen est si illam semel habeam ex causa vel contractu valido & perfecto: quia tunc non possum eam iterum reacquirere ex alia inutili causa vel contractu: & istam subtilem & nouam solutionem ponit Alex. in d. §. ex pluribus pen. col. n. 2.

98 Dominium vero nullo modo potest quæri ex pluribus causis: textus est in dicto, §. ex pluribus, in fine, ibi, nec enim sicut dominium non potest nisi ex vna causa contingere, &c. & ad hoc notat ibi Bartol. & communiter Doctores textus in lege non ut ex pluribus, ff. de regul. iur. textus in leg. 2. Codice de vindict. libertate. textus in lege sequitur, §. laxa, ff. de usucap. textus in lege 2. Codice in quibus causis cessat longi tempor. præscript. textus in lege & an eandem §.

actiones in fin. ff. de except. rei iudic. & ratio vera & mentalis est, quia dominium vel ius perfectè & consummate iam quæsitum non potest perfectionem vel aliquod incrementum recipere, nec potest multiplicari: vnde eodem modo non possunt multiplicari causæ vel tituli, quia cum sint ordinariæ ad acquisitionem dominij, hoc effectum iam sequuto ex vna causa alia esset inutilis, cum ars & natura nihil operentur frustra, ut in lege quibus de verbor. obligat. in lege hac stipulatio, §. diuus, ff. ut legat. notat. capite in lege non cogendam, §. fin. de procur. in lege si is à quo §. 1. ut in possess. legat. & istam rationem ponit Rainer. in dicto §. ex pluribus in fin. numero 5. & ibi Albert. 3. column. in fine, Angel. de Perus. 1. column. Paul. penultima columna in fin. Imol. 2. column. in medio, Aret. 4. column. in medio, Alexandr. 5. column. numero 12. Iason. 4. column. numero 14. Vincent. sexta columna numero 13. & satis est de mente Bartol. in finalibus verbis, eandem etiam rationem ponit subtiliter Baldus in dicta lege 2. Codice de vindic. libert. vbi generaliter dicit quòd omnis actus de sui natura vltimate perfectus non potest recipere perfectionem vel reiterationem, idem dicit Baldus in lege precibus, Codice de impub. & aliis 3. column. numero 11. vbi dicit quòd actus semel perfectus non potest recipere nouam formam dispositiuam. Confirmatur etiam ex sententia Aristot. 2. Ethicorum: dicentis, quòd perfectum est cui nihil addi vel auferri potest. & eiusdem 5. Metaphysica, dicentis, perfectum est quòd consequutum est suum finem, & nullam aliam requirit perfectionem, & eiusdem 1. de Cælo, dicentis, perfectum est quòd complementum & finem habet eorum qua illi pertinent, & nihil aliud poscit: & quòd dominium sit ius plenissimum rei, probat textus melior de iure in lege final. Codice de iure domin. imper. versicul. fin autem biennium, ibi, plenissimè habeat rem creditor. & ad hoc notat & considerat Bald. ibi 2. columna & illum textum ad hoc reputat singul. & vnicum Ioann. Igneus in lege 1. §. seruus 3. columna 4. ff. ad Syllan. simil. textus est in lege vna, Codice de nudo iure Quiritum in fine, quem ibi notat Baldus & dicit rarò alibi reperiri: quòd verò sit plenum ius, est textus in lege generaliter, §. sub conditione, ff. qui & à quibus, textus in lege mater, Codice ad Tertullian. textus in lege femina, §. illud de secundis nuptiis, textus in lege si ita stipulatus fuero, §. Titius in fin. ff. de verborum obligatione. Confirmatur etiam, quia ille qui est dominus non potest suam rem stipulari, dari sed tradi: textus est in lege si rem tradi, ff. de verborum obligat. textus in lege scire debemus, §. final. eodem titulo textus in lege nemo, rem suam, la primera, & in lege nemo rem suam, la segunda, eodem titulo, textus in l. vbi autem non apparet, §. fin. eod. rit. text. in §. sic itaque Inst. de act. cum materia, & eodem modo non potest quis emere suam rem: text. in l. sua rei, ff. de contr. empt. nisi ratione alicuius iuris sibi deficientis, ut usufructus, possessionis vel alterius iuris, textus in lege si emptio- ne §. rei sua eodem titulo, textus notab. in lege cum res Cod. eodem titulo, & vtrouque Doctores, & idem est in legato vel titulo vltimæ voluntatis, quia legatum rei propriæ mihi factum non valet: text. in l. proprij, C. de legatis, & ibi communiter Doct. cuius ratio est quia sicut dominium postquam semel acquisitum est non potest multiplicari, ita nec tituli qui ordinantur ad eius acquisitionem, ut supradictum est.

Advertendum tamen quòd ista regula & conclusio debet intelligi quando plures causæ vel tituli concurrunt post dominium semel quæsitum: secus verò si concurrunt vno & eodem tempore, & si ante dominium: vt si debitor tradat rem creditori suo quam debebat ex pluribus causis: nam transit dominium ex omnibus causis & titulis: ita probat casus & ibi communis opinio *in leg. in numerationibus, ff. de solut. text. in l. cum quis, §. de pecul. eodem titul. textus in l. si creditori, vers. Marcellus, ff. de legatis 1. & in expresso ita tenet Gloss. in dicto §. ex pluribus, in gloss. final. in 4. oppos. & Bartol. ibi 2. columna 4. oppos. Rainer. 1. colum. num. 1. Angel. 1. col. in medio. Paulus de Castro notat 2. colum. in fin. Roman. 1. colum. & communiter moderni. Secundò intellige & limita, quando ista causa non haberet originem vetustiore, secus si haberet: quia tunc potius acquiro ex vetustiori, vt si esset mihi res legata sub conditione, qua pendente hæres vendidit vel donauit mihi eam & tradit, vel hæredem instituat, nam licet ex ista noua causa & titulo sim factus dominus, tamen si postea existat conditio primi tituli, & sic legati, statim desino habere dominium ex illa noua causa, & incipio habere ex prima causa & titulo text. est qui sic debet intelligi *in leg. fundo legato, ff. ad l. fal. per quam ita tenet ibi Bart. Paulus, Imol. Alexand. & communiter Doctores & tenet etiam Bartol. in dicto paragrapho ex pluribus, 2. colum. 5. oppos. Paulus de Castr. penult. colum. in princ. communiter alij Doctores. Confirmatur quia quando in vna & eadem persona concurrit duplex obligatio, semper præualeat illa quæ est principalior, & maioris potentia, & extinguitur alia: sed quando vtraque esset paris potentia vtraque remanet: text. est *in leg. generaliter, ff. de fideiuss. textus in leg. cum reus, eodem titul. textus in lege, si reus, ff. de duobus reis, vbi vide Doctores.***

99 Similiter est dubium subtile in nostra materia, an & quando possessio alicuius rei possit esse penes plures in solidum? In quo articulo resolutiue dico, quòd vna & eadem possessio, numero, & substantia in eadem re non potest esse penes plures in solidum, & hoc modò sit naturalis sola modò ciuiliis sola, modò vtraque tam ciuiliis quàm naturalis: text. est formalis & expressus, *in leg. 3. §. ex contrario, ff. de acquirenda possess. cuius verba sunt, ex contrario plures eandem rem in solidum possidere non possunt: contra naturam quippe est, cum aliquid ego teneam tu quoque id tenere videaris text. in l. si ut certo paragrapho, si duobus vehiculum, ff. commodati, post princ. ibi, & ait duorum quidem in solidum dominium, vel possessionem esse non posse, textus in l. duo in solidum, ff. de precario, vbi extendit hoc etiam si vtraque possessio sit iusta, vel vtraque iniusta, vel vna iusta altera iniusta: cuius verba sunt, duo in solidum precario habere non magis possunt quam duo in solidum vi possidere aut clam; nam neque iuste neque iniuste possessiones, due concurrere non possunt text. in capit. licet causam de probat. versicul. ex premissis ibi, cum duo in simul eandem rem & eodem modo in solidum possidere non possunt, cuius ratio vera & subtilis est quia fictio non potest habere locum super impossibili de natura in genere, textus est in l. qui ad certum, ff. locati text. est in l. adoptio. la 1. ff. de adoption. text. in l. lex Cornelia in fin. de vulgar. & pupil. text. in §. minorem Instit. de adopt. notatur per Gloss. & Doctores. in l. Gallus, §. si eius de liber. & posthu. & in l. 3. ff. pro socio, notatur etiam magistraliter per Bart. in l. si is qui pro emptore, ff. de usucap. 9. columna. numero 21. & ibi repetentes & in l. eandem, ff. de duob. re. 1. colum.*

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

& ibi communiter Doctores. in locis vbi supra, sed possessio ciuiliis retinetur in animo per fictionem, quia possessor iuris fictione censetur esse in re, quia ibi fingitur esse corpus vbi animus est: argumento ext. in l. nihil, ff. de cap. & post re. & argumento text. in l. habet §. placet, ff. de precar. ibi, quia non decessit animo à possessione, similiter etiam naturalis possessio quam possessor habet in aliis partibus quibus corporaliter non insitit vel naturalis possessio quam habet in tota re vel fundo, quando non est in ea, sed in conspectu, vel prope non potest dici quod retineatur naturaliter, sed per fictionem: vt subtiliter probat text. in l. 3. in princ. ff. de acquirend. possess. iuncta ratione naturali: & ibi tenet & declarat singulariter solus Socinus. 3. colum. 4. not. ergo sicut ipsamet actualis & corporalis detentatio qua quis insitit rei, non potest esse penes plures in solidum secundum naturam, ita ipsa possessio naturalis vel ciuiliis vel vtraque quæ tenetur per fictionem & representatiue tanquam si quis insitit in re, non potest esse penes plures in solidum: & in hoc se fundauit Iuriconsultus, in d. §. ex contrario in quantum dicit, contra naturam quippe est, vt cum aliquid ego teneam tu quoque id tenere videaris: & in effectu istam rationem licet non sic declaratam ponit Rainer. in dicto §. ex contrario 2. colum. num. 2. Bart. 3. colum. num. 7. expressius & clarius Alber. 1. colum. in princ. versicu. tu dic. Angel. 1. colum. num. 1. Imol. & Paul. de Castr. 1. in princ. Roman. 1. colum. in fin. Aret. 1. colum. & 1. not. qui hoc valde commendat Cumanus ibi 1. colum. in princ. Alexand. 3. columna numero 4. Socin. 1. colum. in princ. Iason. 4. columna numero 9. Vincent. notabiliter, 3. columna numero 5. Secunda ratio potest esse propter repugnantiam & incompatibilitatem euitandam circa effectus producendos: nam si vna & eadem possessio possit esse penes plures in solidum, sequeretur quod vterque eorum posset præscribere eandem rem, & effici dominus in solidum, & similiter dominus fructuum in solidum, quod est impossibile de iure: vt *in leg. si certo. §. si duobus vehiculum post princ. ff. commod. & in leg. hereditate, §. pater. Digest. de Castren. pecul. & in leg. Manius, paragrapho duobus de legat. 2. & in leg. quòd contra. §. vni. de regul. iuris. & istam rationem voluit Gloss. magna in dict. paragrapho ex contrario. prope. fin. versic. item secundum eos, & ibi Doctores.*

Iuxta prædicta tamen necessario & vtiliter quaeritur, an & quando possessiones diuersæ & realiter distinctæ possint esse penes plures personas? In quo articulo propono veram & generalem conclusionem, quòd possessiones diuersæ & realiter distinctæ bene possunt esse penes plures personas in solidum scilicet penes vnum ciuiliis, penes alium naturalis: quæ conclusio probatur & verificatur in casibus, personis, & exemplis sequentibus: nam si in fundo vel re immobili vnus habet vsumfructum, alius proprietatem: vsumfructuarius habet possessionem naturalem in ipsa re, proprietarius verò habet ciuilem: textus est *in leg. naturaliter. Digest. de acquir. possess. cuius verba sunt, naturaliter videtur possidere is qui vsumfructum habet. & ibi Glossa, & communiter Doctores, textus in leg. possessio quoque in principio eodem titul. textus in leg. cuiuscumque paragrapho si fundus Digest. de usufruct. textus in leg. fin. Digest. vti possid. iuncta Gloss. & communi intellectu text. in leg. 3. paragrapho vnde vi. & paragrapho vti frui ff. de vi & vi arma. textus in leg. vti frui. in fin. Digest. si vsumfructus peratur. textus in leg. qui vsumfructum. eo. tit. & idem est in habitatione domus;*

E c domus;

domus, quia ille cui concessum ius habitationis, possidet domum naturaliter tanquam usufructuarius eius: argumento prædictorum iurium, & argumento textus *in lege cum antiquitas. Codice de usufructu.* & in specie ita tenet Paulus de Castro, *in lege Aquilius Regulus, in princip. ff. de donat.* vbi notabiliter declarat: & idem est in usu, nam ille qui habet seruitutem usus possidet naturaliter ipsam rem in qua habet usum: ita probat textus notabilis *in fine, ff. uti possid. textus in l. 3. §. uti frui. versic. item si non usufructus sed usus. ff. de vi & vi arma.* cuius ratio est, quia usufructus est pars dominij, vt *in l. 4. ff. de usufruct.* & ad hoc vt fructuarius liberè vtatur oportet esse naturaliter in ipsa re: vnde meritò eam possidet naturaliter, proprietarius verò habet civilem possessionem ratione proprietatis dominij: & in effectum istam rationem ponit expressè Angel. *in l. 5. §. unde vi. ff. de vi & vi arm.* ex qua ratione infertur quòd secus est in aliis seruitutibus, & iuribus incorporalibus, rusticis vel urbanis, continuis vel discontinuis: quia ratione earum illi cui competunt tales seruitutes non habent aliquam possessionem naturalem in ipsa re, in qua est impositum ius seruitutis, vtraque possessio remanet penes dominium eius. Aduertendum tamen singulariter quòd talis usufructuarius & vsuarius non solum habet possessionem naturalem in ipsamet re corporali, sed etiam habet quasi possessionem civilem & naturalem in ipso iure incorporali vtendi & fruendi, quasi naturalem per actus naturales quos exercet in recolligendis fructibus, quasi civilem per retentionem illius iuris in animo: ita probat textus singularis innèta Glossa *in lege ait prator. §. 1. versicul. item ei. ff. ex quibus caus. maior.* & ibi Bartol. Alb. Iac. de Rau. & Doctores antiqui textus, *in l. 3. §. qui usus fructus, in princip. ff. de vi & vi armat.* quem ad hoc ponderat Angel. de Peru. probat etiam textus *in leg. quoties. la secunda. ff. de seruit.* & *in l. sicuti, §. Arist. in fin. ff. si seruitus vend.* vbi habetur quòd pro iure seruitutis competunt interdicta & remedia possessoria, ergo in eis datur possessio: & in expresso istam conclusionem tenet Glossa ordinaria *in l. si plures, §. deiectionum, ff. de vi & vi arm. in glos. 2. expositiua,* in quantum dicit *ab usufructu qui est quasi possessor iuris:* & ad hoc etiam reputat ibi singularem Bartol. & Angel. de Peru. sentit etiam Glos. *in l. fin. ff. uti possid. in gloss. penult. in verbo, defendat.* istam etiam conclusionem tenet Bart. qui magistraliter loquitur *in l. naturaliter, ff. de acqu. poss.* & ibi Ioan. de Imol. Paul. Aret. Socin. Alexan. & Iaso. tenet etiam Alber. *in l. 3. §. ex contrario. 1. col. in fin. eodem tit. & ibi Imol. 2. col. in princ. Roman. 2. col. post princ. Aretin. 2. column. Alexand. 6. col. n. 10. Iason. 8. col. n. 30.* licet contrarium velit ibi Bart. 2. column. istam etiam conclusionem tenet Paul. de Castr. qui notabiliter loquitur *in l. 1. eodem tit. penultim. column. versic. praterea aduerte. Aret. 10. col. num. 27. Iaso. 14. col. n. 62. Vincent. 29. col. num. 68. Ripa. 9. col. n. 34.* licet contrarium teneat ibi Bart. 4. col. n. 9. istam etiam conclusionem tenet Alber. *in l. fructus, ff. de rei vend. 4. column. post princip. idem Abb. in l. acquiritur, §. fin. in fin. ff. de acquirendo rerum dom. Cinus in l. vna, Cod. uti possid. 3. col. versic. si verò sunt res incorporales.* Alber. ibi 3. column. *in princ. Salic. 3. column. n. 11. Cinus in l. competit, Cod. de pres. 30. vel 40. anno 2. column. 4. quast. Bald. in l. nemo, Cod. de acquirenda possessione, 2. column. post medium, & Ang. ibi 2. column. n. 5. idem Bald. in l. certum, Codice de rei vendi. 1. column. num. 2. Paul. de Castr. notabiliter in l. fin. C. de longi tempor. prescr. 2. co-*

lumn. n. 6. & adde notabiliter quòd ista eadem conclusio, habet locum in omnibus aliis seruitutibus & iuribus incorporalibus: quia licet in ipsamet re corporali, in qua seruitus est imposita non datur aliqua possessio, tamen bene datur quasi possessio civilis & naturalis in illo iure seruitutis naturalis: cum quis est in exercitio eius civilis per retentionem illius iuris in animo: ita apertè concludunt Doctores in locis, vbi supra; & in specie tenet Baldus *in l. nemo, C. de acquirend. d. poss. 2. column. post medium, vers. eodem modo,* tenet etiam Bartol. *in l. 1. ff. eodem tit. 4. column. num. 12.* & ibi communiter Moderni ex qua quasi possessione causatur præscriptio in istis iuribus, & similiter causantur, & competunt interdicta & remedia possessoria: & si subtiliter dicas, si hoc ita est quare non præscribitur seruitus discontinua tempore legitimo & ordinario, sed immemoriali, vide in materia seruitutum: quia est subtilis, & notabilis passus: similiter etiam emphyteuta qui recepit rem in emphyteusim, aliqua mercede præstita: habet possessionem naturalem in illa re: dominus verò directus qui concessit habet civilem, nam si talis emphyteuta habet ius in re, & sic vtile dominium: ergo habet possessionem naturalem: ita probat text. *in l. 1. ff. si ager vectig. vel emphyt. petat.* & ibi Bart. & Doct. antiqui, & in expresso, ita tenet Glos. ordinaria *in dict. leg. 3. §. ex contrario. Glos. magna in fin.* & ibi Bartol. Imol. Paul. & communiter Doct. tenet etiam Bart. *in l. 2. C. de iure emphyt. 2. col. num. 24.* & post eum alij Doct. tenet etiam Azor. *in summa, Cod. de acquirenda, poss. 4. column. in princ.* Item etiam feudatarius qui rem in feudum à domino accepit, habet possessionem naturalem: dominus verò habet civilem: & in expresso ita tenet Glos. ordinaria licet prædicta iura non alleget, *in dict. leg. 3. §. ex contrario in glos. magna fin.* & ibi communiter Doct. tenet etiam Azor. *in summa, Cod. eod. tit. 4. column. in princ.*

Item etiam superficiarius, qui accipit superficiem alicuius domus, soli, vel fundi aliqua pensione præstita, possidet naturaliter: quia habet ius in re, dominus verò directus soli possidet civiliter argumento text. *in l. 1. §. qui superficiem, & per totum, ff. de superfic. & eorum quæ ibi not. Bartol. & antiqui text. in l. superficiario. ff. de rei vend. text. in l. in prouinciali, §. fin. ff. de oper. noui. num. text. in l. tut. §. fin. ff. de pig. act.*

Item etiam colonus vel inquilinus qui conduxit domum vel fundum ad longum tempus, puta per decem annos vel vltra, possidet naturaliter: quia videtur habere ius in re: dominus vero qui rem locauit possidet civiliter, argumento textus *in d. l. 1. ff. si ager. vect. vel emphyt. petat. & in dicta leg. 1. §. qui superficiem. & paragrafo quod autem et 1. ff. de superficibus.* & in expresso ex isto fundamento istam conclusionem tenet Glos. singularis *in leg. si ut certo. §. si duobus vehiculum. ff. commodati. in gloss. magna in medio. versicul. & idem in eo colono & cat.* Glossa. *in l. si quis ante. in verbo, nouissimè. ff. de acquirend. possess.* Azo. *in Summa. Codice eodem tit. 4. column. in princ.* Paul. de Castr. *in l. non solet. ff. locati.* Alex. de Imol. vbi valdè commendat *in dicta lege 3. §. ex contrario, supra eod. 9. column. num. 20. Iaso. ibi, 13. column. n. 48. idem Ias. in l. naturaliter supra eodem 5. column. n. 15. Alexand. in dicta l. si quis ante, supra isto tit. 4. column. num. 10. Socin. ibi 4. column.* Confirmatur etiam quia tempus perpetuum dicitur etiam per decem annos, Glos. est notabilis *in l. nam imperator, ff. de legit. & ibi Doct.* Vnum tamen est, quòd in dictis casibus prædictæ personæ habent etiam quasi possessionem civilem & naturalem in illo iure reali: argumen

argumento eorum quæ supra dicta sunt in fructuario: & in expresso ita dicit Imol. in dict. §. ex contrario, secunda col. in princ. & Iason. ibi. 1. 2. col. num. 44. Item etiam ille qui precario concessit rem alteri, possidet & retinet sibi civilem possessionem: accipiens verò acquirit & habet possessionem naturalem, & hoc in dubio ex natura contractus, nisi aliud inter eos actum sit: text. est notabilis in l. & habet, §. fin. vers. placet, ff. de precario, cuius verba sunt, placet autem penes utrumque est eum hominem qui precario datus esset penes eum qui rogasset: quia possederat corpore penes dominum, quia non decessit animo à possessione: & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doct. text. in l. 4. eod. tit. textus in l. qui precario, eod. titulo text. in dict. l. 3. paragrapho ex contrario, vers. Sabinus ff. de acquir. possess. cuius verba sunt, Sabinus tamen scribit eum qui precario dederit & possidere ipsum, & eum qui precario acceperit: & istam conclusionem tenet etiam Gloss. ordinaria in l. Pomponius, §. si is qui precario, eod. tit. & ibi communiter Doct. Gloss. in l. si quis ante eod. tit. & ibi communiter Scribentes. Dubium tamen est necessarium, quæ possit esse ratio per quam ex contractu precarij transeat possessio saltem naturalis, & ex contractu commodati, depositi, locationis, & simili nulla transeat possessio, sed utraque remaneat penes concedentem, ut in l. rei commodata, ff. commodati, text. in l. licet, vers. rei deposito, ff. depositi. textus in leg. officium, ff. de rei vend. cum simi. & dico quòd ratio potest esse, quia in precario est fortius & potentius ius in recipiente, quàm in commodato vel deposito: nam precarium fit ad usum incertum & indeterminatum, & similiter ad tempus indeterminatum, & in eo censetur maior liberalitas ex parte concedentis, & maior & amplior facultas utendi re, ut in leg. 1. & per totum, ff. de precario, & ultra hoc ratione huius incertitudinis censetur in dubio concessio perpetua donec reuocetur: argumento text. in l. iuris peritos, ff. de excus. tutor. text. iuncta Gloss. & communi opinione in l. sine praescripto, ff. de pœnis, textus in l. sufficit, ff. de condit. indebit. & ibi Bart. & Doctor. textus, in l. ambiguitatem, vers. fin. autem talis, Codice de usufruct. & argumento doctrinæ Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipsi prætori, 3. column. numero 12. ff. de noui. oper. nun. & ibi modernorum, Cini, Bald. & aliorum Doctorum in l. quisquis, Cod. si cert. petat. & modernorum in l. principalibus, ff. si cert. petat. vbi illud quod est dispositum in officiali perpetuò, censetur dispositum in officiali ad beneplacitum: quia in dubio censetur perpetuus: & omne illud quod est perpetuum censetur esse fortius & tribuit ius in re: ut in lege prima, paragrapho quòd autem ait, ff. de superfi. vnde ex precarij merito transit possessio, sed commodatum conceditur ad certum usum limitato tempore expressè vel saltem tacitè, ut voluit Gloss. ordinaria Bartol. & communiter Doctor. in leg. 1. Digestis de precar. voluit etiam magistraliter Bartol. in leg. in commodato, paragrapho sicut, ff. commodati, & ibi Doctores Bartolus, Paulus, & Modern. in lege secunda, Digestis si cert. pet. Bald. & Doct. in l. 2. Codice commodati, & in effectu istam rationem, licet non sic declaratam & confirmatam ponit Socinus dicta lege 3. paragrapho ex contrario, 2. column. numero 12. Iason. ibi. 4. column. numero 12. Vnum tamen est quod licet precarium possit liberè reuocari secundum voluntatem concedentis, quia non est limitatus in eo certus usus & tempus, tamen si concedens velit sine causa reuocare cum damno alterius & sine aliquo temporis interuallo non posset, imò obstaret ei exceptio doli: ita singulariter determinat olus Abb. in cap. fin. extra, de precariis, fin. column. numero 13. & illud dictum sequitur & valdè com-

Ant. Gomez ad leg. Tauri.

mendat Alexand. in l. si pœnam, in fine, ff. de verb. obligat. sequitur etiam & dicit fortè non alibi Iason. in §. sequens Institut. de actio. 5. column. numero 25. Item etiam possessor qui se absentauit retinet civilem possessionem in absentia & si alter sit ingressus habet & acquirit naturalem: textus est in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acq. possess. cum simi. de quo articulo latè supra dictum est. Imò quod magis est, plures possessiones naturales vel plures civiles possunt esse penes plures & diuersas personas in vna & eadem re diuerso iure & respectu: nam in fundo potest quis habere usufructum & ratione eius habere naturalem possessionem, & in eodem fundo potest alius habere usum, & ratione eius habere aliam possessionem naturalem: & eodem modo si vnus haberet usum in fundo vel re, & alius similiter haberet usum in eadem re, vterque haberet possessionem naturalem: quia hoc non est inconueniens, quia istæ possessiones sunt diuersæ & differentes numero, quia vna est respectu usufructus, alia respectu usus: & sic nulla contingit repugnantia vel impossibilitas: ita subtiliter probat text. in leg. fin. ff. vii possi. vbi habetur quòd usufructuarius & usurarius possident insolidum eandem rem naturaliter, & vtrique competit interdictum, vti possidetis, pro tuenda & conseruanda sua possessione: & per illum text. ita tenet & declarat Bartol. in d. l. 3. §. ex contrario, ff. de acq. r. possess. 4. column. n. 10. Imol. finali, columna in fin. Rom. 2. column. in princ. Alexand. duodecima columna, numero 20. de quo tamen articulo quia dubius & subtilis est, vide omninò ibi modernos.

Sed quia supra plenè & magistraliter visum est 101. qualiter possessio acquiratur, nunc oportet videre qualiter possessio quæsitam amittatur & perdat? In quo articulo procedo per veras & notabiles conclusiones quas plenè & notabiliter intendo tractare & verificare. Prima conclusio. Vtraque possessio tam civilis quam naturalis iam quæsitam in re immobili, semper retinetur quandiu possessio est in ipsa re vel in conspectu rei, vel prope ipsam rem taliter quòd faciliter potest ingredi, licet non sit in eius conspectu: quod probatur sic. Facilius iura nostra conseruamus quàm acquiramus de nouo: textus est in lege prima, paragrapho quòd autem ait prætor. ibi, nam cui damus, ff. de superficiebus, textus in lege inuitus, vers. 1. ff. de regul. iur. textus in lege tertia, paragrapho bonorum. ibi, retinendique ff. de bonorum possessione textus in lege Papinianus, paragrapho si filius, ff. de inoffic. testam. textus in lege patre furioso, versiculo nam furiosus, Digestis de his qui sunt sui vel alien. iur. vbi habetur quòd licet furiosus non possit contrahere matrimonium, tamen bene potest illud retinere & conseruare, textus in lege si is qui animo, ff. de acquirenda possessione, textus in lege communis seruus, paragrapho procurator. eodem titulo textus in lege arboribus versiculo quid tamen, Digestis de usufruct. vbi habetur quòd quando sine mandato quis quærit possessionem nomine alterius, nulla quæritur sibi possessio ante ratihabitionem, tamen secus est quando quis iam habet possessionem quæsitam, & alius nomine eius habeat, teneat, vel utatur re: quia etiam ante ratihabitionem conseruatur sibi possessio: & per illum textum ita tenet Aret. Socin. & Iason. in l. generaliter, ff. de acquirend. possess. textus notabilis in l. iudex datus, ff. de iudic. iuncta l. cum prætor, eod. titulo. vbi habetur quòd licet furiosus non possit de nouo creari iudex, tamen bene potest conseruare iurisdictionem semel acquisitam ante furorem, licet non possit eam exercere: textus in lege, qui furere capit. Digestis de statu homin. textus in lege prima

paragrapho origo, vers. quamuis, ff. de postulando, sed possessio naturalis acquiritur per ingressum rei, & sic per illum actum naturalem, vt in lege prima, & in lege tertia; & in lege quemadmodum, ff. de acquirend. posses. & in lege nemo, Codice eodem. Item possessio naturalis quæritur per aspectum rei, dato quod acquirens in ea non intret vel ingrediatur, vt in dicta lege prima, paragrapho si iusserim, & in dicta lege, quod in eo, §. si venditorem, cum similibus. Item possessio naturalis quæritur per actum gestum prope ipsam rem, licet non fiat in conspectu rei, putà per traditionem clauium, vt in lege clauib. de contr. emp. ergo à fortiori vtraque possessio iam quæsitæ & producta in esse retinebitur & conseruabitur: & ex isto fundamento, licet non sic inducto, istam conclusionem tenet Glos. notabilis ordinaria in lege prima, ff. de acquir. posses. in glos. 2. in medio vers. sed quid si non est in conspectu, quam Glos. & eius conclusionem approbat ibi Bartol. column. in medio, vers. unde, quarto loco, &c. dicens quod Glos. loquitur perfectissimè cui nihil est addendum Paul. de Castr. ibi secunda columna prope finem, dicens esse menti tenendum. Alexand. 9. columna, numero 34. Soc. ibi 8. column. in fine. Cuman. ibi fin. column. in medio. Vincent. ibi numero 106 istam etiam conclusionem Glos. in lege vna, Codice vti possit. in glos. fin. in medio, cum qua transeunt ibi omnes Doctores, istam etiam tenet Iacob. Butr. in lege licet, Codice eodem titulo, secunda columna, in medio.

102
101
Secunda conclusio. Quando quis habet vtramque possessionem in re immobili, & se absentat longè ex aliqua causa iusta vel iniusta, voluntaria vel necessaria, amittit possessionem naturalem & retinet ciuilem in animo: textus est capitalis & expressus in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. posses. vbi dicit text. quod si possessor ad nundinas profectus est, & alter ingressus est, efficitur possessor, & similiter absens retinet possessionem, ergo ingressus habet naturalem & absens retinet ciuilem: cuius verba sunt, qui ad nundinas profectus neminem reliquit, & dum ille à nundinis redit, aliquis occupauit possessionem, videri eum clam possidere Labeo scribit: retinet ergo possessio is qui ad nundinas abijt: & ibi notat Bart. & nota schola Doctorum, textus in l. 3. §. in amittenda, in fine. eodem titulo ibi, sed & si animo solo possideas, licet alius in fundo sit, adhuc tamen possides: text. notabiliter expressus in l. si id quod, §. fin. eod. tit. text. in l. 3. §. saltus, eo tit. text. in l. 1. §. idcirco, ff. de vi, & vi arm. ibi ademisti enim ei possessionem quam animo retinebat, & si non corpore. text. in l. licet, C. de acquirenda possessione, cuius verba sunt licet possessio nudo animo acquiri non potest. text. in §. possidere, vers. quin etiam. Instir. de interd. text. in l. 12. in princ. tit. 30. 3. part. & ex ista conclusione iuncta prima conclusione superiori infertur vera & notabilis declaratio ad ista iura: vt intelligantur quando possessor ciuilis est longè absens: secus verò si sit in conspectu rei vel prope rem: quia tunc vtramque possessionem retinet & conseruat, & ita intelligit & declarat ista iura Raphaël Cuman. in d. paragrapho qui ad nundinas, 3. col. post princ. Lud. Rom. ibi in princ. Iason. ibi 2. col. in princ. Car. in c. olim. el. 1. de restit. spol. tertia columna, prope finem, & adde pro declaratione huius conclusionis quod ista ciuilis possessio quæ in absentia retinetur animo amittitur modis sequentibus. Primo modo si absens possessor ciuilis non sit admissus post reuersionem per eum qui ingressus est, sed ei resistat, textus est in lege si id quod, paragrapho final. Digestis de acquirenda possessione, ibi, eo usque possidiamus donec reuertentes nos aliquis

repellat. Secundo si antequam interueniat resisten-
tia ipse absens ciuilitè possidens animo desit possidere: quia suspicatus est posse repelli, textus est in d. l. si. id quod §. fin. ibi, aut nos ita animo desinamus possidere, quod suspicemur repelli nos posse ab eo qui ingressus sit: textus in lege, sed & si nolit. eodem titulo. in lege tertia. §. si quis nuntiet. eodem tit. textus in l. 3. §. si quis autem. ff. de vi. & vi. ar. textus in l. pen. tit. 30. 3. p. Tertio si talis res ita sit occupata, quod non sit possibilis, vel verisimilis eius recuperatio per absentem propter maximam potentiam eius qui ingressus est, vel ex qualitate rei, quia inexpugnabilis: vel ex qualitate loci, quia flumen aut mare ita rem occupauit quod in ea non potest dari vsus nam tunc statim absens amittit possessionem ciuilem, & similiter præsens amittit vtramque, etiam si animo nolit desinere possidere, & nullies hoc protestetur: in expresso ita probat textus singularis in l. cum vnus §. fina. ff. de bonis auto. iur. posses. cuius verba sunt, si propter naturam rei, veluti si prædium inundatum sit, aut propter latronum potentiam non potest possideri, reè dicitur non esse quod possideatur: textus in l. quod meo. §. fina. in fin. ff. de acquirenda possessione. ibi. rursus si cum magna vi ingressus est exercitus, & cet. & ibi expressè notat Paul. de Castrenf. Imol. Cuman. & Alexand. facit textum in lege tertia, paragrapho Labeo, supra eodem titulo, & ibi tenet singulariter & melius quam alibi Socin. 1. & 2. colum. textus notabilis in lege Pomponius, in principio, eodem titulo, & ibi communiter Doctores, & probat expressè lex 14. titulo 30. 3. parte, textus qui sic debet intelligi in lege naturaliter, Digestis de vsucap. vbi habetur quod per inierruptionem naturalis possessionis interrumpitur præscriptio: nam certè debet intelligi quando ex interruptione naturalis possessionis interrumpitur ciuilis, quia impedimentum est tale quod tollitur facultas & vsus vtendi re: secus verò aliàs si simpliciter amitteretur sola naturalis sine ciuili: quia non interromperetur præscriptio, cum ciuilis possessio sit illa quæ causet præscriptionem, & intelligunt & declarant illum textum Doctores ibi, & Bart. in lege 3. paragrapho ex contrario, ff. de acquirend. posses. 2. colum. vers. non obstat, cuius ratio subtilis est, quia possessio ciuilis ex dispositione iuris retinetur animo, quando potest liberè vti re & possessione naturali: vnde quando datur talis impotentia meritò & necessariò debet amitti, quia deficit fundamentum in quo possessio ciuilis insitebat, vnde licet ipse ciuilis possessor nolit animo desinere possidere, voluntas & protestatio eius est nullius momenti, tanquam contraria actui naturali, & iuris ordinationi, cum talis animus videatur fundari super impossibili: & istam rationem ponit subtiliter Cald. in lege licet, Codice de acq. poss. 2. lectura in finalibus verbis. Socinus in leg. 3. §. Nerua filius, ff. eod. 2. col. vers. tu considera, in dicto vers. ex quibus infertur, & ante eos Rosfred. in libellis suis, in rub. de interd. vnde vi, 1. colum. num. 2. confirmatur per textum in l. 1. §. quod si seruus, ff. de vi & vi arm. vbi si colonus, inquilinus, vel detentator expellatur de ipsa re, dominus qui per eos retinebat possessionem illam perdit, licet sit ignorans, vel nolit animo desinere possidere, licet secus sit si ipse dominus expelleretur & non detentor: quia ex quo non amittit naturalem quam retinet per alium, non amittit ciuilem quam retinet per se: quia censetur accessoria & dependens ab illa naturali, & à facultate rem apprehendendi: text. est in l. 1. §. non alij autem, vers. 1. de vi & vi arm. & ibi Glos. ordinaria Bart. & communiter Doctor. de quo articulo latius infra dicetur. Quarto modo per longam absentiam ipsius possessoris ciuilis, quia si diu & magno tempore sit

fit absens amittit possessionem civilem, modò alius fit ingressus modò non: cuius ratio est, quia lapsu tanti temporis inducitur obliuio & animus non possidendi, ex quo causatur amissio possessionis: ita probat textus in *l. si de eo, §. si forte, ff. de acquir. possess.* & ibi tenet Gloss. ordinaria Bart. & ibi Doct. in *l. si id quod eodem rit.* & ibi Doct. text. in *l. iurtum, §. fundi de usucap.* & ibi Gloss. Alber. & alij Doct. facit text. & ibi Doctores in *l. fin. Cod. unde vi.* text. in *l. li. et, Cod. de acquir. possess.* & ibi communiter Doct. text. in *§. quod autem institut. de usucap.* & ibi Gloss. & notabiliter, & communiter docentes. Dubium tamen est inter Doctores quod si istud longum vel magnum tempus, vt per lapsum eius inducatur obliuio, & per consequens amissio possessionis: & reperio varias & diuersas opiniones, nam aliquæ Glossæ & Doctores in locis supra allegatis expressè tenent, quod requiritur tempus decem annorum: & confirmari potest; quia dictio diu, & dispositio loquens in longo tempore debet interpretari de tempore decem annorum, vt in *l. sicut fideicommissaria, paragrapho Arist. ff. qui, & à quibus, iuncta Gloss. & communi expositione. & in lege prima, & per totum, Codice de longi temp. p. as. & in l. prima, & per tot. Codic. qua sit longa consuet. in leg. filius familias, iuncta Gloss. & communi opinione Cod. de petit. hered. facit etiam textus singularis vnicus in suo casu in *lege sine prefinito. ff. de pænis*, de quo textu alias in suo loco dixi: aliæ verò Glossæ & Doctores dicunt quod isto casu tempus sit arbitrarium, & relinquatur iudicis arbitrio, qui debet considerare qualitatem rei, loci, & personæ quam opinionem tenent plures Gloss. & scribentes in dictis locis supra citatis: & tenet Innocent. & plures Canonistæ in *cap. quarelam de electione*, tamen mihi placet ista opinio, & concordia, quod cum in hoc articulo tempus non sit à iure decilum necessariò tempus sit arbitrarium: sed in dubio iudex debet arbitrari tempus 10. annorum per primum fundamentum cum ratione: & ita procedat. Prima opinio Glossarum & Doctorum tenentium hac parte: si verò ex qualitate rei, loci & personæ debeat plus vel minus tempus sufficere iudex hoc arbitratur: & ita procedat. Secunda opinio aliarum Glossarum & Scribentium: & in effectu ista intentio Bart. in *d. l. si de eo, §. si forte, 2. col. ff. de acqu. poss.* Abbatis & aliorum in *c. vigilantibus, in colum. de prescriptionib. Fab.* qui notabiliter loquitur in *d. §. quod autem, de usucap.* & in terminis istam concordiam ponit magistraliter Salic. in *l. licet, Cod. isto rit. pen. col.* idem Salic. in *l. 1. C. de seruis fugi. pen. col.* Adde tamen quòd si absens protestetur se nolle emittre possessionem per absentiam vel negligentiam non amittet possessionem civilem etiam per lapsum 10. annorum vel maioris temporis: quia cum illa amissio causetur ex obliuione & animo non possidendi qui colligitur ex lapsu temporis, & istud cessat propter protestationem: ergo hoc casu non amittitur possessio, argumento text. in *l. qui aliena, §. fin. ff. de acquir. hered.* vbi habetur quod ea quæ dependent ab animo regulantur & declarantur per solam protestationem: sed civilis possessio est huiusmodi: ergo, &c. & in terminis reperio quod istam sententiam, & conclusionem tenet Ioan. Faber. in *d. §. quod autem. Inst. de usucap. 2. col. in medio. vers. quid ergo si probet*, intellige tamen superiorem conclusionem quæ habet quòd per longam absentiam amittit quis possessionem civilem quando res erat vacans, & in ea nullus ingressus est, vel si ingressus est ipse absens ignorabat: secus tamen est si aliquis ingressus est, & occupauit naturalem possessionem vacantem, & absens sciat & negligat recuperare in modico & breui tempore quo verisimiliter possit: quia tunc amittit ciui-*

Ant. Gomez ad leg. Tauri.

lem possessionem, quia suspicatus est se posse repelli: ita probat text. not. in *l. quamuis, l. 2. ff. de acquir. poss.* ibi *tandiu priorem possidere dictum est, quandiu possessionem ab alio occupatam ignoraret, text. in d. l. quod meo, §. fin.* facit etiam text. cum materia in *l. 3. §. eum igitur ff. de vi, & vi arm.* & in expresso per ista iura istam conclusionem & declarationem ponit magistraliter Bart. in *d. l. si de eo, §. si forte, ff. de acquir. poss. 2. col. n. 4.* & ibi Imol. Roma. Alex. & alij Doct. & hoc casu tempus erit omninò arbitrarium, argumento text. cum opinione & declaratione in *l. tertia, §. cum igitur ff. de vi, & vi armat.* & ita tenet & declarat Ioan. de Imol. in *d. §. si forte*, & ibi notat Alex. 2. col. n. 6. Salic. in *l. licet, Cod. eod. septima col. n. 23.* Hodie tamen in nostro regno decilum est, quòd tali casu si quis ingressus est rem alterius & eam occupauit per annum & idem possessore præsentem, & scientem, & non contradicente, talis possessor amittit vtramque possessionem suam, ingressus acquirit eam & idem est si aliquo tempore fuerit præsentem, aliquo absens: ita expressè disponit *lex prima, tit. 11. lib. 2. foro ll. & lex 1. tit. 13. lib. 3. & l. 242. in Styli. & lex 192. in eisdem ll. Styli.* quæstio tamen proprietatis remanet salua, vt prædictæ leges dicunt & disponunt, & forte illa decilio habuit originem ex text. in *c. 2. versicul. fin. si de inuestitura inter dominum & vassallum lis oriatur, in vsibus feud.* vbi dicit quod si quis habuerit aliquam rem tanquam feudalem per annum continuum, scientem & non contradicente domino, præsumitur recte inuestitus & debet defendi in possessione præstito iuramento suo: quem text. ibi dicit in casu suo vnicum Bald. in *cap. 1. de controuersia inuestitura, 2. colum. in fine*, & expressè in casu nostro, & sic in qualibet re possessa istam conclusionem & declarationem tenet Ioan. Faber. in *l. licet, C. de acquir. posses. final. colum.* idem Faber. in *§. quod autem, Instit. de usucap. prima colum.* illum etiam textum adducit in confirmationem Glossæ in prædicta *l. prima, titulo 12. libro 2. for. ll. in gl. 3.* & reputat eum singularem & tenet etiam Bald. licet illum textum non alleget, in *l. fin. C. de his qui à domino manum.* Adde tamen pro declaratione prædictarum legum regni, quòd requiritur quòd talis ingressus habeat rem per annum & diem cum titulo & bona fide: ita determinat prædicta *leg. 1. titulo 13. lib. tertio ordinamenti.* vnde data mala fide, vel data bona fide, sed non dato titulo, vel data absentia possessoris civilis non amittitur possessio civilis per annum & diem, sed debet seruari ius commune de quo supra dictum est: quia hoc casu remanet incorrectum. Item intellige quando dominus vel aduersarius, qui præterdit possessionem antea possidebat & hoc probat, quia tunc ex quolibet actu possessionis vel detentionis præsumeretur & probaretur possessio, argumento text. in *l. 1. & in l. 3. & quasi per totum, ff. de acqu. posses.*

Ex quibus infertur quod vtraque possessio tam civilis quam naturalis perditur morte, & licet dominium & omnia iura tam personalia quam realia transeant in hæreditatem iacentem, tamen non transit possessio licet postquam est quæsitæ sit ius: text. est in *l. cum hæredes, ff. isto tit. cuius verba sunt, cum hæredes instituti sumus adita hæreditate omnia quidem iura ad nos pertinent.* cuius ratio subtilis potest esse. Prima quia dominium vel iura realia & personalia si amitterentur & efficerentur vacantia essent occupantis & non renuiscerent: argumento text. in *l. 1. & per tot. de acquir. rer. dom. & in l. si quis, §. aream de solut.* & idèd lex fingit quod transeat ex necessitate: possessio verò non habet istud inconueniens quia potest peti & consequi remedio proprietatis scilicet rei vindicatione, vel remedio possessorio adipiscendæ

quorum bonorum. Secunda quia sicut in acquirenda possessione requiritur animus & voluntas possidentis, ita etiam in retinenda & conservanda possessione, ut supradictum & probatum est: sed per mortem cessat animus & voluntas possidentis, ergo perditur possessio & non transit ad hæreditatem iacentem nec ad hæredem: argumento text. in l. qui ad certum ff. locati, & ex hoc dicebat Bartol. in l. centesimis. §. fin. de verb. obligat. quod si iudex condemnauit aliquem in exilio ad libitum suæ voluntatis, expirat & finitur per mortem iudicis, de quo dixi alias in materia debitorum: dominium verò & alia iura realia & personalia non amittuntur sola voluntate sine titulo vel causa, ut in lege si quis vi. §. differentia, digestis de acquirend. possession. ergò merito per mortem non amittuntur, sed transeunt in hæreditatem iacentem, & postea aditione secuta in hæredem: & ista sunt subtilia & speculatiua.

104 Item adde pro perfecta declaratione superioris conclusionis, & materiæ, quod eo casu quo absens amittit possessionem civilem modis prædictis, statim possessio civilis acquiritur & consolidatur ipso iure habenti naturalem etiam vitiosam: Gloss. est singularis & vnica in iure in l. sed & si nolit. ff. de acquirend. possess. quam ibi ad hoc notat & commendat Bartol. & communiter Doctores, notat etiam commendat Bartol. in l. 3. §. ex contrario 4. column. n. 11. eodem tituli. & ibi Roman. pen. column. eodem tituli. Alexand. ibi 4. column. Vicen. 4. column. eam etiam dicit singularem Roman. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas fin. column. in fine, eod. tituli. eam etiam dicit esse diligenter notandam Iaso. ibi final. column. numero 69. Bald. in l. 1. ff. de rerum diu. fina. column. 46. quast. numero 38. Bart. in l. ex asse. ff. ad Treb. in fine. in tantum quod acquiritur & consolidatur possessori naturali ignoranti, ut dicit illa Gloss. & ibi Bart. & communis opinio nec obstat si dicas quod nulla possessio potest quæri sine animo, ut in l. 3. & in l. quemadmodum. ff. de acquir. possess. cum simil. quia respondeo quod hic interuenit animus saltem implicitus, quia ex quo à principio habuit naturalem ex tunc vilus est velle habere civilem, & in eodem animo præsumitur semper perseuerare: ita expresse respondet prædicta Glossa & ibi Bart. & Doct. Istam tamen conclusionem Gloss. & communem dupliciter declaro. Primo modo quod possessio civilis consolidata, non sit illamet civilis possessio quæ residebat in persona absentis: quia semper successor particularis vel vniuersalis rei succedit in noua possessione creata in eius persona, non verò in antiqua antecessoris, ut subtiliter & notabiliter dicam infra ista lege. Secundò quando ex natura rei posset ingressus in ea habere vtranque possessionem: secus si solam naturalem, ut si sit usufructuarius, emphyteuta, vel similis persona: quia tunc licet civilis possessor aliquo casu amittat suam civilem possessionem, naturalis possessor non acquirit eam, cum à principio nec ex post facto non habuit animum explicitum nec implicitum quærendi possessionem civilem in re, sed tantum naturalem: ita eleganter & subtiliter tenet & declarat Bart. in d. l. sed & si nolit. in fin. & ibi sequuntur communiter Doct. & tenet & sequitur Iason. in dicto, §. qui ad nundinas final. column. in fine. Ex quibus nouiter potest inferri ad subtilem & notabilem quæstionem, si duo vel plures sunt hæredes ex testamento vel ab intestato quorum vnus adiuuit suam partem & missus est in possessionem eius aliquo remedio possessorio adipiscendæ, & postea alter repudiet, quo casu ipso iure sine alia noua aditione alia pars sibi accrescit, an similiter accrescat possessio, ut censeatur omnes partes possidere, ac si in omnibus apprehendisset possessionem? & videtur quod sic. Primò quia actus pos-

sessionis adhibitus in parte rei, virtualiter extenditur ad totam rem, ut in l. tertia. ff. de acquirend. possess. Secundò, quia actus adhibitus in aliqua re virtualiter extenditur ad partes quæ postea sibi accedunt vel accrescunt: text. est notabilis in l. 4. ff. de iure dot. text. in l. pen. ff. ut legat. nomin. caueat. text. in l. 2. ff. quorum legatorum cum similib. ergo ita dicamus hic, quod possessio & eius virtus extendatur ad partem accrescentem. Tertiò, quia in successione prætoriana accrescit portio sine noua agnitione coram iudice. Quartò, quia in materia possessionis habet locum ius accrescendi, ut dicit Gloss. & communis opinio, in l. quod meo, ff. de acquirend. possession. vbi habetur quod possessio civilis amissa consolidatur cum naturali: & in expresse, licet non ita bene fundet, istam sententiam & conclusionem tenet Curtius Iunior in l. vnica. Codice quando non peten. par. fin. column. numero 49. sed contrarium & melius tenet Bald. 2. col. numero 3. Primò, quia possessio consistit in facto, Secundò, quia requiritur animus, quorum aliquod non interuenit in isto casu: & idem tenet Sebastianus Sapia, pen. column. n. 63. quos ego sequor.

105 Aduertendum tamen, quod maximus effectus resultat ex hoc, quod ille absens retineat possessionem civilem in absentia vel præsentia, vel illam amiserit modis prædictis: quia si illam retinet nunquam ingressus qui rem occupauit etiam cum titulo & bona fide poterit incipere præscribere. quia sine possessione non procedit præscriptio, ut in lege sine possessione, ff. de usucap. & in regul. sine possessione de regularis iuris lib. 6. cum similibus. sed civilis possessio est illa quæ causat præscriptionem & non naturalis, & absens retinet possessionem civilem in animo: ergo ingressus nullo modo potest præscribere: postquam ergo absens desinat possidere incipiet ingressus possidere. Ex quo inferitur quod licet iura nostra simpliciter dicant quod contra absentem præscribitur per viginti annos, tamen debent intelligi amissa civili possessione per absentem, & quæ sita ei qui vult præscribere: ita probat textus notabilis & subtilis in l. prima, §. per seruum qui in fuga, ff. de acquir. possess. vbi dicit quod possidet qui seruum existentem in fuga & absentia, & illum potest vsucapere, sed hoc non prouenit mediante possessione naturali quia illam amisit per absentiam ergo necessariò vsucapit mediante civili, & per consequens nullo modo alius tertius possit vsucapere eum, licet habeat titulum & bonam fidem & possessionem naturalem: quia alias efficerentur duo domini insolidum, quod est impossibile de iure, ut in l. si ut certo, §. si duob. vehiculum, ff. commodati & in l. hæred. §. pater, ff. de castrens. pecul. & in l. Monius, §. duabus ff. de legatis secundo, & in lege quod contra, §. vni. ff. de regulis iuris, & ad hoc illum textum in dicto, §. per seruum qui in fuga. licet non sic inductum, notat & commendat Bartholus Albericus. Imo. Paul. Roman. Aretin. Alexandr. Iason. & communiter alii Doctores probat etiam text. in lege serui filij, §. final. ff. de furtis, ibi, quod enim videor possidere seruum, ad vsucapionem tantum mihi proficere Iulianus scribit textus in lege in accessione, ff. de diuers. & temp. præscript. textus item prætor, ff. ex quibus caus. maior. textus in §. rursus Institut. de actio. vbi sit absens causa reipublicæ præscribit rem præsentis post reuersionem datur contra eum restitutio: ergo in absentia præscripsit mediante civili possessione: & ibi expresse tenet & declarat Glossa ordinaria, Faber, Angelic. Platea, & communiter Doctores textus expresse & notabilis in leg. si à bona fidei possessore, ff. de rei vend. vbi habetur quod si seruus alienus fugerit à bona fidei possessore, & eum in absentia & fuga vsuceperit, tenetur restituere domino: ergo talis bona fidei possessor

feſor vſucepit mediante ſola civili poſſeſſione in abſentia & fuga ſerui: & ſic aperte probatur, quod ſola civilis poſſeſſio, eſt illa quæ cauſat vſucapionem vel præſcriptionem: & ad hoc notat & commendat ibi Bald. & alij Doct. text. in *l. acquir. §. ſi de acquir. rer. dom.* vbi dicit textus, quod vſufructuarius non vſucapit vel præſcribit, quia non poſſidet: ſed ille poſſidet naturaliter, vt in *l. naturaliter, ff. de acquir. poſſeſ. cum ſimilib.* ergo de civili loquitur ille text. & ſic illa requiritur in vſucapione vel præſcriptione, & non ſufficit naturalis: & ad hoc illum text. notat & commendat ibi Gloſ. ordinaria Rainer. Alber. & communiter Doct. text. in *l. nec. fructuarium, C. de vſufruct.* & ibi Gloſ. ordinaria Bald. Ang. Paul. & communiter Doct. text. in *l. qui fundum, ff. de vſucap. pro emptore,* & ibi Gloſ. & communiter Doctores, text. in *l. homo liber, §. ſin. in ſinalibus verbis, eod. tit.* & in expreſſo iſtam ſententiam & concluſionem tenet Gloſſ. notabilis & ordinaria in *l. 2. §. ex contrario, ff. de acquir. poſ. in gloſ. magn. prope ſinem, verſic. Item ſecundum eos,* & ibi magiſtraliter Bartol. 1. col. n. 3. Rainer. in *ſin.* Albert. 2. col. Imola, Paul. Roman. Aretin. Cuman. & nota ibi Alexand. 3. col. numero 5. Socin. 4. colum. Iaſon. 6. column. num. 21. Vincent. 4. column. numero 7. gloſ. in *lege ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, ff. commo. in gloſ. magna, poſt princip.* & ibi Bartol. *ſine column. in ſine.* Paul. 2. column. numero 7. & alij Doct. Gloſſ. in *leg. malè agitur, Codice de præſcript. 30. vel 40. annor. in verbo poſſidentibus,* & ibi Doct. Gloſ. in *c. cauſam quæ de præſcript. in ſin. gloſ.* & ibi communiter Canonix Gloſ. clarior & expreſſa reputata ſingularis in hoc articulo in *leg. 1. Codice de ſeruis fugit. in gloſ. magn. in ſine.* & ibi notat & commendat Bartol. *ſin. col.* Paul. de Caſtr. qui ſingulariter loquitur *ſin. column. n. 11.* Iaſon. *ante penultima colum. num. 44.* & illam Gloſ. in materia reputat ſingularem Imol. in *d. §. per ſeruum, qui in fuga. 2. col.* Roman. in *d. §. ex contrario 2. col. gloſ. in §. ſed aliquando. Inſt. de vſuc. in gl. ſin.* Gloſſ. in *l. 4. titul. 12. lib. 2. foro ll. in gl. mag. 2. col.* Iſtam etiam concluſionem tenet magiſtraliter Dinus in *regula, ſiue poſſeſſione de regul. iur. libro ſexto, penul. fol. verſic. ſolutio. tutius & probabile* Bartol. in *l. Celfus, ff. de vſucap. ſecunda columna, numero duodecimo,* & ibi Franciſc. Bald. *numero ſexageſimo ſeptimo,* Albertus & Angel. in *lege ſine poſſeſſione, eodem titulo de vſucapion.* Bald. & Angel. notabiliter in *l. nemo, Codice de acquir. poſſeſ. 2. column.* Bartol. in *l. 1. ff. de acquir. poſſeſ. 3. colum. num. 8. in definitione poſſeſſionis civilis.* Franc. Bald. in *tract. præſcript. 3. part. 3. partis principal. quaſt. 3.* Faber in *§. quod autem. Inſtit. de vſucap. 2. colum. poſt medium.* Abb. in *cap. vigilantia, 2. colum. num. 4. de præſcript.* & ibi Felin. & Doct. & ſic iſta opinio eſt vera & communis, licet Iacob. Butr. expreſſè teneat contrarium in *l. nemo ambigit. C. de acquir. poſ. 1. colum. in medio verſ. modo quero.* vbi dicit quod vtraque poſſeſſio tam civilis quàm naturalis requiritur ad cauſandam præſcriptionem, & hoc potiſſimo fundamento, quia reperimus quod ſi poſſeſſio interrumpatur naturaliter, ſtatim cenſetur interrupta præſcriptio, vt in *leg. naturaliter, ff. de vſucap.* Sed ille text. non obſtat, quia debet intelligi quando per talem interruptionem naturalem amittitur vtraque poſſeſſio tam civilis quàm naturalis: ſecùs verò ſi ſola naturalis poſſeſſio amittatur & remaneat civilis: quia ex ea ſola poteſt cauſari præſcriptio: & in terminis ita reſpondet Bart. in *d. l. 3. §. ex contrario, 2. col. in ſine verſiculo non obſtat,* quod bene nota, quia eſt ſubtilius verbum quod reperiri poteſt in materia præſcriptionum: & ita dicit Iaſon. in *lege prima, Codice de ſeruis fugit. antepen. columna quadraageſima quarta* & ſic dicas quid prodeſt poſſeſſori naturali, quod dominus in abſentia amittat poſſeſ-

ſionem civilem, cum ſua poſſeſſio naturalis non ſufficiat ad præſcribendum: reſpondeo, quòd ſtatim ipſo iure illa poſſeſſio civilis conſolidatur cum naturali. Alius etiam maximus effectus reſultat ex civili poſſeſſione, quia civilis poſſeſſio ſola eſt cauſa acquisitionis fructuum, & iura quæ dicunt, quòd bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos pro cultura & cura, debent intelligi quando habet civilem poſſeſſionem: ita eſt Gloſ. ſingularis & ordinaria in *l. 3. ex contrario, ff. de acquirenda poſ. in gl. magna prope ſinem verſic. item quilibet efficeretur dominus fructuum* quam ad hoc notat ibi Bald. *tertia col. in prin. p. 2. col. n. 2.* Imol. 2. col. in medio. Rom. *penult. col.* Cuman. 4. col. Aretin. *quinta col. n. 32.* Alexand. 10. colum. n. 24. Socinus 6. colum. verſ. 3. ex gloſſ. colligitur Vincent. 8. colum. num. 14. Iaſon. 9. col. numero 34. & eſt communis opinio Doct. & ad hoc eam reputat ſingularem Bald. in *l. certum, 1. col. n. 2. C. de rei vendit.* notat etiam, & commendat Bald. in *c. 1. §. Marchio. 1. col. n. 2. de his qui feud. dare poſ.* Ex quibus infero, quod iura quæ habent, quòd ſi quis habet & poſſidet rem alienam cum titulo & bona fide facit fructus ſuos, & lucratur eos, vt in *l. bona fidei, ff. de acq. rer. dom. in l. bona fidei, ff. de vſuris, in l. bona fidei, de verb. ſign. in §. ſi quis à non domino. Inſt. de rer. din.* debent intelligi & procedere quando habet civilem poſſeſſionem & non aliam. Item infero, quòd domino vero poſſidente civiliter in abſentia emptor etiam bonæ fidei non lucrabitur fructus. Item infero, quòd ſi poſſeſſor maioratus vendat rem alteri, qui habet eam titulo & bona fide, quòd mortuo poſſeſſore fructus pertinebunt ſucceſſori, cum per iſtam legem Tauri tranſeat in eum poſſeſſio tam civilis quàm naturalis, & non pertinebunt emptori & detentatori: pro qua Gloſſa, & communi ſententia facit text. in *l. qui ſcit, §. in alieno, ff. de vſuris, text. in l. ſi fur. in princ. ff. de vſufruct.* vbi dicit quòd ſi in fundo quis habet naturalem poſſeſſionem, quia eſt fructuarius, alius habet civilem, quia proprietarius: & quidam fur, vel alius tertius cum mala fide colligat & perecipiat fructus, acquiruntur domino proprietatis civiliter poſſidenti, & non fructuario. Confirmatur quia à pari procedunt præſcriptio & acquisitionis fructuum, ita tenet Gloſ. notabilis ordinaria in *l. 2. Cod. ſi quis ignor. rem minor. eſſe ſine decreto compag. in gloſ. ſin. in principio* argumento text. in *lege vbi lex. ff. de vſucap.* & illam Gloſ. propositam notabiliter allegat & communiter Socin. in dicto *§. ex contrario,* & facit text. in *lege ſi ego, §. partum, ff. de publ. imò difficilius cauſatur præſcriptio quàm acquisitionis fructuum, vt in l. in bona fidei, ff. de acquir. rer. dom.* Limita tamen & intellige ſuperiorem doctrinam & concluſionem quando quis non perciperet fructus de voluntate domini: ſecùs verò ſi aliàs ſi habeat rem de voluntate ipſius domini: quia tunc acquirat fructus, modò habeat civilem poſſeſſionem, modò naturalem; modò nullam habeat poſſeſſionem: vel colonus, vel inquilinus: text. eſt in *lege prima, & per totum, ff. & Codice de vſufruct.* textus in *lege Iulianus, paragrapho ex vend. verſiculo poſſeſſio. ff. de actio. empt. text. in l. ſi ſeruus, l. 2. paragrapho. ocati, ff. de furtis,* & per iſta iura ita tenet Bart. in dicto *paragrapho ex contrario, 3. colum. in princ.* & ibi communiter Doctores Bald. in *cap. grauis, de reſtit. ſpol. 2. colum.* Item adde quod in tantum ſufficit ſola civilis poſſeſſio ad acquisitionem fructuum iuncta bona fide, vt non requiratur titulus: ita probat textus notabilis in *lege 4. verſicul. poſt litem, ff. ſin. regund. textus in lege ſed ſi leg. paragrapho ſcire, Digestis de petit. hered.* & in expreſſo iſtam ſententiam & concluſionem tenet Gloſ. notabilis & ordinaria in *paragrapho ſi quis à non domini. Inſt. de rer. dinis. in gloſ. 2. in ſi. quam ibi ſequitur &*

commendat Faber, Bartol. Platea, & communiter Doctor. & eam reputat singularem Angel. de Aretin. 2. column. num. 2. & Chritophorus 1. column. in medio. similis Glo. est in paragrapho 2. Instit. de offic. iud. in glo. mag. in medio. & ibi not. Ang. & alij Doctor. similis etiam Glo. est in leg. & ex diuerso. in glo. magn. in medio. ff. de rei vend. & ibi tenet Bartol. secunda column. numer. 5. Angel. secunda column. & communiter alij doctores tenet etiam Bartol. in dict. leg. si lege paragrapho scire. de petit. hered. & ibi communiter Doct. Pet. Cinus & communiter Doctor. in l. certum Cod. de rei vend. Iason. in d. p. ragrapho ex contrario. 11. column. num. 38. nec obstat si dicas, quod non videretur posse dari bona fide sine titulo, argumento text. in l. fin. C. unde vi. quia ibi occupabat rem vacantem quam sciebat sibi non pertinere, licet ignoraret cuius esset, sed in nostro casu præsupponimus, quod interueniat aliqua causa vel coniectura per quam credebatur esse suam: argumento iurium supra dictorum, & ita declarat Bartol. in l. Celsus de usucap. 3. column. num. 17. Item ex istis infero, quod detentator rerum maioratus debet condemnari in fructibus, quia per istam l. Tauri habet vtramque possessionem. Secundò infero, quod mortuo possessore maioratus fructus pendentes spectant ad solum successorem tunc, quia pendentes tunc, etiam quia est ciuilis possessor.

107 Tertia conclusio quando quis habet solam naturalem possessionem sine ciuili, vt fructuarius, emphyteuta, conductor ad longum tempus, ille qui precario rogauit, vel similis persona, tunc illam possessionem naturalem retinet in animo, etiam si longe sit absens, & non amittit eam nisi in casibus in quibus possessio ciuilis perditur: ita probat textus notabilis & subtilis in l. 3. §. uti. frui. ff. de vi & vi arm. vbi dicit, quod videtur fieri violentia fructuario qui erat absens, si non admittatur post reuersionem, ergo aperte dat intelligere, quod possidebat in absentia, nam alias non competeret illud interdictum, unde vi. cum solum detur possessoribus per vim eiectis, vt in leg. 1. §. hoc interdictum, & in §. deicitur, & in §. interdictum autem hoc eod. titul. de vi & vi arm. & latius dicam infra in materia interdicti, unde vi. & per illum text. in dict. leg. 3. paragrapho uti frui. istam conclusionem tenet ibi glo. ordin. in glos. 1. in princip. & ibi Dinus, Bart. Alber. Angel. de Peru. quem text. legunt in §. supra proximo: & per illum textum tenet expressè Glo. in leg. 1. paragrapho interdictum autem hoc in gloss. 1. eod. titul. gloss. in l. vna Cod. uti possid. in verbo, neque clam in medio. glo. in l. 1. ff. de acquirenda possess. in glos. 2. post medium versicul. & idem dico. in 4. casu Glo. in l. 3. paragrapho ex contrario. eod. titul. in glo. 1. post princ. Nec obstat si subtiliter dicas quod ille text. in dict. §. uti frui. possit intelligi de possessione ciuili, quam habet fructuarius in iure vtendi & fruendi: quia respondeo, quod pro illa, si turbetur vel expellatur, non habet interdictum unde vi, quia solum competit pro possessione rei corporalis, vt in leg. 1. p. ragrapho & generaliter eod. tit. licet detur vtile interdictum pro possessione iurium incorporalium, secundum Bartol. Ang. & Doctor. in d. l. 3. paragrapho unde vi. eod. titul. & in leg. quoties la 2. ff. de seruis. Secundò istam conclusionem probat text. in l. arborib. paragrapho de illo versicul. nam qua ratione ff. de usufr. vbi habetur, quod seruo existente in absentia & fuga, proprietarius retinet suam ciuilem, fructuarius verò retinet suam naturalem, licet alias si esset iuncta cum ciuili perderetur, vt in l. 1. §. per seruum qui in fuga. ff. de acquir. possess. quam conclusionem extendit, vt procedat etiam si sola naturalis possessio sit iniusta, vt est illa quam habet ille qui ingressus est rem absentis: Glo. est notabilis in leg. 1.

ff. de acquirenda possessione in verbo, ait, prope finem, quam ibi notabilem notant, & commendant Doct. alia in leg. vna, Codice uti possid. in verbo, neque clam. & ibi Doct. sed est subtilis, & necessaria difficultas, quæ possit esse ratio per quam possessio naturalis, quando est iuncta cum ciuili amittitur per absentiam, & non retinetur in animo, sed quando possessio naturalis est sola sine ciuili amittitur per absentiam, & non retinetur in animo, sed quando possessio naturalis est sola sine ciuili bene retinetur in animo in absentia, cum potius dicendum esset contrarium, imò quod quando est iuncta cum ciuili deberet retineri in absentia: cum fortior & potentior sit propter vniõnem ciuilis: argumento text. singularis iuncta Glo. & communis opinio in leg. prima, §. non alij autem in princip. ff. de vi & vi arm. vbi quando possessionem per me, & naturalem per colonum, inquilinum, vel alium, licet per vim deiectus & expellus sim, non amitto illam naturalem, nec ciuilem, quam per me retinebam propter vniõnem: quia mea ciuilis fortificatur ratione naturalis. Item etiam argumento text. qui reputatur ab omnibus singularis in l. qui patri. ff. de acquirenda. hered. vbi substitutio, quæ de sui natura est transmissibilis, transmittitur si est vnita, cum iure accrescendi: sic ergo dicamus hic, quod naturalis possessio iuncta cum ciuili deberet retineri in absentia, sicut retinetur ipsa ciuilis. Sed huic difficultati respondeo sequentibus modis. Primo modo, quod ratio est, quia quando vtraque possessio est iuncta satis operatur & fatigatur animus in retinenda sola ciuili possessione in absentia, & non posset ita retinere vtramque, quæ ratio cessat quando quis retinet solum possessionem naturalem, & istam rationem ponit Glossa ordinaria in lege prima, ff. de acquirenda possessione. in glossa secunda, in fine, & ibi Bartol. final. columna post medium, & confirmat argumento textus in leg. quod Labeo. ff. de compend. Alb. ibi penult. columna post princ. Alexand. 9. col. num. 39. Cuman. fin. column. in medio. Vincent. penult. column. in princip. & in medio, istam etiam rationem tenet Bald. in l. vnica, Cod. uti possid. 5. columna in medio, vbi dicit quod alia ratio persuasiva non potest dari: istam etiam rationem ponit Bartol. qui non allegatur, in l. si is qui pro emptore, ff. de usucap. penult. columna. in fine. Sed salua pace Glo. & Doctorum ista ratio nihil penitus valet, imò est irridenda. Primò quia considero, quod in retinenda & conseruanda possessione iam quæsitâ non requiritur animi cogitatio, vel memoria, sed semper retinetur possessio, nisi expressus & determinatus sit animus amittendi vel perdendi possessionem, vel saltem coniecturatus ex lapsu magni temporis, vt supra conclusum est: & in specie facit optimus textus, in leg. peregrè in princip. ff. de acquirenda possess. ibi nec infirmitatem memorie damnatum afferre possessioni textus, in leg. si is qui animo eodem titulo, vbi furiosus retinet vtramque possessionem iam quæsitam, licet in eo non detur vel consideretur animus retinendi: ergo clarè patet, quod assidua & specifica animi cogitatio non requiritur, & sic aperte eliditur prædicta ratio. Confirmatur ex doctrina & theoria Aretin. in leg. 3. §. incertam. ff. de acquirenda poss. 2. column. in medio, dicentis, quod si ex diuturnitate temporis vel multitudinem negotiorum inducatur obliuio, taliter quod si possessor sciat se possidere, sed ignoret locum certum, rem, vel partem quam possideat, tamen per hoc non amittit possessionem: & licet ipse nulla iura allegat, tamen aperte eius doctrina & theoria probatur ex iuribus superioribus: & istam doctrinam, & theoricam ponit Bartol. in dicta lege, si is qui animo in fin. idem Bartol. in l. si aliquam rem 2. column. num. 2.

num. 2. ff. de acquir. possess. Secundo, quia si quis haberet plures possessiones civiles in pluribus & diuersis locis, vel plures naturales possessiones, solas omnes posset retinere animo in absentia sed tunc fatigaretur animus possidentis: ergo illa ratio Glos. & Doctorum confunditur: vnde in hac difficultate dico quod ratio vera & subtilis est, quod ideo possessio naturalis non retinetur animo, quando est iuncta cum civili, sed quando sola naturalis est de per se bene retinetur: quia retinere in animo possessionem naturalem in absentia est per fictionem, & non alio modo: quia absens iuris dispositione praesumitur: esse in re, sed fictio nunquam habet locum nisi subsistente aliqua iusta causa & necessitate, vt probat text. notabilis in l. 1. §. si vir uxori, ff. de acquirenda possessione. per quem tenet ibi Bart. Paul. Imol. Aretin. Roman. Alexand. Iason. Vincent. & per eum istam regulam & doctrinam ponit magistraliter Bartol. in lege si is qui pro emptore. 10. column. numero 27. ff. de usucap. & ibi communiter repetentes praecipue Ias. num. 250. tenet etiam Bald. licet eius littera sit corrupta in l. siue possideris, Cod. de probat. secund. column. num. 2. facit etiam text. expressior ceteris in l. non dubito in princ. ff. de captiuis text. in l. postliminium, eodem titul. ibi idem naturali equitate introductum est, text. in lege sciendum, & in lege denique, ff. ex quibus caus. maior text. in lege iusto, §. fin. ff. de usucap. sed in nostro casu, quando vtraque possessio tam civilis quam naturalis est iuncta, civilis possessio retinetur in animo in absentia, & amittitur naturalis: quia ipsa civilis possessio est potentior & efficacior, & operatur omnes effectus quos vtraque possessio simul iuncta posset operari: ergo non est necesse, quod naturalis quae est iuncta cum ea retineatur etiam in animo in absentia cum ex hoc nulla resultaret utilitas vel effectus: sed quando possessio naturalis est sola sine civili: utile & necessarium fuit, quod illa retineretur in animo in absentia, ne possessor perderet omnes suos effectus, & tunc merito ad nos amittitur ista fictio & specialitas: quia inest maxima causa & necessitas, & certe ista est vera iuridica & subtilis ratio, quam ego cogitavi, & postea reperi, quod eam ponit expressè Socinus in l. 1. ff. de acquir. possessione. ante penult. colum. in fin. Angel. de Perus. in lege clam possidere §. qui ad nundinas eod. titul. post medium. Paul. in lege si vnus §. pactum ne peteret. ff. de pactis, & ante omnes istam rationem ponit expressè Petrus de Bellaper. in lege licet, Cod. de acquir. possess. fin. colum. in fin. tenet etiam Ripa non allegando praedictos Authores in d. l. 1. ff. de acquirend. poss. pen. colum. & forte istam rationem voluit Glos. ordinaria in d. l. 1. eod. titul. supra allegata in gloss. 2. in fin. & ista fuit eius mens & intentio, licet Bart. & Doctores eam aliter intelligant; verum tamen est, quod solus Ias. in d. l. 1. eod. tit. 11. colum. num. 44. versic. mihi nullatenus placet, fuit noua opinio contra communem: scilicet, quod sicut naturalis possessio sola retinetur in animo in absentia, ita etiam possessio naturalis iuncta cum ipsa civili, nisi eo casu quo alius occupasset ipsam naturalem possessionem per ingressum rei: & dicit, quod ita punctualiter loquitur, & debet intelligi text. in d. l. clam possidere, §. qui ad nundinas. Sed attende quod ista noua opinio & consideratio Iasonis non potest esse vera, tum quia est contra plura iura & communem sententiam, prout supra tetigi, tum etiam quia si absens retineret possessionem naturalem in absentia, quando est iuncta cum civili nullo modo posset eam querere alius qui ingrediatur rem, sicut nec acquirit civilem occupatam: & ista mea ratio, & consideratio & contra Iasonem caret responsione, vnde teneo communem opinionem cum superiori ratione.

Quarta conclusio si quis possidet rem mobilem inanimatam, vt vas, argentum, librum, & similem rem: vel animatam anima irrationali, vt equum, bouem vel aliud animal: tunc habet, retinet & conseruat vtramque possessionem si in ea naturaliter insistat vel in manibus suis habet, vel eam habet in praesentia, & conspectu: ita probant aperte iura superius adducta in prima conclusione, & in specie probat text. in l. 3. §. Nerua filius, ff. de acquirend. poss. & ibi tenet Glos. ordinaria in verbo, possideri, si verò in ea non insistat, nec sit in conspectu vel praesentia eius, tamen est sub custodia possessoris, taliter quod est in sua potestate eam naturaliter & corporaliter apprehendere, amittit possessionem naturalem, & retinet civilem text. est notabilis in dicta l. 3. §. Nerua filius, cuius verba sunt Nerua filius, res mobilis, excepto h. m. e quatenus sua custodia nostra sint haecenus possideri. quatenus si v. l. ius eius naturalem possess. nan isci possumus & ibi Bart. & communiter Doctores, & exemplum quotidianum potest esse in equo vel animali dimisso in paucis: similiter est aliud exemplum quando talis res mobilis est sub custodia possessoris, sed possessor est longe absens & dimisit eam inclusam in domo sua, tunc similiter retinebit civilem & amittit naturalem: si verò possessor est praesens qui civiliter, & naturaliter possidet domum vel fundum in quo habeat rem mobilem inclusam in arca vel alia quauis parte, tunc videbatur, quod talem rem mobilem possideat civiliter & naturaliter, quia qui possidet continens videtur possidere contentum: & in specie pro hoc facit bonus text. in l. prima §. illud & §. plane & §. si fundus & §. quod autem ff. de vi & vi arm. sed crederem etiam quod hoc casu non possideat naturalem rem mobilem, sed tantum civiliter per textum in d. §. Nerua filius, iuncta ratione & communi opinione si verò talis res mobilis non est sub custodia possessoris, quia deperdita est vel aufugit, taliter quod non est in potestate possessoris, quando velit eam recuperare tunc amittitur vtraque possessio tam civilis, quam naturalis, etiam si per alium res illa mobilis non sit occupata text. est in d. l. 3. §. Nerua filius, & ibi Glos. ordinaria & communiter Doctor. textus in lege rem qua nobis in princ. eodem titulo, & ibi Doctor. Ex quo collige, quod licet in rebus immobilibus semper quis in absentia retineat civilem possessionem, licet naturalis sit ab alio occupata, vt in dicto §. qui ad nundinas, & supra late dictum est, tamen secus est in rebus mobilibus: ratio vera & subtilis est quia res mobilis faciliter potest occultari & contrectari: vnde possessor videtur amittere animum possidendi: sed res immobilis non potest moueri, occultari vel contrectari, vt de se patet, & probat text. in l. 2. Cod. quando & quibus quarta pars debetur ibi immobiles quidem res, quae nec latere facile possunt, vnde faciliter poterit naturalem possessionem recuperare etiam non facta diligenti inquisitione, modo res sit ab alio occupata, modo non: nisi tanta sit ingressi potentia, quod non sit in potestate, & facultate absentis eam recuperare: vel absens suspicetur se posse repelli & animo desinat possidere, tunc etiam possessionem civilem amittit vt dicto paragrapho qui ad nundinas. & supra dictum est & in terminis istam rationem differentiae inter res mobiles & immobiles ponit solus Socin. in dicto paragrapho Nerua filius secunda colum. in medio. versic. tu considera. Ex qua conclusione sic confirmata & declarata. Primò infero quod si quis emit rem mobilem a non domino bona fide, & cepit eam vsucapere, si semel eam perdiderit, vel talis res effugiat eius custodiam, statim interrumpitur vsucapio, vt in leg. naturaliter ff. de vsucapion. vnde licet postea res inueniatur non prodest illa vsucapio, sed

fed oportet incipere de nouo : in expreffo ita determinat Paul. de Caſtr. *in dicto paragrapho. Nerua filius*, quod eſt bene notandum in practica. Secundò infero, quòd tali caſu non competere aliquam remedia poſſeſſoria ei qui primò poſſidebat prædictam rem mobilem, niſi remedium text. *in leg. final. Cod. unde vi.* vt infra dico ſuo loco. Tertio infero, quòd ſi iſto medio tempore vendat illam rem mobilem cuius custodia eſt amiſſa, & ſe conſtituat nomine emptoris poſſidere, vel ei tradat inſtrumentum, vel titulum iuris ſui, non tranſit in eum aliqua poſſeſſio nec eius effectus : ſi verò ſit res mobilis animata anima rationali, vt ſeruus, tunc ſi non ſit ſub custodia poſſeſſoris, quia auſugit ab eo, licet perdat poſſeſſionem naturalem, bene retinet ciuilem : & in hoc differt ab aliis rebus mobilibus : cuius ratio eſt ne ſit in poteſtate ſerui dominum ſua poſſeſſione priuare : ſi verò talis ſeruus ab alio fuerit occupatus, tunc poſſeſſor ſtatim amittit : vtram poſſeſſionem textus expreſſus de vtroque *in l. 1. paragrapho per ſeruum qui in fuga. ff. de acquirend. poſſeſſio ibi, licet reſpondeatur quoadiu ab alio non poſſideatur, à nobis eum poſſideri text. in dicta l. 3. paragrapho Nerua filius, ibi, excepto homine eodem titul. text. in l. rem quam nobis verſic. 1. eodem titul. text. in l. Pomponius, in fine principij eodem titul. text. in l. ſi is qui pro emptor. paragrapho ſi ſeruus, ff. de uſucap. text. in l. ſerui & filij paragrapho illud, ff. de furtis text. in l. arboribus, paragrapho de illo verſic. Iulianus, ff. de uſufr. text. in l. penult. titul. 30. part. 3.* ſi verò non ſit occupatus ab alio ſed diu gerat ſe pro libero, vtraque poſſeſſio perditur : text. eſt qui ita debet intelligi *in l. 3. §. ſi ſeru. & ibi communiter Doct. ff. de acquir. poſſeſſione.*

109 Quinta conſuſio. Quando vtraque poſſeſſio vel aliqua earum retinetur mediante procuratore, tutore, curatore, filio, ſeruo colono, vel inquilino, illa ſemper retinetur in abſentia etiam ſi ille qui detinet pro abſente exeat de re & illam derelinquat, nec ſit in conſpectu rei vel prope rem : textus eſt *in l. ſi colonus, ff. de acquirend. poſſeſſ. cuius verba ſunt, ſi colonus non deſerenda poſſeſſionis cauſa exiſſet de fundo & eo rediſſet, eundem locatorem poſſidere placet.* & ibi notat Gloſſ. Bartol. Ang. Paul. de Caſtr. Roman. & communiter Doct. textus, *in l. cla. poſſidere, §. qui ad nundinas eodem titulo, ibi neminem reliquit textus in lege, ſi id quod, §. primo eodem titulo textus in lege, qui fundum, in principio, ff. pro emptore, textus in lege prima, §. quod ſeruus, ff. de vi & vi armat. cuius verba ſunt, quod ſeruus procurator, vel colonus tenet, dominus videtur poſſidere, textus in paragrapho idcirco, & in §. non alij autem eiſdem l. textus in §. poſſidere, verſic. per eos quoque Inſtit. de interd. Ex quibus ſubtiliter inferas, quòd talis detentator retinet in abſentia ſuam detentationem, qua mediante verus poſſeſſor conſeruat ſuam poſſeſſionem : & iſtam illationem ponit Paul. de Caſtr. *in dict. l. ſi colonus in princ.* pro qua facit text. ſingularis, & vnicus *in l. ſi ſi ita §. ſi quis metu ff. de dam. infect.* Secundum Imol. Paul. Roman. & Doct. ibi de quo latius dixi ſupra iſta lege Secundò inferitur à fortiori, quod ſi talis detentator locet vel deponat rem apud alium ſemper verus poſſeſſor retinet ſuam poſſeſſionem mediante animo ipſius primi detentatoris, etiam ſi ille ſecundus detentator, quia actualiter habet rem eam non habeat nomine poſſeſſoris, ſed nomine primi detentatoris à quo ſecundus habet cauſam text. eſt *in leg. qui vniuerſas, paragrapho final. ff. de acquirend. poſſeſſ. quem ad hoc reputat ibi ſingularem Paulus Imol. Aretinus, & communiter Doct. Tertio inferitur quòd ſi talis detentator moriatur vel efficiatur**

furioſus, retinet dominus & poſſeſſor ſuam poſſeſſionem & eam non amittit niſi data eius negligentia. text. eſt *in l. ſi de eo §. ſi forte in princip. eod. tit.* cuius verba ſunt, *ſi forte colonus per quem dominus poſſideret deceſſerit, propter utilitatem receptum eſt, vt per colonum poſſeſſio & retineretur & continuaretur, quo mortuo dicendum eſt non ſtatim eam inſerpelari, ſed tunc demum cum dominus poſſeſſionem adipiſci neglexerit, & reperio, quod ad hoc illum text. dicit vnicum Bald. *in cap. licet cauſam de probat. pen. col. num. 4.* ſed adde vltra ipſum quod ſimilis text. eſt & expreſſus *in l. ſi id quod §. 1. eod. m. titul.* cuius verba ſunt, *& per colonos & inquilinos aut ſeruos noſtros poſſidemus, ſed ſi moriantur, aut furere incipiam, aut alij locent intelligimur nos per eos retinere poſſeſſionem.* Sed aduertendum, quod inter hos caſus eſt diuerſitas & differentia : nam quando detentator efficitur furioſus nullam poſſeſſionem amittit dominus, ſed vtramque retinet : quia tunc ſaltem eſt perſona, quæ detineat, ſed quando detentator moritur, bene retinet dominus ciuilem, ſed amittit naturalem : quia tunc non eſt perſona quæ detineat vel corporaliter inſiſtat in re, qua mediante poſſit dominus poſſeſſionem naturalem retinere & conſeruari, argumento text. *in l. 1. §. Scauola, ff. ſi quis teſtam liber. eſſe inſ. fuer.* & ex iſto fundamento ita tenet Ioan. Gloſſator *in dicta l. ſi id quod §. 1. ff. de acquirend. poſſeſſ. in gloſ. pen. & ibi Bartol. Rai. Dinus, Alber. Angel. Paul. Imol. & iſta eſt magis communis opinio ſecundum Angel. *in d. l. ſi id quod, §. 1. contrarium, tamen probant aperte iura ſuperius allegata, imò quòd in vtroque caſu dominus retinet & conſeruat vtramque poſſeſſionem, & maximè probat text. in d. l. ſi id quod §. 1. qui pariformiter determinati vtrunque caſum furoris & mortis : & iſtam opinionem contra communem tenet Hugo gloſſator antiquus *in d. §. 1. & in hanc ſententiam inclinat ibi Gloſ. ordinaria Accuſij : pro qua opinione facit text. cum ratione *in l. ceptam, de uſucap.* Adde tamen quod ſuperior conſuſio quæ habet quod quando vtraque poſſeſſio retinetur mediante procuratore, tutore, curatore, filio, ſeruo, colono, vel inquilino, retinetur etiam in abſentia tam poſſeſſoris quàm ipſius detentatoris, debet intelligi quando talis detentator eſt abſens animo non deſerendæ poſſeſſionis : ſecus tamen eſt ſi animo eam deſerendi : quia tunc ſtatim dominus & ſic poſſeſſor amittit naturalem quam habet mediante perſona detentatoris, ſed bene retinet ciuilem quam habet mediante ſua propria perſona & animo : ita expreſſe probat text. à contrario ſenſu *in dict. l. ſi colonus ff. de acquir. poſſeſſ. in quantum dicit *ſi colonus non deſerenda poſſeſſionis cauſa, &c.* & ibi tenet Gloſ. ordinaria Bart. Angel. Paul. Imol. & communiter Doct. Bart. Angel. Roman. & alij Doct. *in d. l. fin. de eo, §. ſi forte eod. tit.* Sed aduertendum quod circa hoc ſe offert noua, & ſubtilis difficultas quæ requiritur in aliquo actu, requiritur etiam in diſtractu text. eſt *in l. heredes palam §. ſi quid poſt ff. de teſtam. text. in l. 1. & per totam ff. de acceptilationibus text. in l. nihil tam naturale ff. de regal. iuris, cum ſimilibus, ſed poſſeſſio quæritur corpore & animo, vt *in leg. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. ergo ſimiliter deſiſtentia corporalis & voluntas, & animus amittendi recurritur in poſſeſſ. amittenda, ſed reſpondeo quod principior, & efficacior cauſa in poſſeſſione eſt ipſa voluntas & animus & vel illa regitur, & gubernatur, ideo illa ſufficit vel aliter, & ſecundo quod ſi in quær. poſſeſſione requiritur actus naturalis de ipſomet iure primæno naturali argumento text. *in l. 1. ff. de acquirenda poſſeſſ. quod quidem ius ſequitur & imitatur ius noſtrum ciuile poſitiuum, ſed in amittenda poſſeſſione non requiritur de iure illo naturali aliquis********

quis actus corporeus, nec solemnitas inuenta, ideo de iure ciuili positue sufficit solus animus & voluntas, sine actu corporeo vel aliter, & tertio in quaerenda possessione, ideo requiritur actus corporeus & maior solemnitas, qui agitur & agi potest de prauiudicio tertij, in admittenda vere possessione solum agitur de prauiudicio ipsius possessoris.

Item etiam si talis detentator sine voluntate domini possessoris alij tradiderit rem possessor vtrunque possessionem amittit: text. est in l. peregrè, §. quibus explicitis, ff. de acquirend. poss. in versicu. eius vero. cuius verba sunt, eius vero quod serui vel coloni etiam corpore possidentur, non aliter amittit possessionem, quam si eam alius ingressus fuisset. & ibi Glossa ordinaria Bart. Ang. & Doct. text. in l. 3. §. quod si seruus. Textus in l. si de eo, §. si forte in fine. eodem tit. & ibi Doct. Gloss. & communiter, Doctor. in l. 1. Cod. commun. de usuca. & idem est si talis detentator expellatur vel deiciatur per vim ab ipsa re, quia tunc dominus & possessor vtrunque possessionem amittit: text. est, in l. 3. §. quod si seruus, ff. de acquirend. poss. text. in leg. peregrè §. quibus explicitis, ff. de acquir. poss. in versic. eius vero. cuius verba sunt, eius vero quod serui vel coloni etiam corpore possidentur, non aliter amittit possessionem, quam si eam alius ingressus fuisset, & ibi Glossa ordinaria Bart. Angel. & Doctor. text. in l. 3. §. quod si seruus. textus in l. si de eo, §. si forte in fine, eodem titulo & ibi Doct. Gloss. & communiter Doctor. in l. 2. Cod. commun. de usucap. & idem est si talis detentator expellatur vel deiciatur per vim ab ipsa re, quia tunc Dominus & possessor vtrunque possessionem amittit: text. est in l. 3. §. quod si seruus, ff. de acquirend. poss. text. in l. peregrè §. quibus explicitis eod. tit. text. in l. 1. §. quod seruus, ff. de vi & vi arm. ibi & ideo his deiectis ipse deici de possessione videtur, etiam si ignoret eos deiectos quos possidebat. text. in l. fin. eod. tit. Quid autem hodie reperiat correctum in his casibus, vide text. in l. final. Cod. de acquir. pos. & ibi Gloss. magistralem Bartol. Cinum, Butr. Bald. Ang. Paul. Salic. & communiter Doctor. Paul. & Doctor. in d. l. si colonus, ff. eodem titulo Imola & Doctor. in dicta l. peregrè, §. quibus explicitis, infra eod. & l. 13. tit. 30. parte 3. Item adde iuxta praedicta quod si ipse Dominus & sic possessor expellatur, & non ille detentator qui rem tenet nomine eius non amittit aliquam possessionem: quia non amittit naturalem, quam tenet per alium, cum detentator non sit expulsus: nec amittit ciuilem quam tenet per se, quia censetur esse accessoria & consecutiua illius naturalis, & in illa naturali habet fundamentum suum: text. est in leg. 1. §. non alij autem, versic. 1. de vi & vi armat. cuius verba sunt, si quis me vi deiecerit, meos autem non deiecerit, non posse me interdicto hoc experiri: quia per eos retineo possessionem qui vi deiecti non sunt, & ad hoc illum textum notat ibi Gloss. ordinaria Bartol. Angel. & communiter Doctores, secus tamen est quando dominus velit sua voluntate & contractu in alium transferre possessionem, quia potest tam per actum verum quam fictum puta per clausulam constituti vel alio modo, etiam si talis detentator semper sit in re nec eam tradat: ista est Glossa singularis & vnica in iure in dicta lege prima, §. non alij autem, in verbo, retineo, vers. sed licet, ff. de vi & vi armat. quam Gloss. ad hoc notat & dicit se nescire alibi Bart. ibi, notat etiam & commendat Angel. & alij Doctores, ibi, & illam Gloss. ad hoc dicit valde singularem Bartol. in lege quod meo, ff. de acquir. pos. in princ. 2. colum. Paul. 2. colum. post princ. & dicit vnica Imol. in l. peregrè, §. quibus pet. col. post princ. eodem titulo vbi pro ea adducit bonum text. & rationem eius in lege qui vniversus, §. final. eodem ti-

tulo & dicit eam singularem ibi Paul. 2. col. in princ. illam etiam Gloss. ad hoc dicit singularem Bald. in l. cum testamentum, Cod. de iuris & fact. ignor. secunda columna, n. 2. idem Bald. in c. cum venisset, de restit. spol. 2. columna num. 4. Car. in c. olim, cl. 1. eodem titulo, pen. colum. illam etiam dicit vnica Bald. & Angel. in l. fin. Codice de acquirenda posses. in finalibus, verb. Aretin. & Alexand. in l. 3. §. in amittenda, ff. eodem tit. 2. colum. Vincent. ibi, 2. col. n. 5. & fin. colum. n. 12. Sexta conclusio quod quando quis habet vtramque possessionem vel aliquam earum indistincte potest eam amittere solo animo & voluntate, etiam si actualiter insistat in re, text. est, in l. 3. §. in amittenda, ff. de acquirend. posses. cuius verba sunt, in amittenda quoque possessione affectio eius qui possidet intuenda est, itaque si in fundo sis & tamen nolueris eum possidere protinus amittes possessionem: & ibi notat Gloss. Bartol. Angel. Paul. Imola & communiter Doctores quod intellige quando vere interuenit animus amittendi possessionem secus quando non adest animus perdendi, sed nec possidendi: quia tunc non amittitur, vnde furiosus licet careat animo possidendi non amittit, quia non habet animum perdendi: text. est in l. si is qui animo, eod. tit. & ibi notant Doctores. Confirmatur per text. in l. patre furioso, vers. nam furiosus, ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. vbi licet furiosus non possit contrahere matrimonium, quia requirit consensum, tamen bene retinet matrimonium iam contractum: textus in l. furor, ff. de sponsat. text. in l. oratione, paragrafo fin. ff. de ritu nuptiarum. Item etiam licet contractus qui consensu celebratur non possit fieri a furioso, tamen gestus ante furorem bene valet & conseruatur post furorem: text. est iuncta Gloss. & communi opinione in l. 2. Cod. de contrah. empt. text. in lege cum aliis, Codice de curat. fur. Item etiam testamentum si sit perfectum & consummatum ante furorem valet & conseruatur etiam post furorem, text. in l. furiosum, C. qui testam. fac. pos. & ibi communis opinio. Item etiam furor superueniens non tollit iurisdictionem, licet impediatur exercitium: text. est in l. iudex datus, ff. de iudic. & ibi communiter Doctores. Item etiam furor superueniens non reuocat ea quae sunt perfecta vigore mandati: textus est in l. si quis alicui, ff. de acquirend. l. a red. & ibi Bartol. & communiter Doctores. Secundo ex ista regula & conclusione inferitur quod dormiens nullam amittit possessionem, quia licet non habeat animum possidendi non habet animum perdendi: & aperte probatur ex dicta lege si is qui animo. Tertio inferitur quod si ex diurnitate temporis vel multitudine negotiorum inducatur obliuio, taliter quod possessor sciat se possidere, sed ignoret locum certum, rem, vel partem quam possidet, tamen per hoc nullam amittit possessionem: & in expresso istam sententiam, & conclusionem probat textus notabilis in lege peregrè, in princip. ff. de acquirend. posses. ibi, nec infirmitatem memoria damnum asserre possessioni, & facit aperte text. in dicta l. si is qui animo, & istam doctrinam & conclusionem tenet formaliter Aretinus, licet non alleget praedicta iura, in lege 3. §. incertam, eodem titulo 2. colum. in medio, istam etiam doctrinam & conclusionem voluit Bartol. in dicta lege si is qui animo, in fin. eod. titulo idem Bartol. in lege si aliquam rem, 2. col. n. 2. eod. titulo.

Et ex hoc datur maxima differentia inter dominium, & possessionem, quia licet possessio amittatur solo animo: tamen dominium non potest amitti solo animo & voluntate domini: text. est in l. si quis vi, §. differentia, eodem titulo nisi decesserit a re & eam velit habere pro derelicta, vt in l. 1. & 2. ff. pro derelicto, text. in §. hoc amplius, versic. pro derelicto: Instin.

Instit. de rerum diuis. text. in l. fin. titulo 28. parte 3. Similiter etiam datur alia subtilis differentia: quia dominium vel ius quod in alium volo transferre etiam mediante titulo & traditione non amitto si ei non possit quæri, licet ei realiter tradam. textus est notabilis & subtilis *in l. nec utilem, ff. ex quibus caus. maior.* & ibi notat Alber. Bald. & communiter Doct. textus *in l. cum quis, paragrapho si debitorem, Digestis de solut.* & ibi Glos. ordinaria Bartol. Angel. Paul. post Iacob. de Aretin. & antiquos: textus *in l. vir uxori, vers. sed si promissor, ff. de donat. inter vir. & uxor.* & ibi Glos. & Raph. Fulgos. qui reputat hoc esse notabile: possessionem verò statim amitto si alteri rem trado, licet accipienti non quærat: text. est *in l. 1. §. si vir uxori, ff. de acquirend. posses. text. in §. per procuratorem eiusdem l. text. melior de iure in l. quod meo, §. si furioso, eodem titul.* vbi si quis tradat rem furioso quem sanæ mentis existimabat animo & voluntate transferendæ possessionis, licet ei non quærat, statim tradens amittit, & ratio differentia est, quia in amissione dominij interuenit damnum irreuerabile, cum dominus amplius illud consequi non posset, possessionem verò sic: & istam doctrinam & differentiam per prædicta iura ponit Bartolus *in l. si ego, in fin. ff. de negot. gest.* & ibi Albert. 3. colum. *in princip.* Paul. de Castro *in fine n. 7.* idem Bartol. *in l. qui hominem, §. si debitorem, ff. de solut. in fine,* & ibi Paul. de Castr. *in princip.* Paul. de Castr. *in dicta l. si quis vi, §. differentia, ff. de acquirend. posses. in fin.* idem Paul. *in dict. l. 1. §. si vir uxori, eodem tit. 1. colum. num. 3.* & ibi Moderni, Bart. & communiter Doctores *in l. quod meo, §. si furioso eodem titulo.*

110 Habemus igitur ex supra dictis quod in acquirenda possessione semper requiritur actus corporeus verus vel fictus, modò loquamur in titulo particulari, modò vniuersali, sed est pulchrum, subtile, & necessarium dubium in materia, si lex vel statutum possit inducere & disponere quòd in aliquo casu transeat & acquiratur possessio ipso iure sine aliquo actu apprehensiuo possessionis prout hodie in nostro regno disponit nostra *lex 45. de Toto*, qua cauetur quod mortuo possessore maioratus statim transeat possessio omnium bonorum maioratus in successorem sine aliquo actu apprehensiuo: & reperio quod Baldus *in lege prima, Codice communi de legat. in princip. n. 1.* expressè tenet quod non possit lex, vel statutum hoc inducere vel disponere tali ratione, licet ipse eam sic non declaret, nam licet reperiamus, quod in aliquibus casibus ex legis dispositione transeat dominium ipso iure sine traditione vel apprehensione, tamen in eisdem casibus non transit possessio nisi apprehendatur, text. est iuncta Glos. singulari *in l. cum duobus, aliàs incipit, si fratres, §. idem respondit, el. 2. ff. pro socio, text. iuncta Glos. & communi sententia in lege final. C. de sacros. eccles. text. expressus in leg. cum heredes, ff. de acquirenda possessione, text. notabilis & expressus in l. in rebus. Cod. de iure dot. sed certà ista ratio in qua se fundat Bald. & iura prædicta nihil faciunt, quia benè probatur in eis, quod in casibus in quibus ex legis dispositione transit dominium, in eisdem non transit possessio, sed ibi non dicitur quod lex non possit hoc facere & inducere si vult. De hac possessione plura scripsere Berengarius *in §. nihil commune, cap. 1. num. 24.* Segura *in lege quemadmodum, num. 8. ff. de acquir. posses.* Secundo reperio in hoc articulo aliam nouam & subtilem opinionem quam ponit Doctor. de Segur. *in repet. d. l. quemadmodum, ff. de acquirend. posses. 5. colum.* vbi dicit quòd si lex vel statutum indistinctè & absolute diceret quòd transferatur possessio sine aliquo actu apprehensiuo, tunc hoc non possit facere vel in-*

ducere: si verò lex dicat quòd transfertur possessio fingendo aliquem actum apprehensionis interuenisse, tunc bene possit hoc facere, cum procedat inducendo fictionem: & dicit quòd istam opinionem videtur tenere Cin. & ibi Bald. *in ea lege C. de condit. ob causam.* vbi Cinus 2. colum. *in medio:* dicit quod consuetudo est in regno Franciæ, quod possessio defuncti continetur in hæredem, significat quod defunctus ante mortem videtur tradere possessionem hæredi & ipse hæres videtur accipere de manu eius: & in expresso per ista verba istam opinionem tenet Aretinus *in lege 1. ff. de acquirenda posses. 8. colum. numero 23.* de quo nullam mentionem facit prædictus Doctor de Segura: ante eos etiam istam opinionem tenet Bald. *in capite contingit de dolo, & conf. 1. colum. num. primo* argumento text. *in lege denique ex quibus caus. maior. & in l. cum heredes, §. 1. ff. de acquir. posses. cum similibus.* Sed salua tantorum virorum pace ista opinio non potest procedere quia constituit differentiam verbalem & non realem: præterea possessio & omnis effectus eius est, introducta à iure mediante forma & solemnitate traditionis, vel apprehensionis, ergo lege contraria potest tolli illa forma, & potest effici vt sine ea quærat prædicta possessio iuris & eius effectus argumento text. *in l. 1. ff. de constit. princ. & in l. fin. Cod. de leg. text. in l. de quibus in fin. de legit. nec obstat ratio in qua se fundabat prædictus Doctor. de Segur. scilicet quod acquisitio possessionis est de iure naturali gentium, cum ab eo introductum sit quod quærat per actum naturalem, vt in lege 1. cum materia, ff. de acquirenda possessione, in lege ea qua civiliter, Digestis de action. & oblig. cum similibus, ergo lex civilis positua non possit in hoc disponere contra ius naturale vel gentium, quia faciliter ad hoc respondeo, primo modo quod illa vera quod naturalis apprehensio & rei insistentia bene erat de iure naturali & illa dicebatur illo iure possessio, tamen hodie de iure civili positua possessio est quoddam ius intellectuale & incorporeum acquisitum in re cum effectibus à iure attributis, vnde hanc iuris possessionem potest lex noua vel statutum transferre sola sua dispositione sine aliquo actu apprehensiuo. Vel aliter & secundo quod licet ipse actus & modus quærendi possessionem sit inuentus de iure naturali vel gentium, tamen nulli dubium est quia lex civilis positua possit disponere modificando, distinguendo, addendo, vel detrahendo, ita notat Innocen. c. *qua in Ecclesiarum, de constit. in fin.* & ibi Abb. & communis opinio, idem Innocen. Abb. & Docto. *in c. fin. de consuet. Bartol. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. 8. colum. numer. 22.* & ibi late moderni: vnde in hoc singulari & subtili articulo teneo pro vera & resolutiua sententia quòd lex vel statutum potest simpliciter & absolute ipso iure transferre possessionem in aliquem nullo interueniente actu vero vel ficto apprehensiuo possessionis: quam etiam tenet Gomez Arias hic *num. 7. & 8.* & hanc dicens communem Couarr. *lib. 3. variarum, cap. 5. num. 6. versic. ceterum, Suarez in l. 8. tit. de las verencias, lib. 3. n. 15. & pluribus sequent. Castanæus, in consuetudinibus Burgundia rubr. 7. §. 1. certa. 237. colum. 1. num. 15.* vbi plures casus enumerat, vbi possessio absque apprehensione transfertur. Greg. *in l. 6. glos. pen. tit. 30. part. 3.* Perez ad Seguram *in l. quemadmodum n. 103. ff. de acquirenda posses.* vbi alios plures casus congerit Molinæus *lib. 3. de primogeniis, c. 12. n. 15. & 19.* Martiencus alios plures allegans, *in l. 8. tit. 7. lib. 5. gl. 1. num. 5.* Menchaca *de succes. creat. §. 21. num. 109. & controuers. illustrium cap. 57. num. 25.* Castillus hic *num. 21.* Cifuentes *n. 33.* & in expresso ita probat ille text. singularis & vnicus *l. raptores, C. de episc.**

& cleric. & ibi plenam possessionem earundem rerum nostro habeat beneficio : & ad summè notat & dicit vnicum Bart. in princ. n. 2. Paul. de Castr. ultimo not. illum etiam dicit ibi vnicum Pet. de Vernia in addit. ad Iacob. But. in 1. colum. in principio, & alij ibi non tangunt, & illum text. ad hoc dicit etiam vnicum Angel. de Perus. in leg. 1. ff. de distract. pign. in princip. illum etiam dicit singularem, & vnicum Ias. in l. si is qui pro emptore 25. colum. num. decimo sexto, & per illum text. ita tenet Ludou. Rom. qui notabiliter loquitur in l. 1. ff. de acquirenda possessione, sexta columna propè finem. Alexander ibi decima quarta columna, numero quinquagesimo septimo. Iason. ibidem decima septima columna numero 72. qui dicit etiam singularem, & meliorem de iure. Vincent. ibi 30. colum. num. 71. Alexand. in l. cum hæredes, eodem titul. 1. colum. post princip. idem Alexand. in con. 24. 1. columna tertia volum. con. vbi dicit hanc esse communem opinionem verum tamen est quod ille text. omnino hoc non probat, nam in quantum dicit nostro habeat beneficio; posset intelligi scilicet si petatur & à iudice declaretur & sequatur traditio: & ita respondet ad illum text. Aret. in dict. l. eodem titul. Secundò pro ista sententia & conclusione facit text. in cap. 2. de consuetud. vbi dicit quòd si quis donat Ecclesiæ aliqua bona sua, & apponit modicum terræ super altare, statim est quæsitæ possessio Ecclesiæ, ergo ibi est casus, quòd lex, statutum, vel consuetudo potest inducere vt quærat possessio sine apprehensione: & ad hoc illum text. notat & commendat Bald. in l. fin. Cod. de sacros. eccles. 3. colum. versic. vnum tamen non est omitendum, idem Bald. in l. traditionibus, Cod. de pact. fin. colum. in fin. idem Bald. in l. 1. C. si plures vna sent. con. 3. col. num. 3. Angel. & Imol. in l. qui vniuersas, §. 1. versic. Item quòd à mari, ff. de acquirend. possessione, idem Angel. in l. licet, Cod. eodem titulo 1. col. num. 4. Sed in veritate ille text. hoc non probat, quia ibi interueniat aliquis actus saltem fictus & interpretatiuus possessionis, scilicet appositio modicæ terræ super altare: & ille subrogatur loco actus veri mediante consuetudine de qua ibi: & sic non potest dici quòd ibi quæritur possessio ipso iure sine aliquo actu: vnde verus & realis sensus illius text. est quod sicut possessio transfertur mediante aliquo actu ficto à iure introducto & determinato, quo supra bene numeravi: ita lex noua, statutum, vel consuetudo posset alios quoslibet actus fictos de nouo creare & inducere, per quos transeat possessio in aliquem: & ista est propria & vera intentio & decisio illius capituli, & in expresso ita eum notat & declarat Anton. de But. ibi 2. colum. n. 2. dicens quòd in hoc fortè alibi non reperitur: & ita eum ad hoc notat & commendat Imola 2. colum. in princip. n. 8. Abb. ibi 3. col. in 3. notabili, Car. 2. colum. Anchar, 2. colum. in princip. & ista est intentio Innocent. dum in confirmationem illius text. allegat alios actus fictos de iure communi, & in expresso etiam illum textum sic intelligit & notat Bald. in rub. illius titul. de consuet. 2. column. numero 14. idem Bald. in l. licet 1. lect. 2. colum. in medio C. de acquir. posses. & in expresso ita intelligit illum text. Innocent. in cap. in litteris, de restit. spol. 3. col. in princip. versic. fatemur tamen, pro qua sententia & conclusione ego considero text. notabilem in cap. 1. princip. de consuetudine recti feudi. vbi disponitur quòd si dominus dixerit alicui coram paribus Curix, vade in possess. illius fundi & teneas illum pro feudo, quòd ille actus habetur pro traditione: & ad hoc notat Bartol. Andreas de Iser. & alij Doct. pro qua etiam sententia & conclusione considero nouiter vltra omnes Doct. text. iuncta Glos. & communi opi-

Ant. Gomez ad leg. Tauri.

hione in l. 1. §. in operis, ff. de oper. nou. nunt. vbi dicitur quòd si possessor nunciat solo verbo nouum opus ædificanti in re illa vel fundo quem possidet, statim perdit possessionem & quæritur aduersario, si talis nunciatio fiat in ipso opere, & sic ille est nouus actus fictus inductus à lege vltra alios, & est satis noua ponderatio, & iste est nouus actus non est omnino abstractus ab actu corporali, cum ibi interueniat præsentia rei, cum nunciatio de necessitate debeat fieri in ipsa re vel fundo in quo opus fit, vt in l. de pupillo, §. nunciat, ff. de oper. nou. nunt. sed stat virtutis specialitas, quòd in isto casu nunciatio non dicit se transferre possessionem in alium, & expressè & mediante titulo sed tacitè & sine titulo nunciando sibi nouum opus: & in hoc consistit vera & realis declaratio illius text. Tertio pro ista parte facit text. singularis melior de iure c. contingit. de dolo & contumacia. vbi dicitur quòd si actor dolo, vel potentia aduersarij non potest mitti in veram & actuaalem possessionem rei ipso iure & dispositione illius textus post annum efficitur verus possessor: ergo ibi est expressus & formalis text. quòd lex vel canon, non potest sine aliquo actu vero vel ficto transferre possessionem, & ad hoc illum text. expressè notat & dicit mirabilem ibi Bald. 1. columna numero primo & illum ad hoc etiam reputat mirabilem Cardinalis ibi 2. colum. numero 2. facit etiam text. in cap. 1. eod. titul. & ibi tenet & notat Ancharran. 1. colum. 2. not. Quarto facit text. valde notabilis in cap. cum ecclesia sutrina de causa possess. & propr. in medio ibi, clericos sæpe dictos, &c. vbi ex dispositione illius text. reducitur quis in possessionem iuris incorporalis ipso iure sine aliquo actu possessionis: & ad hoc summè notat ibi Bald. 2. colum. num. 5. & illum text. in hoc dicit notabilem Aretinus in l. 3. ff. de acquirend. posses. pen. colum. in prin. Quintò pro ista parte facit text. singularis, & vnicus in leg. quamuis, ff. de bonis autor. iud. poss. iuncto §. superiori: vbi habetur quòd si propter aliquod magnum impedimentum quis non possit mitti per iudicem actualiter in possessionem ipso iure, dispositione illius legis habetur pro possessore: & ad hoc illum text. notat & dicit non habere concordantem Bart. ibi, & post eum alij Doct. Sextò pro ista parte facit subtilis & inconuincibilis ratio, nam possessio & omnis eius effectus est ius & non factum: vt in lege peregrè Digestis de acquirenda possessione ibi: ius possessionis. text. in l. possessio quòque in princ. eodem tit. text. in l. nemo. C. eod. tit. in fine: text. in l. non ideò minus de liber. caus. text. in leg. si ea res. §. fin. ff. de action. empt. sed in his quæ sunt iuris regulariter lex disponit vel disponere potest sine aliquo medio fictionis: ita probat text. in Authent. Sed episcopalis dignitas de episc. & cleric. vbi quis efficitur sui iuris ex legis dispositione sine aliqua fictione text. in Authent. quibus mod. natur. efficitur legit. collat. 6. text. in Authent. quibus mod. natur. efficitur sui, collat. 6. text. in l. ideo nobis §. si verò ultimam. C. de episc. & cleric. text. in l. cum in adoptiuis, C. de adopt. text. in l. prima C. si mancipium ita fuer. alien. ne prostituatur. text. in l. 1. & per totum. C. quibus ex caus. seru. pro premio liber accipi. & istam regulam & doctrinam ponit Bart. in l. si is qui pro empt. ff. de usucap. 11. col. n. 29. & 13. col. n. 42. idem Bart. in l. nec vtil. 1. col. n. 3. ff. ex quibus caus. ma. Aret. in l. cum her. §. 1. 2. col. in princ. ff. de acquir. posses. & istam doctrinam tenet & comendat Ias. in d. l. si is qui pro empt. §. 1. col. n. 248. Septimò facit text. in l. 7. tit. 4. §. p. vbi post tempus retransfertur dominium & possessio rei donatæ in donatorem, vel hæredem, vel tertium: imò quòd magis est ex superioribus & ex prædicta ratione nouiter & singulariter infero, quòd nedum in aliquo casu particulari, sed etiam in omnibus casibus, contractibus & alienationibus

particularibus vel vniuersalibus, possit lex, statutum, vel consuetudo inducere & disponere quod transeat possessio ipso iure sine aliquo actu apprehensionis, & per consequens dominium & omnis effectus eius: nam vt supra probaui possessio sit proprie & verè ius quoddam à lege inductum, poterit illud transferre sua dispositione sine medio alicuius actus veri vel ficti: nec obstat si dicatur quod acquisitio possessionis sit de iure naturali vel gentium, vt in leg. 1. Digest. de acquirend. possessione. quia iam subtiliter respondi supra proximè dupliciter. Vel aliter & tertio respondeo, quòd iura quæ dicunt & eorum regula quòd ea quæ sunt de iure naturali sunt immutabilia debent intelligi, quando illa iura inducebant necessitatem vel obligationem ex instinctu naturæ, vel ex gentium determinatione, vt educatio sui ipsius, vel filiorum, pacta licita & iusta seruare, alterum non lædere, & similia quæ ipsamet ratione naturali inter omnes gentes constituta sunt, & ista est intentio textus in *paragrapho ius autem ciuile versicul. quòd verè naturalis ratio, iuncto paragrapho sed naturalia, Instit. de iure natu. gent. & ciuil.* sed illa quæ necessitatem vel obligationem non inducebant, sed erant merè voluntaria & in libera voluntate generis, vt apprehendere vel possidere rem illam, bene possint tolli per ius ciuile posituum: & sic ex prædictis apertissime patet, quòd ista nostra lex Tauri potuit bene disponere & inducere, quòd sine aliquo actu apprehensionis transeat possessio in successorem maioratus etiam si non fingatur aliquem præcessisse: & hoc est quòd voluit ista lex dum dicit, in *otro acto de apprehension*: quòd intelligo vero vel ficto. Circa cuius tamen declarationem considero, quòd illa possessio quæ mediante ista lege ipso iure acquiritur, vocatur ciuillissima secundum Bald. in d. *lege fin. Codic. de sacros. eccles. 3. column.* ita vocari testatur. Tiraquell. plures referens in *tract. de morte, in præfatione, declarat. 7. numero 3. & 11.* vbi ciuillissimam rectè appellari probat hanc possessionem, quia iuris ciuilis ministerio sine artificio nulloque actu interueniente, vero vel æquipollenti, sed sola legis statuti vel consuetudinis dispositione transferatur. Ripa id rectè explicans in *rubr. extr. de caus. poss. & propriet. numero 23. & 24.* Molina de *primog. lib. 3. cap. 12. num. 13.* vocatur etiam *datina creata à l.* secundum Bald. in *rub. de caus. pos. & propr. 2. col. in med.* secundum eundem Bald. in *c. cum venisset. de rest. spec. 2. colum. prope fin.* vocatur etiam *artificialis* secundum Bald. in *rub. de caus. poss. & pro. 2. column. in medio*: quæ nomina non reperiuntur tali possessioni imposita à iure, sed tantum à nostris doctoribus secundum Romanum in *l. 1. ff. de acquirend. possess. antepen. col. n. in fin.* & ita nuncupantur, quia creatur à lege sine medio alicuius actus corporalis veri vel ficti: natiua verò possessio vocatur proprie illa quæ acquiritur mediante aliquo actu corporeo, non tamen per hoc est dicendum, quòd ista ciuillissima possessio constituit nouam & distinctam speciem possessionis, sed significat & constituit tantum differentiam in modo acquirendi: ita Aretin. in *dict. lege prima eodem titulo 8. column. in princip.* & est de mente omnium doctorum, vbi supra, & in tantum est verum quòd ista nostra lex Tauri potuit inducere & disponere, vt in rebus maioratus transeat possessio ipso iure vt illa possessio sit vera & propria, & operetur omnes illos effectus, quos operaretur vera possessio, quæ sita per actum verum & naturalem: ita probat text. expressus in *cap. contingit. de dolo & contum. ibi, verus constituatur elapso anno possessor.* vbi si actor non potest mitti in veram & actualem possessionem ipso iure efficitur possessor post annum: & ad hoc illum text. summè notat ibi Anton. in *princip. quar-*

to not. Imo in *princip. numero secundo* & communiter Doctor. idem probat Tiraquell. in *tract. de morte 5. part. declarat. 1. & Melius & in lib. de constitut. 1. p. ampliat. 1.* Menchaca de *success. creat. §. 21. num. 110.* Matiençus in *rub. tit. 1. glo. 1. n. 119. & in l. 8. tit. 7. lib. 5. gloss. 1. n. 10.* & ex hoc extenditur, maximè text. in *l. certè. §. 1. ff. de preca.* vbi dicitur quòd possessio quæ sita per actum fictum est vera & operatur veros effectus: quem ibi ad hoc notat Bartol. Angel. & Doctor. & reddit not. Bartol. in *lege si is pro emptore. pen. column. fin. q. ff. de vsuca.* Bald. & Doct. in *l. ab emptione. de pact.* idem Bald. in *l. vna. C. quando liceat ab emp. dis.* pro quo est melior text. in *l. quod meo. §. si venditorem. ff. de acquirend. possess.* quem reddit notabilem Aretinus 1. *column. 3. not.* vt procedat etiam si non sit quæ sita per aliquem actum verum nec fictum, sed ipso iure, ex *l. dispositione.*

Præterea & secundo in tantum etiam procedit ista lex vt habeat locum, tam in rebus mobilibus quam immobilibus: ita probat ista nostra lex in quantum dicit, *qualquier calidat qua sean.* Confirmatur, quia maioratus vinculum & prohibitio alienationis ita potest fieri in rebus mobilibus sicut in immobilibus: ita probat apertus textus in *leg. fin. Cod. de rebus alien. non alien.* text. in *l. si ita si quis. §. ea lege de verbor. obligat.* text. in *leg. fin. §. sed quia. Cod. commun. de legat.* text. in *Authent. res qua. eodem titul.* vnde nostra lex Tauri in omnibus intelligatur: nec obstat text. in *cap. 1. §. fin. de feudi cognitione*, vbi feudum non potest constitui, nisi in rebus soli vel solo cohærentibus, quia procedit tantum in feudo. Vterius etiam & tertio in tantum procedit ista nostra lex Tauri, vt talis possessio quæ transfertur in successorem maioratus sit ciuilis & naturalis: ita expressè determinat nostra lex Tauri, dum dicit, *ciuily natural.* & in hoc reputo eam mirabilem & notandam: quia si lex hoc non diceret, tantum intelligeretur quæ sita possessio ciuilis & non naturalis: quia cum quæretur ipso iure, mediante lege naturali, non deberet quæri cum illa requiratur actum corporalem verum vel fictum? & in expresso istam sententiam & declarationem tenet solus Ancharran. in *d. cap. 2. de consuet. 2. colum. in princip.* vbi dicit, quòd possessio quæ ipso iure quæritur mediante lege vel statuto erit tantum ciuilis & nullo modo naturalis ex prædicta ratione: vnde fortè ex hoc lex ista expressè declarauit, quòd vtraque possessio quæretur & procedit prædicta lex, etiam si successor maioratus sit in absentia rerum, quòd aperte probatur ex dicta lege tertia cum simpliciter, generaliter, & indistinctè loquatur. Item etiam quia præsentia rerum non est præsumenda nisi probetur. Item etiam quia cum lex loquatur in successore vniuersali rerum maioratus, non est dicendum nec præsumendum quòd omnes res erant in præsentia successoris, mortuo possessore maioratus: nec obstat si subtiliter dicas quòd isto casu impossibile videatur quòd in eum transferatur possessio naturalis cum non interueniat, nec interuenire possit aliqua apprehensio rerum ex qua sequatur naturalis possessio, nec similiter interueniat aliquis actus fictus cum lex prædicta non procedat fingendo, vt dixi. Confirmatur ista difficultas, quia facilius conseruatur possessio quæ sita quam quæretur de nouo: text. est notabilis in *l. arboribus versicul. quid tamen. ff. de usufruct. iuncta l. communis seruus, §. procurator. ff. de acquirenda possess.* text. in *l. si is qui animo. eod. tit. iuncto text. in leg. prima §. adipiscimur, versiculo sed furiosus.* & istam doctrinam ponit Aretin. Socinus & Iason. in *l. generaliter. eod. titul.* facit text. in *leg. patre furioso. Digest. de his qui sunt sui vel alien. iur. text. in l. inuitus. versicul. 1. ff. de regul. iuris. text. in leg. Papinianus §. si*

§. si filius de inoffic. testam. text. in l. 1. §. quod autem ait prator, ff. de superfic. sed in absentia non conseruatur possessio naturalis, sed tantum civilis, vt in leg. clam possidere. §. qui ad nundinas, cum siml. ff. de acquirend. possess. ergo qualiter in casu huius legis Tauri, etiam in absentia potest quæri illa naturalis, & certe istæ sunt subtiles impugnationes contra istam legem, sed respondeo subtiliter, quod cum possessio civilis & etiam naturalis & omnis eius effectus sit ius & non factum, vt supra dixi & probaui; & in his quæ sunt iuris lex possit disponere sine aliquo medio fictionis, vt etiam ibi dixi, merito prædicta lex potuit vtramque possessionem sua dispositione transferre in successorem maioratus, ex qua lege sic confirmata ego infero esse nouissimam legem ad hoc quod licet in absentia sola civilis possessio retineatur & naturalis amittatur, quando vtraque erat iuncta, vt in l. clam possidere. §. qui ad nundinas, cum siml. eodem tit. tamen hodie solum in isto casu successor maioratus acquirit & retinet in absentia vtramque possessionem tam civilem quam naturalem: & in hoc consistit vera & realis declaratio istius legis credo tamen quod si semel deueniat in actualem possessionem, & postea exeat de re quod amittit naturalem & retinet civilem, vt infra dico. Quartò, intantum procedit ista lex vt habeat locum etiam si successor maioratus sit absens & ignorans, & aperte colligitur ex ea; pro quo facit, quia sicut possessio mediante procuratore, seruo, vel alio potest acquiri, vt in leg. 1. Cod. de acquirend. possessione. textus in leg. si procurator. la 1. supra de acquir. rerum dot. Glos. & communis opinio. in leg. 1. §. per procuratorem. & in lege prima, §. ita acquirimus. de acquirend. possess. textus in lege Labeo, ff. de usucap. ita potest quæri mediante dispositione legis; & ita tenet Molina de primog. cap. 12. num. 24. Tiraq. de morte 2. part. declar. cap. 17. n. 4. & latius in num. seq. pluribusque & vrgentissimis fundamentis probabimus id procedere: quo fit vt necessarium non sit requisitum à Palacios Rube. hic desideratum: vt scilicet probare teneatur is qui præ tendit in se translata ipso iure possessionem bonorum maioræ vocatum esse absque vlla dubitatione ad maioratum post mortem possessoris, de quo plenè ac integrè constare debere ait: verum cum lex semper sit certa de vero successore statimque mortuo possessore transeat possessio in eum, qui verè vocatus est, licet ipse ignoret esse vocatum vel prædecessorem mortuum, necesse non est ab ipso id probari, vt doctè animaduertit Matiençus in lege 8. tit. 7. libro quinto glos. quarta per totam. sed contrariam sententiam, scilicet successorem maioratus à primo institutore vocatum, & ex natura primogenij à lege admissum prius quam possessio in ipsum transferatur, tenet Palacios hic numer. 2. Gregorius in l. 7. tit. 4. part. 5. verbo, possessio. Mieres in tractatu maioratum 3. p. quæst. 20. per totam, & his non relatis Molina lib. 3. cap. 13. num. 12. & 13. Velazquez de Auendaño, hic glos. 8. numero 8. & 9. vbi eum vocatum ad successionem maioratus, dicit vt possessio huius legis ei competat affirmat illum cuius vocatio aut institutio ex coniecturis deducitur, idemque testatur Molina libro tertio, cap. 13. num. 43. Confirmatur quia lex potest conferre beneficium suum inuitis, ergo & ignorantibus: textus est in l. etiam inuitis, ff. de acquir. rer. dom. text. in l. qui potest, ff. de regul. iuris. Quintò, intantum procedit ista lex, vt habeat locum etiam si successor maioratus sit incertus de rebus, ratione loci & quotæ: ita solus Socinus in l. 3. §. incertam, ff. de acquir. possess. in princip. cuius ratio est, quia sufficit esse certum per legem, & lex semper est certa, vt in l. cum quidam. §. suum heredem, de acquirend. hered. textus in leg. illud,

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

ff. si pars her. pet. Præterea & sextò intantum ex dispositione istius legis Tauri transit possessio ipso iure in successorem maioratus, vt procedat & habeat locum etiam si possessio prædictarum rerum sit apprehensa & occupata per alium, in vita possessoris maioratus vel eo mortuo, & etiam si ipsemet possessor maioratus tradiderit alteri possessionem prædictarum rerum: Sequuntur eandem sententiam Cumanus, Iaso, Claudius, Cassius, Corsetus, Ruinus, Decius, Afflictus cum pluribus aliis relatis à Tiraquello in tractatu de morte 3. declaratione quinta partis n. 7. Molina lib. 3. de primogeniis cap. 12. n. 17. Matiençus late id disputans in dict. l. 8. tit. 7. lib. 5. recop. glos. 5. à numer. 1. cum tribus sequentibus. & Velazquez hic glossa 9. per totam & glossa 6. etiam per totam. Gabriel lib. 5. commun. opin. tit. de acquir. possess. concl. 9. num. 18. Suárez in l. 8. tit. de las herencias lib. 3. fori, num. 15. Greg. in l. 6. glos. penultim. tit. 3. part. 6. Gomez Arias hic, num. 6. Couar. lib. 3. variarum cap. 15. num. 6. & ita expressè determinat ista lex, ibi dum dicit, aunque aya otro tomado la possession. & c. in quo similiter est exorbitans & valde notanda, quia si non expressisset nullo modo transiret possessio quando esset occupata ab alio: quia de iure communi licet caueatur lege vel statuto quod possessio defuncti vel alterius continetur in heredem vel successorem vniuersalem vel particularem, debet intelligi nisi medio tempore, hoc est in vita defuncti vel post eius mortem fuerit occupata ab aliquo tertio, quia tunc non continuatur: ita subtiliter probat text. in l. Pomponius, §. quæsitum, ff. de acquirend. possess. vbi dicit textus quod si in vita defuncti vel post eius mortem possessio rei, quam defunctus vsucapiebat, fuerit occupata ab aliquo tertio, non continuatur heredi vt detur accessio ad vsucapionem complendam, ad idem est textus in l. nunquam, §. vacuum, ff. de usucap. text. in l. possessio testatoris, eod. tit. Glossa notabilis & communis opinio in leg. cum miles, in gloss. fin. in fin. ff. ex quibus caus. maior. ergo sic dicamus in nostro casu, quod si lege vel statuto cauetur, quod in aliquem successorem transeat & continetur possessio ipso iure, intelligatur nisi ab alio occupata: & per illum text. in d. lege Pomponius, §. quæsitum. & sic inductum, istam conclusionem & doctrinam tenet ibi Cuman. in fin. idem Cuman. in l. cum heredes, in fin. ff. de acquirend. possess. idem tenet Aretin. reputans esse singularem & nouum in materia in l. 3. §. Labeo, si colum. in medio, eod. tit. Alexand. non allegando prædictos Doctores. in con. suis. 2. volum. cons. 83. 2. colum. tenet etiam & reputat singularem Ias. in l. si sorori. Cod. de iure doti. 2. colum. in medio. Philip. Dec. in 4. vol. con. 467. 2. col. n. 8. idem tenet & commendat Ias. in dicto paragrapho quæsitum 1. colum. num. 2. item tenet ante omnes Ioann. de Imol. qui ab aliquo non allegatur in con. suis. cons. 16. 2. colum. num. 4. vbi plus dicit, & est notabile verbum quod etiam eo casu quo sola possessio civilis est occupata, naturalis possessio non transiret in alium virtute legis vel statuti: idem tenet & commendat Barbat. 2. vol. cons. 58. i 1. colum. num. 20. contrarium ergo vult hodie nostra lex Tauri. imò quod transeat possessio etiam si ab alio fuerit occupata, & hoc est quod significant & important prædicta verba legis, & hoc potuit facere illa lex, quia princeps condendo legem generalem, potuit auferre illud ius possessionis alicui quæsitum & alteri applicare: argumenta textus in l. Antiochensium, & ibi Bartol. & Doctor ff. de priuil. cred. & in l. si priuatus, ff. qui, & à quibus, & in lege venditor, §. si constat, ff. commun. prad. in leg. Lucius, ff. de euic. in leg. Item si verberatum, §. 1. de rei vendic. notat Bartol. in proæmio. digestorum 3. colum. Paul. & Doctor. in l. fin.

Cod. si contra ius, vel util. public. modern. in l. Gallus, §. & quid si tantum de liber. & posthum.

Nunc autem circa istam legem quæro de subtili & necessaria quæstione si forte successor maioratus sit infans, vel furiosus, vel mente captus an in eum transeat ipso iure possessio, virtute eius legis? Et videtur quod non. Primò, quia in quærenda possessione requiritur animus & voluntas quærendi ut in l. 3. & in l. quemadmodum, ff. de acquir. possess. cum similibus supra suo loco allegatis, sed tales personæ sunt inhabiles & incapaces eorum quæ consistunt in animo ut in l. diuus Marcus in princip. ibi, eo furore esse, ut continua mentis alienatione omni intellectu careat, ff. de offic. presid. text. in l. furiosum, C. qui testam. fac. pos. text. in l. pupil. si fari. de acquirend. hered. ibi, quamvis non videatur scire, huiusmodi ætatis puer: nec enim scire nec discernere talis ætas potest, non magis quàm furiosus, textus in lege secunda, §. furiosus, ff. de iure codicill. text. in l. qui iurasse, in fin. princip. ff. de iureiur. ibi quamvis pupillus non videatur per iurare, quia sciens fallere non videtur. text. in lege final. ff. de iuris & fac. ignor. text. in §. præterea Inst. quibus non est permis. facere testam. cuius verba sunt, præterea testamentum facere non possunt impubes, quia nullum eorum animi iudicium est: item furiosi, quia mente carent, textus in lege cum prator, prope fin. ibi, quidam natura ut surdus, mutus, & perpetuò furiosus & impubes: quia iudicio carent, ff. de iudic. text. in lege prima Cod. de falsa moneta, in verb. impubes. ibi, quia ætas eorum quid videatur ignorat. textus in paragrapho pupillus, post princ. Inst. de inuest. stipul. ibi, quia huiusmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum. textus in l. furiosi, ff. de regulis iuris, cuius verba sunt, furiosi in eius, cui bonis interdicitur nulla voluntas est, & ex ista ratione non possunt de iure communi acquirere possessionem. text. est in l. 1. §. adipiscimur, versic. sed furiosus, ff. de acquirend. possessione cuius verba sunt, sed furiosus & pupillus sine tutoris autoritate non potest incipere possidere, quia affectionem tenendi non habent. text. in l. quamvis, §. infans ibi, nullus sensus infantis est accipiendi possessionem, ergo eis non potest quæri prædicta possessio civilissima virtute istius legis Tauri. Secundò pro ista parte facit, quia princeps vel lex civilis positiva non potest tollere nec supplere defectum naturalem text. est notabilis in l. fin. C. de testam. milit. text. in l. discretis, in princ. C. qui testam. fac. pos. text. valde notabilis in l. 1. §. ceterum, ff. de acquir. possess. facit bonus text. in l. cum prator, prope finem, ff. de iudic. ibi, quidam natura, ut surdus, mutus & perpetuò furiosus, & impubes: quia iudicio carent: & istam regulam & doctrinam pro notabili ponit Paul. de Castr. in lege qui in potestate, §. 1. in fin. ff. de testam. idem Paul. in l. quidam consulebant, ff. de reg. iur. post princ. Abbas, Panor. in c. cum vigesimum annum, de offic. de legat. 2. col. numero 2. Bart. in l. si quæramus, ff. de testam. 2. col. n. 6. facit etiam doctrina Innoc. in c. sciscitatus, de rescript. numero 2. vbi dicit quod inhabilitas iudicis quæ provenit ab ipsa natura, ut quia sit furiosus vel infans, reddit semper processum nullum, etiam si illa exceptio non sit opposita à parte, licet secus sit quando est inhabilitas quæ provenit à lege, ut quod sit infamis, servus vel mulier: quia iudicium valet nisi opponatur ante litem contestatam, quam conclusionem & doctrinam tenet & sequitur ibi Ant. 2. col. n. 20. Imol. 2. col. n. 14. & alij Doctor. ibi: ergo per illam legem Tauri non possit suppleri talis defectus naturalis, & sic eius non quærat possessio. Tertio facit, quia lex positiva etiam si procedat fingendo, non potest fingere super his quæ sunt impossibilia de natura in genere: textus est notabilis & ibi communis doctrina, in lege qui

ad cert. ff. de loc. text. in l. adop. la 1. de adop. text. in l. lex Corn. in fin. de vulg. & pup. text. in l. qui decem, §. si cum mihi, in fin. verbis, infra, de sol. text. in §. minor. Inst. de adop. textus in lege si sponsalibus, §. 1. de iure dot. text. notabilis qui non solet allegari, in l. heredes, §. an ea stipulatio. ibi, quia talis stipulatio per l. 1. 2. tab. non dividitur, nec potest, ff. fam. erc. text. formalis & expressus in l. 2. §. fin. ff. de usufruct. earum rerum qua usu consuetud. tenet Glossa ordinaria & ibi communis opinio in l. Gallus, §. si eius in glos. fin. in fin. de lib. & postum. Glos. notabilis & ibi Doctores in l. 3. in glos. 1. ff. pro socio, tradit Bart. in l. si is qui pro emptore, 9. colum. n. 21. & latius Ias. ibi, n. 21. Bartol. in l. eandem, ff. de duobus reis, 1. col. & ibi Angel. & Imol. Bart. in l. sub conditione de solut. ergo virtute illius legis non potest transferri prædicta possessio in successorem maioratus, infantem vel furiosum, vel aliàs inhabilem à natura. Sed his non obstantibus teneo contrarium, imò quod etiam si successor maioratus sit infans, furiosus, vel mente captus, vel surdus & mutus à natura, transeat in eum illa civilissima possessio & habeat locum illa lex & eius dispositio: Prout in specie tenet Gregor. in l. 7. 4. part. 5. glos. 1. in fin. Tiraquellus in tract. le mort. saisi le vif, declarat. 16. 2. part. n. 3. & latius in declaratione 17. Molina libro 3. de primogeniis, c. 12. numero 24. Matiençus latè in dicta lege 8. titulo 7. libro 5. glossa 1. numero 25 inducens ad huius sententiæ comprobationem leg. 3. in princ. ff. de acquir. possess. noviterque illam intelligens Mieres in tractat. maioratus 3. part. q. 2. n. 4. ad fin. vbi hanc possessionem ei qui est in vtero competere docet in n. 5. & per totam quæst. Primò quia considero quod ista acquisitio possessionis non fit nec inducitur à lege mediante aliquo actu exercendo in persona infantis vel furiosi, sed provenit & transfertur ipso iure à lege: vnde in his quæ sunt iuris, lex potest disponere sine medio alicuius actus vel fictionis, nulla habita consideratione ad habilitatem personæ, ut supra dixi & conclusi: vnde iura superiora in contrarium adducta loquuntur quando aliquis actus deberet exerceri per infantem vel furiosum, & probat bonus text. iuncta communi sententia in l. cum pater, §. surdo, de legat. 2. vbi surdo & muto & inhabili quæritur legatum & onus eius. Secundò pro ista mea sententia & conclusione facit text. in l. quamvis, §. infans, ff. de acquirend. poss. cum simil. vbi disponitur quod infans, vel furiosus mediante tutore vel curatore potest quætere possessionem, quia suppletur iudicium infantis vel furiosi per eos, ergo a fortiori mediante lege possit eis quæri possessio & suppleri iudicium. Tertio facit text. in l. seruo furioso, ff. de vsucap. text. in l. 1. §. item acquirimus, ff. de acquir. possess. vbi habetur quod infans vel furiosus possunt acquirere possessionem & vsucapere vel præscribere mediante seruo proprio: ergo à fortiori mediante lege. Quarto pro ista sententia & conclusione facit text. notabilis in proposito in l. iubemus, in fin. C. de emancip. liber. vbi emancipatio & eius effectus, quia est iuris, potest fieri per patrem & acquiritur filio infanti & omnino carenti intellectu & consensu ex sola dispositione illius legis: ergo eodem modo acquiritur possessio & eius effectus in casu nostro ex dispositione huius legis Tauri. Quintò facit subtile fundamentum, nam licet aditio hæreditatis & eius acquisitio requirat animi declarationem verbo vel facto, ut in l. pro herede, & in l. gerit, & quasi per totum, ff. de acquirend. hered. tamen in casibus in quibus hæreditas & eius dominium ipso iure acquiritur ex potentia fuitatis vel aliàs quæritur etiam infanti & furioso: text. est notabilis & expressus in l. Antistius, §. si. de acquir. hered. & ibi notat Bald. Aretin. Ang. & communiter alij

alij Doctores, & illum ad hoc summè notat Ias. in lege ex facto, ff. de vulgar, & pupil. 12. columna numero 56. text. in l. fin. §. sin autem perpetuus, Cod. de curat. furios. & ibi notat Bart. Bald. Salicet. & communiter Doctores text. in l. Lucius, ff. de iure sci. text. in l. qui duos, §. cum in bello, ff. de reb. dub. tenet notabiliter Bart. in l. ventre praterito 6. col. num. 18. versic. 3. reg. ff. de acquirend. hered. & ibi communiter Moderni, idem Bartolus, in l. si infanti. 4. col. num. 10. Cod. de iure deliber. & ibi Alex. & communiter Doctores. facit etiam tex. singularis & vnicus in suo casu secundum Paulum & modernos ibi, in l. si infanti. C. de iure deliber. vbi habetur, quod si hæreditas est delata alicui infanti, & talis infans decedat hæreditate non adita, illa hæreditas & plenum dominium eius censetur ipso iure quæsitum infanti, & transmittitur & quæritur postea ipsi patri superstiti ex beneficio illius legis ergo eodem modo dicamus in nostro casu quod ex dispositione huius legis Tauri, quæratur possessio ista ciuillissima successorum maioratus, etiam infanti vel furioso. Sextò, pro hac sententia & conclusione facit, quia dignitas regalis, ducatus, vel cuiuscunque maioratus, & ipsa iurisdic-tio quæ defertur iure successionis transit etiam in infantes, vel furiosos, vel omninò inhabiles, licet administratio non possit per eos exerceri, sed per tutorem, curatorem, vel coadiutorem: text. est in c. grandi, de supplen. neglig. pr. lat. lib. 6. & ibi communis opinio, facit etiam bonus text. in l. 1. & 2. C. de tutoribus vel curatoribus illustrium vel clarissimarum personarum, & ibi notat Albert. Angel. de Perus. & communiter Doctores text. in c. 1. §. versic. personam per quos fiat inuestitura, in vsib. feudor. & istam doctrinam & conclusionem tenet Bald. in c. cum vicesimum annum de offic. delegat. 1. colum. n. 5. tenet etiam notabiliter Angel. de Perus. in l. cum prator. non autem, ff. de iudic. n. 2. & ibi Paul. de Castr. & ante eos Albericus, ergo mediante prædicta lege transeat hodie possessio & effectus eius in successorem maioratus, etiam infantem, & furiosum, per nostram legem, cum sit ius pertinens & annexum in rebus maioratus, & eius successionem & dignitati.

Imò quod magis est, non solum in hæredem vel successorem potest per legem induci, quod transeat possessio, sed etiam in hæreditatem iacentem ita probat text. singularis & subtilis in l. coeptam, ff. de vsucap. vbi patet quod hæreditas iacens potest comple-re vsucapionem vel præscriptionem coeptam per defunctum, sed hoc non posset procedere nisi mediante possessione quæ sit continuata in hæreditate iacente, facit text. in l. gerit, ff. de acquir. hered. vbi dicit quod qualis possessio transit in hæreditatem iacentem, & ibi notat & declarat Paul. 2. col. & alij Doctores. Sed veritas est, quod in hæreditatem iacentem nulla vera nec propria transit possessio, etiam quoad vsucapionem vel præscriptionem, sed in illo casu specialissimo necessitatis causa, ne quotidie interpelletur vsucapio, vel præscriptio, introductum est, quod mediante titulo & possessione defuncti hæreditas iacens possit compellere illam sine aliqua possessione: ita tenet & declarat Angelus, Paul. de Castr. Ioan. de Imola & communiter Doctores. in d. l. coeptam, ff. de vsucap. tenet etiam & declarat Paul. de Castr. & alij DD. in l. nunquam, §. vacuam, eod. tit. Secundò pro ista parte, quod per legem vel statutum possit fieri quod in hæreditatem iacentem transeat ipso iure possessio, facit text. notabilis in l. hæreditas in multis, ff. de acquir. rerum domin. vbi dicit quod illud, quod non requirit exercitium alicuius facti potest transire in hæreditatem iacentem, aliud verò non: sed possessio, ius, & effectus eius potest per legem ipso iure transferri sine exercitio alicuius actus vel facti, vt

Ant. Gomez ad leg. Tauri.

supra dixi & conclusi, ergo bene poterit virtute legis transferri possessio, in hæreditatem iacentem, sicut transit dominium, obligatio, & cætera iura: & in specie reperio quod ita notabiliter tenet & determinat Philipp. Dec. in consiliis suis 4. vol. cons. 467. qui bene loquitur.

Præterea circa istam legem quæro de noua & subtili quæstione, si illa possessio quæ transfertur ex dispositione illius legis ut illamet & eadem possessio quæ erat penes defunctum, vel sit alia noua & realiter distincta possessio: constat enim, quod in casu quo post mortem defuncti hæres vel successor vniuersalis apprehendit possessionem, illa est noua & realiter distincta possessio, & non vetus vel antiqua quæ erat penes defunctum: ita probat textus expressus in leg. cum hæredes, ff. de acquir. possess. & ibi notat & declarat Paul. de Castr. & alij Doctores. ad idem est text. in §. eiusdem l. ibi, noua pos. opus sit, & idem est in quolibet successore particulari qui mediante contractu apprehendit possessionem, quia sua possessio erit noua, & non illa quæ erat penes tradentem: ita probat text. not. & vnicus in suo casu secundum Bart. & Doct. ibi, in l. si is qui pro emptore, §. si quis bona fide, ff. de vsucap. ibi, quia initium secunda possessionis vitiosum est, text. in l. qui fundum, ff. qui bona fide, ibi, quia initium secunda possessionis, ff. pro emptore dubium ergo est in casu huius nostræ legis; an ista possessio quæ transit in successorem maioratus sit illa quæ erat penes defunctum, an alia noua & distincta? In quo subtili articulo dico, quod videtur, quod sit eadem possessio. Primò, ponderando illam legem in quantum dicit se iraspasse; nam illud, se, est relatiuum substantiæ & videtur referri ad possessionem defuncti, & non ad aliam: quia alia non est quæ transferri possit: ergo illamet possessio est quæ transfertur. Rursus & secundò pro ista parte pondero istam legem in quantum dicit iraspasse, nam proprie transferri dicitur aliquod ens de vno ad alium; argumento text. in l. nemo plus iuris, ff. de regul. iuris text. in l. traditio, in princ. supra de acquirend. rer. domin. text. in l. si quis filium, §. 1. ff. de acquirend. hered. text. in l. illud, §. fin. ff. de contra tabul. text. in l. apud hostes, Cod. de suis & legit. hered. text. in l. 3. Cod. de iure deliberan. text. in l. cum antiquioribus eodem titul. text. in l. vna, Cod. de his qui ante apert. tabul. vbi habetur quod quando fit transmissio intelligitur de eadem hæreditate defuncti, & de eodem iure sibi competenti, ex quo dicebat Bald. in Authent. defuncto, Cod. ad Tertull. 2. column. post princ. quod in casibus in quibus aliquid transmittitur idem transmittitur. Tertio facit, quia quando possessio acquiratur per hæredem vel successorem vniuersalem vel particularem mediante suo facto, & mediante vera & naturali apprehensione, prout quærebatur de iure communi, illa bene erat noua & distincta possessio: & ita procedunt & debent intelligi iura superius per me allegata: sed in casu huius legis transfertur possessio ipso iure sine aliquo actu, erga illamet quæ erat penes defunctum; & in expresso ita reperio quod tenet Bald. in rub. de causa possess. & pro secunda col. in medio n. 11. vbi expressè dicit, quod si mediante statuto transfertur possessio in hæredem, illa est potius continuatio possessionis quam noua possessio: idem aperte tenet Bald. in Authent. defuncto ad Tertullian. 2. column. n. 6. Sed his non obstantibus ego teneo contrarium, imò quod possessio quæ hodie per istam legem transit in successorem maioratus, sit noua & realiter distincta possessio, & non illa quæ erat penes defunctum. Primò, quia considero quod ista nostra lex solum intendit dispo-nere & vult, quod possessio quæratur & transeat in successorem maioratus sine aliquo actu apprehensiuo

& in alio non se intromittit, vnde erit noua possessio, non vero illa quæ sit penes defunctum. Secundo pro hac mensentia & conelusione considero valde subtiliter verba illius legis in quantum dicit, quod in successorem maioratus transeat possessio, etiam si possessio re maioratus sit occupata per alium in vita possessoris maioratus, vel post eius mortem, vel etiam si ipse possessor maioratus in vita tradiderit alteri possessionem earum: si enim possessio erat ab alio tertio occupata in vita possessoris præcedente voluntate & traditione eius, vel non præcedente: ergo iam primus possessor maioratus amisit possessionem in eius vita, si amisit, ergo illa quæ transit in successorem non est illa quæ sit penes defunctum cum fuerit amissa, sed erit noua & alia penitus distincta. Ita etiam affirmat Gregor. Lopez in l. 7. tit. 4. de donat. part. 3. gloss. 1. post medium, verbo sed quid si iste, Molina lib. 3. de primogeniis cap. 12. num. 22. Matiençus in l. 8. tit. 7. lib. 5. recopilat. gloss. 5. num. 7. Cassius in epitome feudorum p. 6. charta 5. Tiraquellus in tractatu de morte p. 5. declarat one 5. n. 1. Velazquez de Auendaño hic glossa 6. n. 10. nec obstat prima consideratio quam fecit ad istam l. in quantum dicit *traspase*, quia respondeo quod illud verbum debet referri ad ipsam possessionem quæ de nouo transfertur ipso iure mediante ista lege non vero ad primam antiquam possessionem. Nec obstat etiam secundum fundamentum in quantum dicit ista lex *traspase*, quia respondeo quod quando aperte constat in lege vel dispositione quod agitur de transferenda aliqua hæreditate: vel transferenda aliqua re vel iure determinato vel secundum subiectam materiam de alio non potest intelligi, tunc de illa re vel iure intelligitur: secus vero in nostro casu, vbi non constat quod loquatur de eadem antiqua vel prima possessione, imo repugnat regulis iuris: qui tunc oportet intelligere nostram legem in noua & realiter distincta possessione, & vltra hoc verba nostræ legis hoc significant, prout ponderaui: & istud est quod teneo & sentio in hoc subtili articulo. Ex quo potest inferri quod si lege vel statuto caueatur, quod ex nouo dominio vel possessione quæ sita soluatur certa pensio vel gabella regi vel alteri domino temporali soluetur de ista possessione de nouo per legem quæ sita: non verò soluitur de eadem & antiqua possessione in successorem vel alium continuata.

115 Vterius circa istam legem quæro, si talis successor maioratus, in quem virtute huius legis est translata possessio perueniat in veram & actuaalem possessionem rerum, si statim desinat habere illam legalem & ciuili iurisdictionem possessionem, & acquirat veram & propriam possessionem acquisitam ex actu vero & naturali apprehensionis & breuiter teneo quod sic: imò quod magis est dico, quod in omnibus casibus in quibus quis acquisiuit possessionem per clausulam constituti, vel per quemlibet alium actum fictum, si postea talis possessor perueniat in veram & actuaalem possessionem quæ sita per actum naturalem apprehensionis, statim cessat illa possessio quæ sita per actum fictum, & acquirat nouam possessionem quæ sita per actum verum & naturalem: ita singulariter tenet solus Franc. de Aret. in l. quod meo 2. colum. prope fin. numer. 11 Digest. de acquirend. possess. licet contrarium videtur tenere Bald. in cap. 1. paragrapho si facta numer. 5. si de feudo fuerit controuersia inter dominum & agnatum vasalli. pro qua sententia mea & Aretini facit primò text. ille singularis in l. qui habet ff. de rural. vbi probatur quod quando in aliquo actu concurrat duplex causa, vna naturalis & alia accidentalis, semper præualeat & est attendenda naturalis: & ad hoc illum text. dicit singularem & vnicum Alberic. ibi in princip. notat etiam & commendat Barto. Bald. &

commun. alij Doct. & notat & commendat Bald. vbi plura bona ex illo textu inferunt. in l. 1. C. de curato. furio. 1. colum. in princ. & notat & commendat Iaso. in l. si arrogator. ff. de adoption. num. 43. Secundo pro ista subtili conelusione facit bonus text. in l. fundo legato ff. ad l. Falcid. vbi dicitur quod ille qui est factus dominus ex vna causa, si superueniat alia causa, quæ habet originem vetustiore, statim desinit habere ex illa ex qua effectus erat dominus, & incipit habere ex vetustiore: & ad hoc notat ibi Paul. & Imol. & communiter Doct. Bart. in l. 3. §. ex plurib. 2. colum. 5 oppos. & in 3. colum. ff. de acq. poss. melius & notabilius ibi Paul. de Cast. pen. colum. in princ. vers. notandum. & post eum communiter moderni. Sed in nostro casu concurrat causa legalis vel artificialis, hoc est, acquisitio possessionis mediante ista lege vel actum fictum inductum à lege ciuili, & concurrat causa naturalis apprehensionis quæ habet originem vetustiore cum illa descendat à iure naturali, ergo illa potius attendatur. Tertio facit text. in l. his verbis ff. de adm. tit. per quem tenet Bald. in l. non enim aliter. eodem op. 1. lectura. 2. colum. n. 4. quod vbi habemus veritatem non inquirimus fictionem. Quarto facit text. notabilis in l. generaliter in princip. ff. de fideiuss. vbi si in aliquo actu vel persona concurrunt plures qualitates vel obligationes ad eundem effectum tendentes semper attenditur illa quæ potentior & principalior est ad idem textus vbi notat Paul. & Doct. in l. si reus ff. de duob. reis notat Bartol. in l. 2. post princ. ff. de verb. oblig. text. in l. quaritur de statu. homin. & ibi notat Bar. Bald. Ang. & communiter Doct. text. in Authen. itaque com. de success. Quinto text. notabilis in l. ex facto ff. de vulga. & pupill. vbi si pater habet a principe facultatem substituendi pupillariter filio suo muto, si postea talis filius filios legitimos habuerit reuocatur talis licentia, & substitutio reuocatur: quia causa illa ficta & specialis substitutionis cessat superueniente causa vera & naturali in cuius defectum fiebat. Sexto text. in l. humanit. Cod. de impuber. & aliis, vers. ita tamen: vbi si est facta substitutio exemplaris filio mente capto, expirat ipso iure, adueniente sana mente. Septimo, text. in l. cum res, Cod. de contra. empr. vbi probatur quod quando in acquisitione possessionis concurrunt plures causæ vel tituli, quarum vna est valida, plena & perfecta, ex illa sola & non alia quaritur possessio, ergo sic dicamus in proposito quod per veram & naturalem apprehensionem rei maioratus cessat prima possessio legalis ciuillissima, vel quælibet alia quæ sita per actum fictum. Ex qua sententia & conelusione confirmata, ego singulariter, infero, quod licet hodie per istam nostram legem successor maioratus habeat vtranque possessionem ciuilem & naturalem etiam in absentia, vt supra dixi & conclusi: tamen illud erit verum si adhuc talis successor non apprehendit veram & naturalem possessionem rerum per naturalem apprehensionem: si verò talis successor perueniat in veram & naturalem possessionem per actuaalem apprehensionem, & postea se absentet: tunc non retinebit in absentia possessionem naturalem, sed solam ciuilem: quia iam cessauit illa ciuillissima possessio. Item etiam poterit amittere, etiam ciuilem possessionem per longam absentiam vel per eos modos per quos alius possessor amitteret, nec obstat quod ista lex nostra Tauri transtulit possessionem successoris maioratus, etiam in absentia: ergo etiam hodie in absentia retineat, quia facilius iura nostra conseruamus quam acquiramus de nouo: vt in l. 1. §. quod ait. Digest. de superfi. & tenet Glossa notabilis ordinaria in l. 1. gloss. ff. de acquir. posses. ergo, &c. quia respondeo quod nostra lex inducit de nouo in successore maioratus ex iusta & necessaria causa, tamen postquam successor apprehendit possessionem.

cessionem per actum naturalem, & se absentat, ipse perdit eam sua propria culpa, & lex non prouidet tali casu. Ex qua sententia & conclusio sic confirmata infero notabiliter, quod in casibus in quibus ipso iure, ex legis dispositione quis consequitur dominium, vt legatarius, fideicommissarius, donatarius causæ mortis vel similis, si postea verè & naturaliter apprehendat rem vel sibi sit facta traditio, cessabit illud dominium legale & datiuum, & consequetur verum & proprium dominium acquisitum per actum naturalem & omnem effectum eius.

116 Item pro declaratione nostræ legis quæro, an ista lex & eius dispositio habeat locum & procedat in quibuscunque bonis vinculatis & subiectis restitutioni, ratione alicuius contractus vel vltimæ voluntatis scilicet in casibus in quibus grauamen afficeret rem, vt in eis transeat possessio ipso iure in successorem & teneo quod non, imò quod solum habeat locum & procedat nostra lex in rebus maioratus qui sit constitutus cum licentia principis, & ratio vera & fundamentalis est quia talia bona propriè dicuntur esse maioratus in nostro regno, vt in leg. 41. cum tribus sequentibus supra his ll. Tauri. alia verò bona, licet sint vinculata, non tamen dicuntur maioratus cum in eis non interueniat principis licentia. Hanc sententiam tenet etiam Gomez Arias in leg. 25. Tauri num. 62. Salazar de vsu & consuetudine capit. final. & in dubium renocat Palacios Rubens in leg. 24. Tauri num. 82. sed contrarium est receptius, vt latius videre poteris in l. 40. num. 36. ibi, quodlibet grauamen vel vinculum, & videas vltra ibi allegatos Mieres in tractatu maioratum 3. p. 9. 1. per totam. Padillam in rub. Cod. de fideicommissis num. 9. Peraltam in l. 3. §. qui fideicommissa numero 138. ff. de hered. instituendis, Gregor. Lopez in l. 32. tit. 9. p. 6. Glos. magna fol. 70. column. 4. versic. item aduertend. Azeuedus in l. 8. tit. 7. lib. 5. recop. num. 1. Confirmatur ista sententia & conclusio, quia quando lex fundat se in aliqua qualitate, ante omnia debet constare de illa qualitate, & nunquam habet locum in alio casu in quo non verificetur illa qualitas: text. est notabilis & expressus in l. prator ait, §. hac autem actio, versic. doceréque, ff. de vi bonor. raptor. & ibi notat & commendat Alber. Angel. de Peru. & alij Doctores antiqui text. in l. 1. §. habet itaque, ff. si quis testam. liber esse iuss. fuer. text. in l. 3. §. hoc autem interdicto versicul. itaque, ff. de itiner. actuque priuat. text. in l. 1. §. ait prator, ff. ne quid in flumine publico: sed ista nostra lex expressè loquitur & disponit in rebus maioratus, ergo in rebus illius qualitatis tantum intelligatur & non in aliis. Confirmatur etiam, quia secundum communem vsu loquendi in nostro regno, illa bona tantum dicuntur esse maioratus, quando in eis concurrat voluntas & licentia principis & non alia bona cuiuscunque generis vel qualitatis sint, ergo nostra lex tantum de eis debeat intelligi, argumento text. in l. librorum §. quòd tamen Cassius, ff. de leg. 3. text. in l. Labeo, ver. nec mirum, ff. de supellect. leg.

117 Item quæro an ista lex eius dispositio procedat, & habeat locum in primo successore maioratus, vt mortuo fundatore transeat possessio in primum successorem eius? & videtur quod non, sed tantum in vltioribus successoribus, postquam bona maioratus iam fuerunt incorporata & radicata in primò successore. Primò, quia considero, quòd ista lex disponit, quòd, mortuo possessore maioratus, transferatur ipso iure possessio ciuilibis & naturalis in sequentem in gradu, & sic aperte vult, quòd illa bona habeant istam qualitatem maioratus apud defunctum possessorem, quæ quidem qualitas videtur cessare in primo fundatore & constituyente, vnde hoc casu non videtur habere locum eius dispositio.

Secundò & principaliter, quia considero subtiliter

verba huius legis in quantum dicit, quod mortuo possessore, possessio transeat in sequentem in gradu, ergo debet intelligi de sequenti proximo successore ipsius primi successoris grauati, non verò ipsius disponentis vel constituentis, argumento textus in l. cum ita legatur §. in fideicommissio, ff. de legat. 2. & eorum quæ ibi notat Bart. & communiter Doctores & in leg. peto, §. fratre eodem titulo.

Tertiò etiam facit, quia quando aliqua dispositio legis vel hominis fundatur in aliquo subiecto vel qualitate, prius & ante omnia debet præcedere, & verificari illa qualitas, & de ea constare, text. in l. hoc iure, ff. de verb. oblig. text. in l. ita stipulatus versic. 1. eod. tit. text. in l. 4. ff. de fideicommiss. liber. text. in l. 1. §. prægnantem, ff. de ventre in possessio, mittend. text. in l. prima, §. hac verba, ff. ne vis fiat ei, text. in l. diuus Traianus, ff. de milit. testam. text. in l. tribunus eod. tit. text. in l. quidem, ff. de iure codicil. text. in l. is qui heres, §. si quis dubitet de acqu. hered. text. in l. si quis consortium, C. de fabr. libro undecimo, & istam regulam & doctrinam tradit Bartol. & communiter Legistæ in l. in illa stipulatione si Calendis, ff. de verb. obligat. tradit etiam Innocent. & communiter Canonistæ in capitulo super his de accusat. ergo sequitur quod nostra lex & eius dispositio non habet locum in primo successore qui vocatur ad maioratum. Confirmatur etiam, quia in lege statuto, priuilegio, testamento, contractu, vel dispositione, principaliter verba sunt attendenda, & ab eis non est recedendum, text. est in l. non aliter, ff. de legat. tertio, text. in l. ille aut ille §. cum in verbis: eod. tit. text. in l. quod constitutum, ff. de milit. testam. text. in l. si seruum, §. prator ait, ff. de acq. hered. text. in l. prima, §. si is qui nauem, ff. de exercitoria, text. in leg. ad probationem, C. de probat. text. in leg. non distinguemus, §. de officio, ff. de arbitris, text. in capitulo porrò, de priuileg. text. in cap. recepimus eod. tit. text. in cap. consideramus de electione text. in capitulo final. de transact. text. in cap. 1. in fine de duobus fratribus à Capitaneo inuestitis in vsibus fendorum ibi propter tenorem inuestitura. Ex quo dicit ibi Bald. & communiter Doctores, quòd tenor concessionis feudi præfertur prope naturæ ipsius in tantum quod potius permittendum est, quod actus pereat quam a verbis legis recedere, si rei vel negotio conuenire non possunt. Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam, imò, quod ista legalis & ciuillissima possessio transeat in primum successorem vocatum & nominatum per disponentem ad ipsum maioratum.

Prima quia eadem ratio fundamentalis, qua lex ista est condita & habet locum in quolibet successore, habet etiam locum in isto primo successore, vt bona maioratus magis conseruentur, & sint vnita, nec aliquo casu possint dissipari vel alienari ex defectu possessionis: & quando sola vna ratio potest in lege considerari, illa habetur pro expressa, vt ex ea argui & inferri possit: Glossa est singularis in iure in l. quamuis, Cod. de fideicommiss. in glossa final. in fin. quam ibi notat & commendat Cinus, Alb. Bald. Paulus, Salicet, & communiter Doctores. Sed ista eadem ratio militat in nostro casu & quæst. nec potest diuersa considerari, ergo habeat locum eius dispositio. Confirmatur, quia quando constat de mente & ratione legis illa est semper attendenda potius quam verba: text. est in leg. non dubium, Cod. de legibus text. in leg. scire leges cum l. sequenti, ff. eod. tit. text. in l. scire oportet, §. illud versic. sed & maxime, ff. de execu. tutor. text. in l. 3. §. condition. ff. de adim. l. text. in l. pen. ff. ad exhib. text. in l. 2. §. si mater, ff. ad Tertull. text. in l. diuus §. item senatus, ff. de falsis. Secundo quia quando lex, Princeps, vel testator verisimiliter idem disposuisset in casu omisso quod in expresso: si de illo cogitasset vel esset interrogatus, vterque

habetur pro expresse: ita probat textus valdè notabilis in l. tale pactum, §. fin. ff. de pactis, & ibi Glof. ordinaria, & communiter Doctores text. in l. cum auus, ff. de condit. & demonstr. text. in l. cum acutissimi, C. de fideicommiss. text. in l. generaliter, §. cum autem, C. de instit. & substit. text. in l. Scenola, ff. ad Trebell. text. in l. ex facto, eodem tit. text. in leg. filiusfam. paragrapho ut quis heredem, ff. de legat. 1. text. in l. 3. Codice de inoffic. test. text. in l. si unquam, C. de reuoc. donat.

Tertiò facit, quia etiam bona maioratus dicuntur, quando sunt penes constituentem vel fundatorem, quia aut maioratus est irrevocabilis, ex eo quod est factus ex causa onerosa vel aliàs, & negari non potest quod sit maioratus aut est revocabilis, & tamen moritur fundator & disponens sine revocatione, & tunc eo ipso remanet confirmatus & dicitur maioratus, & lex nostra Tauri loquitur & disponit hanc suam decisionem mortuo iam detentatore, & fundatore, & non alio tempore, ergo indistinctè habet locum nostra lex & eius dispositio tam in primo successore quàm in omnibus aliis vltioribus: & ista est mea nova opinio in qua resideo. Hanc eandem sententiam defendit Mieres in tractat. maioratus 1. part. quest. 24. ex princ. fere per totam, vbi quatuor fundamentis eam confirmat, præsertim per text. in lege 7. titul. 4. p. 5. iuncta l. quoties, C. de donationibus que sub modo: & summarie eam tenet in 3. p. q. 8. num. 40. contrariam tamen defendit Molina libro 3. de primog. cap. 19. n. 40. referens Costam in q. de patruo, & nepote, pag. 14. securè credens non transferri possessionem ista lege 45. in primum maioratus successorem. Velazquez tamen de Auendaño hic glof. 3. num. 2. per totum, has opiniones hunc in modum conciliat, inquit, enim verò hanc nostram sententiam sequendam, veramque credendam quoties maioratus sit irrevocabilis, bonorumque possessio non translata, quod facillimè contingere poterit, vt ipse latius probat, quo casu possessio, de qua per legem nostram in ipsum successorem maioratus tranfiuit, vt ego, Mieresque vbi supra docet: quam conciliationem latius videre licebit per ipsum Velazquez, vbi supra. Ex qua dictis autem clarissime patet quod in successorem maioratus transfertur vtraque possessio tam civilis quàm naturalis ipso iure per nostram legem etiam si in vita defuncti vel post eius mortem per alium tertium res maioratus sint occupatæ: vnde apertè deducitur & infertur quod ille tertius penes quem sunt res maioratus nullo modo possidet, sed tantùm habet nudam & simplicem detentationem, vnde non possit præscribere, licet aliquo casu vel tempore bona essent præscriptibilia, vt tenet Molina libro 3. de Hispan. primog. capite 12. numero 18. & quando bona alienari prohibita præscribi possunt, vide per Matiençum per conclusiones docentem in l. 8. tit. 6. lib. 5. recop. gl. 5. à num. 11. cum seq.

Item etiam non possit lucrari fructus. Item etiam non habebit aliqua interdicta vel remedia possessoria quæ dantur & competunt possessoribus: & finaliter nullum habebit effectum quod solet produci & causam à possessione cum non possideat, sed tantùm sit in nuda & simplici detentatione: quo casu necessariò quærendum est, si talis tertius detentator negat vel recusat earum restitutionem ex causa vel sine causa, quæ remedia competant successionem maioratus pro earum reali restitutione.

(Materiam tractam sub hoc numero centesimo decimo octavo vsque ad numerum centesimum vigesimum septimum, reperies post numerum centesimum nonagesimum secundum: quia post eum ponitur numerus centesimus decimus octavus, cum

aliis octo reliquis recto ordine consequentibus.)

Pro cuius perfecta intelligentia & declaratione dico & præsuppono quod possidenti dantur interdicta & remedia possessoria & iste est principalis effectus possessionis: & magistraliter & resolutivè dico, quod tria sunt genera interdictorum.

Nam quoddam est interdictum adipiscendæ possessionis, quoddam retinendæ, quoddam verò recuperandæ: text. est qui istam doctrinam & theoreticam ponit in lege secunda, §. hac autem interdicta, ff. de interdictis cuius verba sunt, hac autem interdicta que ad rem familiarem spectant, aut adipiscenda sunt possessionis, aut recuperanda, aut retinenda: & ibi notat Alberic. Angel. & Doctor. ad idem est textus in paragrapho sequens diuiso in princip. Instit. de interdict. & ibi notant Doctores & per ista iura istam doctrinam & theoreticam ponit Azo in summa Cod. de interdict. 1. colum. num. 7. Specul. in tit. de caus. pos. & prop. in princip. num. 1. Bald. in l. vna, Codice uti possid. idem Bald. in l. certi, Codice de interdict. 8. colum. num. 26. & ibi Glof. ordinaria in verbo, competentibus. Cinus in l. ordinarij, in 1. colum. numero 2. Codice de rei vend. & ibi Salic. 1. colum. numero 1. Glof. notabilis & ordinaria in cap. pastoralis, in glof. magna in princip. de causa pos. & prop. & ibi Abb. 2. colum. numero 12. Anton. 3. column. numero 17. Cardin. 2. colum. numero 3. & communiter Doctores Alexand. in lege naturaliter, §. nihil commune, in principio, numero 2. ff. de acquir. possess. & non reperiuntur alia genera interdictorum nisi ista secundum Bald. in dicta lege ordinarij, 2. colum. numero 3. Interdictum adipiscendæ competit pro adipiscenda possessione, quæ antea non fuerat adeptæ, lege secunda, §. adipiscenda de interdict. Inst. eod. quod triplex est, quorum bonorum, quorum legatorum, & Saluianum, de quibus late agit Menochius de adipiscenda, remed. 2. & 3. Sunt & alia tria adipiscendæ possessionis remedia civilia, primum ex lege vlt. Codice de edict. D. Adrian. tollendo. sequens ex l. 3. Codice de pignor. vltimum ex officio iudicis, de quibus Menoch. vbi supra remedio. 4. 5. & 6. Hanc autem interdictorum diuisionem diminutam esse, quartumque interdictum possessorium, scilicet conseruandi reperiri contendunt Bald. in capite 1. §. fin. de prohibita feud. alien. per Federicum Ripa in §. nihil commune, numero secundo, de acquir. possessione Bolognetum 1. part. numero 48. quod interdictum competere asserunt, vbi filio impuberi cui quæstio status hæreditatis mouetur ex beneficio Carboniani edicti, differtur quæstio in tempus pubertatis, mittiturque in possessionem vel si possideat tuetur, & conseruatur, lege 3. §. missum, de Carbon. edicto, l. 1. Codice eodem, verum hæc sententia vera non est meritoque reprehenditur à Romano & Alexand. in dicta lege 1. à Fabio in §. nihil commune, num. 4. Socinus Iur. numero 10. Bereng. numero 1. parte numero 176. in pralud. numero 13. Menoch. de adipiscend. in praludijs, numero 14. nec Baldi opinionem probat dicta lex 3. §. missum, nam reiecta interpretatione Iasonis ibidem, quam sequitur Socinus in dicto §. nihil commune, & sibi ascribunt nouiores, & testatur Corrasius dicto numero 13. in fine, existimantes, illud interdictum extraordinarium esse, & ideo in diuisione Iustiniani & Vlpiani nullam eius fieri mentionem, respondendum est interdictum retinendi includi, vt rectè aduertunt Romanus & Alexander, quos sequitur Menochius vbi supra.

Interdictum igitur adipiscendæ competit hæredi de iure prætorio vel civili pro consequenda & adipiscenda possessione rerum hæreditariarum postquam iam adiuit hæreditatem: nam cum in eo non sit translata possessio post mortem defuncti, licet adita sit

si hæreditas, vt in l. cum heredes, ff. de acquirenda possess. & supra dictum est, necessariò datur ei hoc interdictum pro possessione consequenda, & istud vocatur, quorum bonorum: text. est in l. 1. & per totum, ff. quorum bonorum text. in l. 1. & per totum, Cod. eodem tit. text. in §. sequens versicul. adipiscenda, Inst. de interdictis & habet locum hoc interdictum tam ex testamento quàm ab intestato, text. est expressus in l. 1. Cod. quorum bon. text. in l. 2. & final. eod. titul. & apertè probant verba generalia, text. in dicta l. 1. ff. eod. in princip. & in specie istam conclusionem & declarationem ponit Azor. in summa, Cod. de interdictis idem Azor. in rubr. quorum bonorum in princip. Specul. in tit. de testamentis, §. nunc dicendum, in princip. vbi omninò vide Rofred. in libellis suis in 2. parte in rubric. de interdicto quorum bonor. in princip. & apertè vult Glos. ordinaria in l. 1. Cod. de edict. diu. Adria. toll. super verbo, legitimo versicul. item quero, & ibi Cinus 2. column. 3. oppos. Bartol. ibi 3. column. num. 5. Alb. ibi antepen. columna in fine, versicul. item queritur, & meliùs quàm alius ibi Paul. 6. column. num. 14. & ibi Salic. Iaso, ibi antepen. column. num. 28. Corneus ibi pen. column. in princip. tenet Salic. notabiliter in l. 2. Cod. quorum bonorum fin. quest. Ripa in rubri. ff. quorum bonorum 2. column. in fine, versicul. & differentia Platea in summa autem versicul. restitutoriam post princip. Inst. de interdictis. Ang. de Aret. in §. de actio. Item adde quòd datur & competit hoc interdictum solùm hæredi vel successori vniuersali in tota hæreditate vel quota, ex tali causa vel titulo ex quo transit dominium sine traditione, vt est successio hæreditatis de iure ciuili vel prætorio, vel restitutio Trebelliani, vel petitio bonorum causa libertatam conseruandarum: non autem competit particulari successori in re certa, puta legatario vel hæredi instituto in re certa alio dato cohærede vniuersali vel donatario causa mortis: nam licet in legatarium vel donatarium causa mortis transeat dominium recta via post mortem defuncti, non tamen competit eis hoc interdictum pro adipiscenda possessione: text. qui sic debet intelligi in l. prima in fine, ff. quorum bonorum ibi & ad vniuersitatem bonorum non ad singulas res pertinet, & ibi gloss. fin. in finali expositione: & ibi tenet & declarat Dinus, Alber. & Ang. & bene Franc. de Ripa ibi finali column. & istam doctrinam & theoreticam ponit Bald. notabiliter in leg. incerti. Codice de inter. 6. column. num. 12. quem omnino vide, facit Gloss. expressa in l. fin. Codic. de edict. diu. Adrian. toll. in verbo ex parte, in princip. vbi dicit, quòd remedium possessorium adipiscendæ illius legis competit tantùm hæredi vniuersali, non verò particulari, puta legatario vel instituto in re certa alio dato cohærede vniuersali: argumento textus in l. 1. §. si ex fundo, ff. de hered. instit. & in l. quoties, Cod. de hered. instit. & illam Gloss. sequuntur ibi Bart. quinta column. numero octauo, Bald. nona columna numero 38. Paulus tertia columna, numero septimo. Corneus secunda columna, numero 8. & notabiliter ibi Philippus Decius sexta columna, num. 23. Iason. ibi tertia column. in fin. Alexand. quem vide in l. quoties de hered. inst. penult. column. numero 7. Ex qua regula & doctrina ego infero quòd non competit hoc interdictum emptori totius patrimonij alicuius viuentis, nec emptori hæreditatis defuncti, cum non sit successor vniuersalis ex vltima voluntate, nec transeat dominium ipso iure solo titulo: quòd est verum ex persona propria, sed ex persona hæredis vendentis competeret: argumento text. in l. emptor hæreditatis, Codic. de hered. vel act. ven. & in l. 2. ff. eo, cum simil. Item datur & competit contra quemlibet possessorem vniuersalem hæreditatis defuncti, vel contra quemlibet particularem posses-

forem vel detentatorem alicuius rei: ita probat textus in dicta l. 1. ff. quorum bonorum in princ. ibi dum dicit, quòd de his bonis pro hærede aut pro possessore possidet, &c. & per eum ita tenet Glos. ordinaria ibi in gloss. final. in princ. & ibi Angel. de Perusio & Rainer. & meliùs & expressiùs ibi Francif. de Ripa final. column. in princip. & tenet Glos. expressa in leg. secunda, Colice quorum bonorum in gloss. final. & ibi Angel. de Perusio & Salic. numero quarto. Rofred. in libellis suis in secunda parte, in Rubr. de interdicto quorum bonorum, in gloss. final. in principio: numero octauo. Speculat. in titulo de testament. §. primo numero quarto. Angel. de Aret. in §. quadrupli de action. vndecima column. n. trigesimoquarto. Pro qua sententia & conclusione facit bonus text. in l. regulariter in fine, cum leg. sequenti, ff. de petit. hæredit. vbi habetur, quòd petitio hæreditatis datur contra possidentem totam hæreditatem, vel aliquam rem particularem: & per eum ita tenet ibi Gloss. Bartol. Odofred. Bald. Angel. & communiter Doctor. text. Gloss. & communis opinio in l. 1. ff. si pars hæredit. petat. & in specie per illum text. quòd idem sit in hoc interdicto, tenet Glos. ordinaria in §. sequens, vers. adipiscenda in gloss. 1. Inst. de interdictis, iuncto ibi textu.

Item adde, quòd istud interdictum competit tantùm pro rebus quas possidebat defunctus tempore mortis, & reliquit in sua hæreditate: non verò pro his quas illo tempore non possidebat, sed tunc oporteret agere remedio petitorio, scilicet rei vindicatione vel Publiciana: ita probat textus in l. Item videndum, §. final. iunct. l. sequenti, que incipit, & non tantum, ff. de petit. hered. vbi habetur, quòd petitio hæreditatis, quæ maximam habet similitudinem cum hoc interdicto solùm competit pro illis rebus quas defunctus reliquit in suo patrimonio & hæreditate: & ad hoc notat ibi Bartol. & communis opinio ergo ita dicamus in hoc interdicto: ita tenet Cinus in l. 1. Codice quorum bon. 1. column. in medio. Iacob. Butr. ibi 2. col. in medio. Salic. in rubr. eodem titul. prima col. num. 3. Alber. in leg. 2. ff. eodem titul. Bartol. in leg. prima fin. col. in fin. Cod. eodem, imò etiam datur pro rebus tantum detentis à defuncto, vt ibi dicit Bartol. & Doctor. vbi supra Gloss. in §. sum autem, versicul. restitutoria, in gloss. pro possessore, de interdictis, & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Pet. de Bellaper. in leg. 2. in princip. Cod. quorum bonorum, vbi subtiliter dicit, quòd licet possessio defuncti non continetur in hæredem, tamen illa possessio, quæ erat apud defunctum tempore mortis: operetur vt competat hoc interdictum hæredi vt consequatur eam, & restituatur hæres ad illam rem & possessionem quæ per tertium sit ablata vel occupata post mortem defuncti, & ista est intentio & notabilis declaratio Petri de Bellapert. & pro hoc ego considero textum, & iste est eius sensus in leg. 1. ff. quorum bonorum in versiculo primo, vbi dicit, hoc interdictum restitutorium est: quasi velit dicere, quòd possessio rei qua erat penes defunctum, si post eius mortem reperiatur penes alium, restituatur hæredi: ad idem facit text. in §. summa autem versicul. restitutoria, Inst. de interdictis, & iste est sensus Gloss. ibi in verbo bonorum possessori, in finalibus verbis, vbi dicit, quòd inspecta persona defuncti istud interdictum est restitutorium: inspecta verò persona hæredis, est adipiscenda & ibi tenet & sequitur Faber n. secundo Ang. ibi tertia col. in medio, & in expresso ita tenet & declarat vno verbo Iacob. Butric. in l. prima, C. quorum bonorum secunda col. in medio, & ista est intentio Pauli de Castro in l. secund. C. de edict. diu. Adrian. toll. 2. col. in fin. imò quòd magis est, dico quòd talis hæres debet probare illas res fuisse penes defun-

defunctum, tempore mortis, cum sit causa & fundamentum suae intentionis, sicut dicimus in remedio possessorio adipiscendae, *l. final. Codice de edict. diui Adrian. toll.* vt tenet ibi Bartol. *penultima columna. prope finem.* & Decius *1. 2. colum. numero 40.* Confirmatur quia semper quis tenetur probare illud quod est causa suae intentionis, vt *in lege in illa stipulatione si Calend. cum l. sequenti*: & ibi notat Bartol. & Doctor. *ff. de verborum obligat. cum simil.*

Item adde, quod ita demum istud interdictum competit contra possessorem vel detentatorem rei hereditariae quando eam possidet sine aliquo titulo: secus vero si habet vel possidet cum titulo quia tunc non competit contra eum hoc interdictum: text. est qui sic debet intelligi *in l. 1. ff. quorum bonor.* vbi dicitur quod datur hoc interdictum contra eum qui possidet pro haerede vel possessore: & ibi tenet & notat solus Ripa *prima columna. secundo not. text. in l. secunda. Codice eodem titulo in fine*, & ibi expressè tenet & notat Angel. de Perus. *in fine.* idem tenet Spec. *in titulo de testamentis, §. nunc dicendum, 2. colum. versic. & nota quod hoc interdictum, ad idem est casus, in §. sequens, versicul. adipiscenda, Instit. de interdict.* & ibi expressè, & notabiliter tenet Platea. *1. colum. 1. not.* tenet Angel. *in §. quadrupli. Instit. de action. 10. colum. numero 34.* & pro hac sententia & conclusione est Glos. ordinaria quae non allegatur *in lege 1. versic. rediguntur, ff. quorum legat. in verbo, vt perinde, in fine.* quam vide. Ex quo inferitur clarè, quod hoc casu necessariò recurrendum esset contra talem possessorem cum titulo ad rei vindicationem.

129 Item adde quod postquam semel haeres adeptus est possessionem rerum hereditatis, amplius sibi non competit hoc interdictum pro illis rebus, imò si ageret, succumberet tanquam proponens ineptam actionem: ita notat Petr. Bellaper. *in lege 2. Codice quorum bonor. in fine. Salic. in rubric. 2. colum. eod. titulo, numero quinto,* & istam conclusionem tenet Glos. ordinaria *in capitulo primo, de confes. lib. 6. in glossa prima magna in fine*, & ibi communiter Doctores pro quibus est casus expressus *in leg. secunda, §. hac autem interdicta, in fine. ff. de interdict.* cuius verba sunt, *adipiscenda possession. sunt interdicta qua competunt his qui ante non sunt nati possessionem* text. *in §. sequens prope finem, versic. itaque eod. Inst.* cuius verba sunt, *itaque si quis adeptus possessionem amiserit eam, hoc interdictum ei inutile est*: & expressè ibi tenet & notat Plat. *secunda colum. & secundo, not.* & idem est in petitione hereditatis, & in remedio. *l. fin. Codice de edict. diui Adrian. toll.* & in quolibet alio iudicio possessorio adipiscendae possessionis, vt latius suo proprio loco dico.

Item adde quod istud interdictum adipiscendae quorum bonorum non datur nec competit contra debitores hereditarios personaliter obligatos, vt virtute eius haeres mittatur in possessionem debiti text. est notabilis & subtilis *in l. 2. que est fin. ff. quorum bonor.* cuius verba sunt, *interdicto quorum bonorum debitores hereditarij non tenentur, sed tantum corporum possessores*: & ibi notat Glos. ordinaria & communiter Doctores & ratio illius textus est, quia omne remedium seu iudicium possessorium causatur & producitur immediatè à sola possessione tanquam à primordiali causa & fomento: non verò ab alia causa vel titulo vt dixi: sed ipsum debitum personale, actio vel obligatio, qua tenetur debitor, non possidetur à creditore, sed tantum persona eius est sibi obligata: text. est *in l. obligationum substantia, in principio, ff. de action. & oblig. textus in l. actionum genera, versic. in personam, eodem titul. cum similibus,*

ergo cum possessio in isto casu non fuit penes defunctum, meritò non competit haeredi hoc interdictum: & in effectu istam rationem ponit Alber. licet sic non declarat, *in dicta lege secunda, quorum bonorum,* & est ratio vera & concludens, nec huic conclusioni & rationi obstat, illa Glos. singularis communiter approbata *in lege regulariter, ff. de petit. hered. in glos. fin.* vbi dicit quod creditor possidet saltem improprie ius quod habet in debito vel obligatione personali, & similiter debitor possidet illum passiuè impropriissime: quam Glos. ad hoc reputat ibi singularem in iure Angel. de Perus. *in princip. n. 2.* & sequuntur alij Doctores: & illam Glos. dicit singularem Roman. *in lege prima, ff. de acquirend. pos. fin. col. in fin.* illam etiam Glos. commendat Alexand. *in lege 3. eodem tit. 2. col. numero 2.* Vincent. *ibi 1. colum. in princip.* Iason. *ibi 2. col. in princip.* pro qua Glos. & conclusione facit text. *in lege etiam, §. final.* cuius verba sunt, *item à debitore hereditario quasi à iuris possessore, & c. ff. de petit. hered.* & ibi Glos. expressa: text. *in l. quod si in diem, §. Iulianus, versicul. idem Iulianus, ibi,* & *veluti iuris possessor est eodem titulo,* quia respondeo notabiliter quod illa possessio est nimis impropria vel impropriissima, vnde non producit aliquod remedium possessorium: ita in specie reperio quod respondet Cinus *in l. si certis annis, C. de pactis, penult. colum. in fine,* ita etiam tenet & respondet Bald. *in §. primo, Instit. de interdictis, secunda columna, in medio.* Aduertendum tamen pro declaratione huius interdicti quorum bonorum, & materiae, quia videtur quod nullo modo sit necessarium istud remedium pro adipiscenda possessione, cum possit licitè & iustè haeres apprehendere possessionem rerum hereditatis propria auctoritate tanquam verus dominus vt latè & notabiliter conclusi supra ista lege: quia ad hoc respondeo quod ita demum haeres potest apprehendere possessionem propria auctoritate si sunt bona vacantia & non sunt occupata vel possessa ab aliquo tertio, vt ibi dixi: tunc enim fateor quod non est necessarium istud remedium, si verò bona quae testator relinquit in sua hereditate tempore suae mortis nunc reperiatur occupata vel possessa ab aliquo tertio, tunc proprie competit & est necessarium istud remedium *quorum bonorum,* contra illud pro adipiscenda possessione quando non possideret cum titulo iusto, vt supra dictum est: & in hoc consistit virtus & necessaria intelligentia huius articuli, imò quod magis est, nunquam istud interdictum posset competere pro adipiscenda possessione bonorum vacantium, sed tantum eo casu quo ab aliquo sint occupata: nam cum interdictum semper requirat agentem & reum, cum dicatur inter duos, vt *in paragrapho summa autem, in finalibus verbis. Instit. de interdictis, ibi, sed tamen obtinuit omnia interdicta appellari, quia inter duos dicuntur*: & in specie ita tenet & declarat solus Ripa *in rubrica, ff. quorum bonorum, 2. col. vers. quinta differentia.*

Item adde quod agenti interdicto adipiscendae bene obstat exceptio dominij, quando incontinenti venit probanda: quod tamen intellige nisi possessorium adipiscendae concederetur actori in pœnam rei conuenti: quia tunc non admitteretur talis exceptio, sed statim mittendus est actor in possessionem: ista est Glossa singularis in iure *in leg. fin. ff. de rei vend. in fine, iuncto text.* vbi quando reus propter mendacium priuatur possessione, & debet tradi actori, non potest opponere exceptionem dominij, etiam si incontinenti velit probare: & ad hoc illam Glossam notat & commendat ibi Bartolus, Angel. de Perusio, & communiter Doctores.

Item etiam dico, quod eo casu quo legatarius ac- 130 cepit

cepit & occupavit rem legatam propria auctoritate post mortem defuncti competit hæredi interdictum adipiscendæ, quod vocatur *quorum legatorum*, pro adipiscenda & consequenda possessione rei vel rerum quas occupavit legatarius: textus est *in l. 1. in princip. ff. quorum legatorum*, ibi, *ut quod quisque legatorum, nomine non ex voluntate hæredis occupaverit, id restituat hæredi*: & per totam illum titulum: & ad hoc notat ibi Bartol. Alberic. Angel. Doctor. textus *in l. unica Codice eodem titul.* & ibi Bartol. Cinus, Alberic. Angel. Bald. Salic. & communiter Doctor. & ita tenet & declarat ista iura Azor. *in Summa Codice eodem.* Rofre. *in libellis suis*, in 2. parte, *in rubric. de interdicto quorum legatorum.* Spec. *in titulo de testamentis*, §. *nunc dicendum 3. columna. versiculo*, *verum quia frequenter*, ex quo patet quod isto casu datur remedium & interdictum adipiscendæ contra titulo possidentem.

131 Adde tamen quod istud interdictum solum habet locum & competit quando hæres petit restitutionem rei legatæ apprehensæ per legatarium, quia imminet ratio legis Falcidæ, & vult uti retentione pro ea: aliter verò non competit: sed iuste legatarius retinebit: ita probat aperte text. *in l. unica, Codice quorum legatorum in princip. ibi per quarta retentionem, &c. & in fine.* ibi, *ut ita retentione competentis utaris*: & ibi expressè tenet Gloss. in princip. & ibi Petr. de Bellaper. Cinus qui not. loquitur. Alb. Bald. Salic. & communiter Doctores: tenet etiam Azor. *in summa illius tituli in fine num. 5.* Rofredus *in libellis suis. 2. p. in dict. rubric. de interdicto quorum legatorum, 1. col. vers. septimum est.* licet litera eius sit corrupta: tenet etiam Glossa ordinaria, *in leg. vers. rediguntur, in verbo perinde. in fine, ff. quorum legat.* & ibi tenet Bartol. *in fine*, numero 4. & ibi notat Angel. de Perusio *in fine.* & ista est magis communis opinio secundum Ripam *ibi. 4. col. n. 24.* licet Odofre. & Oldrad. quos ipse refert & sequitur, tenuerunt contrarium. Ex quo infertur in practica quod oportet quod hæres tempore quo agit hoc interdicto fundet intentionem suam in hoc scil. quod imminet ratio leg. Falc. vnde si liquidè constaret quod non imminet vel in casibus in quibus cessat Falcidia, non poterit agere hoc interdicto. Vnum tamen est, quod in neutro casu legatarius amisit ius suum, licet acceperit rem legatam propria auctoritate: imò poterit consequi ab hærede: ita casus expressus *in dict. l. prima, ff. quorum legat. vers. rediguntur.* ibi, *ut perinde legatarij possint eum convenire.*

Sed advertendum est, quia contra hoc est casus expressus & terribilis *in lege, non est dubium, Codice de legat.* vbi probatur quod imò amittit legatarius ius suum si occupat rem legatam propria auctoritate, cuius verba sunt, *non est dubium denegari actionem legatorum ei pro portione competentis his pro rebus quas subtraxisse cum de hæreditate apparuerit*, & ad hoc illum textum reputat singularem in iure Paul. de Castri. *in princ.* & commendant cæteri Doctores. Sed pro concordia, & declaratione dico, quod si legatarius accepit rem legatam propria auctoritate ante aditam hæreditatem per hæredem: vel post aditam, ante tamen apprehensam possessionem, non amittit legatarius ius suum, licet teneatur interdicto quorum legatorum, illam restituere hæredi quando imminet Falcidia, ut supra dictum est, & ita procedat & intelligatur textus. *in dicta lege 1. vers. rediguntur, ff. quorum legat.* si verò accepit rem legatam propria auctoritate post aditam hæreditatem per hæredem & post apprehensam possessionem, tunc perdit ius suum, & sic legatum & sic debet intelligi textus. *in dicta lege non est dubium Codice de legatis* & in expresso deter-

minat Glossa ordinaria *in dicta lege non est dubium in gloss. prima. in versiculo, vel ibi ante aditam hæreditatem*; & eam tenet & sequitur ibi Bartolus, Cinus, Iacobus Butrigarius, Faber in Breniario, Angelus, Baldus, Salicetus, Paulus Alexandrinus, Corneus & Iaf. idem etiam tenet Gloss. *in dicta lege prima, vers. rediguntur, in verbo, ut perinde, ff. quorum legatorum*, & ibi Bartolus *in principio, numero 2.* Albericus, Angelus, & Doctores antiqui ibi, & ibi Ripa. *tertia columna, in fine*, idem tenet Gloss. *in lege unica, Codice quor. leg. in glossa final. post princip.* & ibi Bartolus, Iacobus Butrigarius, Baldus, Salicetus, & communiter Doctores, & ita tenet Azor. *in summa illius tituli in fine.* & istam concordiam & intellectum tenet Gloss. notabilis *in capitul. final. de success. ab intestat. in gloss. penultim.* & ibi Ioann. Angel. *final. columna in fine.* Anton. *penultima columna, in fine.* Cardinal. *final. columna in princip.* & alij Doctores ibi: & tandem ista est communis & recepta opinio Legistarum & Canonistarum. Sed certè iste communis intellectus & concordia nunquam mihi placuit, neque credo quod iste fuit sensus illius legis, non est dubium. Primò, quia ille textus præsupponit vitium & delictum in legatario, ex eo quod dicit subtraxisse, argumento textus *in lege 1. vers. primo, ff. abigeis*, vbi dicit, *abigei autem proprie hi habentur qui pecora ex pascentis vel armentis subtrahunt.*

132 Secundò, quia cum legatarius sit dominus rei legatæ, imò licet non esset, cum habeat iustum titulum in ea, dato, quod occupet propria auctoritate & sit iniustus possessor, aded quod non quærat ei dominium nec usufructuendi conditio, & teneatur restituere domino à quo habuit titulum, ut *in l. si stipulatione, supra isto tit. & in l. improbat. & in l. neque ex vera. Cod. eodem tit.* tamen non propterea perdit ius quod habet ad illam rem ex titulo oneroso nec ex lucratiuo: ita singulariter dicit Paul. expressius cæteris *in d. l. si ex stipulatione 1. col. in fin.* & Vincent. *ibi. 1. col. num. 2.* & est de mente omnium ergo legatarius non perdit. Tertio quia considero quod ita delictum quis punitur in amissione rei vel iuris sui quando interuenit violentia expulsiua vel ablatiua, ut *in l. si quis in tantam. Cod. unde vi. & in l. stat. ff. quod metus causa.* non verò aliàs: ergo licet legatarius accipiat propria auctoritate sine aliqua violentia, non debet amittere. Quarto quia illa lex non loquitur solum eo casu quo post aditam hæreditatem & apprehensam possessionem per hæredem legatarius subtrahit, imò simpliciter etiam iacente hæreditate, cum textus dicat de hæreditate, & proprie hæreditas dicatur antequam sit adita per hæredem, ut *in lege prima. §. veteres. iuncta glossa, ff. de acquir. possess. cum similib.* Vnde circa intellectum illius legis satis cogitavi, & reperio quod ultra communem est alius secundus, quod intelligatur quando legatum fuit in genere non specie: quo casu cum non sit translatum dominium in legatarium, merito punitur si aliquid ex rebus defuncti occupet propria auctoritate: ita reperio quod tenet Rofredus *in libellis suis, 2. parte, in rubrica, de interdicto quorum legatorum penultima columna in fine*, sed nec iste intellectus placet, cum sit diuinatorius, vnde teneo pro constanti quod verus & realis intellectus illius legis sit, quod ibi legatarius accepit rem mobilem legatam in specie, propria auctoritate, clam & furtiue, modo ante aditam hæreditatem, modo post: quo casu ex dispositione illius legis punitur in amissione iuris, & merito: secus verò esset eo casu quo palam propria auctoritate & non furtiue eam occupavit: quia tunc non amittit

amittit ius suum per superiora fundamenta. Ex quo infertur clarè quòd si res immobilis fuisset legata nunquam amittet eam legatarius, licet eam capiat propria auctoritate sine violentia: & istum intellectum semper habui pro vero ad illam legem, & legendo eum tenui, postea reperi quòd eum ponit Angel. de Perus. in l. una, C. quorum legat. 2. col. & isto casu præcederet. 1. sol. Glof. in dict. leg. non est dubium.

133 Aduertendum tamen est quòd testator potest dare licentiam legatario occupandi rem legatam propria auctoritate, quo casu indistinctè nunquam amittit ius suum, nec incurret aliquam pœnam ista est Gloss. singularis & vnica iuncto text. in l. Titia, cum testam. paragrapho Lucius Titius, ff. de legatis 2. in glos. final. versicul. vel 3. & ad hoc summè notat Bartol. Bald. & Paul. & reputat singularem Ioan. de Imola notat etiam & commendat Ang. Sal. Paul. Ias. & communiter Doct. in dicta lege non est dubium, Cod. de legatis, notat etiam & commendat Bartol. in l. creditores, Codice de pignor. 2. lect. 2. colum. numero 9. notat etiam & commendat Bald. in l. 1. C. commun. de legat. 4. colum. n. 8. idem Bald. in l. legis Iulia, in fine, Cod. qui bon. cess. poss. Bartol. in l. legitimos, ff. de legit. tutor. 1. colum. numero tertio, idem Bartol. in lege nemo potest, ff. de legat. 1. 2. colum. in fine, numero 10. Angel. in lege pen. ff. pro legato, & ultra eos illam Glof. dicit vnica Alb. in l. 1. in fine, ff. quorum legat. imò etiam tacitè potest testator dare licentiam legatario vt propria auctoritate capiat legatum: ita singulariter Angel. de Perus. argumento illius text. in lege hæc si res, ff. de rei vendic. & illud dictum reputat singulare Iason. in dicta lege non est dubium, Cod. de legat. 2. colum. in medio. & Doctor. de Segura in repetitione legis vnum ex familia, §. sed si fundum, ff. de legat. 2. final. colum. Alexand. in l. nemo potest de legat. 1. 4. colum. numero 14. & ibi Iason. 7. colum. numero 32. & ibi Ripa 13. col. n. 26. idem Ripa. in l. 1. ff. quorum legat. 2. col. Roman. in Authent. similiter, C. ad l. Falc. 20. speciali, & exempla huius articuli vide in dictis locis.

134 Sed iuxta prædicta quæro in quo differat istud remedium adipiscendæ quorum bonorum & remedium legis fin. Codice de edict. diui Adrian. toll. & in quo sit necessarium, cum videatur sufficere interdictum quorum bonorum, imò illud generalius & vtilius est cum competat tam ex testamento quàm ab intestato, remedium verò legis finalis solum ex testamento: pro cuius declaratione præsuppono quòd si hæres sit institutus & scriptus in aliquo testamento, sua forma & figura solemnè, non cancellato, nec in aliqua substantiali parte suspecto, potest virtute eius petere à iudice vt mittatur in possessionem omnium rerum quæ fuerunt apud testatorem tempore mortis: iste est casus & propria dispositio text. in d. l. fin. Cod. de edict. diui Adrian. toll. & ille text. & eius materia non habetur alibi secundum Bart. ibi in fine principij, & Alber. 1. col. de qua decisione fecit mentionem text. in lege finali, Codice de codicil. versiculo secundo, & idem disponit lex 2. titulo 14. sexta parte.

Et illa dispositio procedit & habet locum in testamento in scriptis & nuncupatio, quòd declaro isto modo: nam procedit & habet locum in testamento in scriptis facto manu publici tabellionis, cum illa scriptura faciat fidem & nulla requiritur publicatio, vt dixi in l. 3. supra his legibus Tauri in materia testamenti in scriptis, imò quòd magis est, etiam habet locum in testamento in scriptis, quòd prima figura habet integram solemnitate à iure requisitam, licet manu priuata sit factum: nam statim potest mandari executioni, & virtute eius po-

test hæres mitti in possessionem: ita Glof. notabilis & ordinaria dictæ legis fin. Cod. de edict. diui Adrian. tollen. in verbo dispositionibus, & ibi Bart. 3. colum. 2. oppos. Paul. 2. colum. num. 5. Faber in breuiario, Corneus 4. colum. Iason. 8. colum. dicens esse notabile & necessarium, tenet Bald. in lege final. Cod. de fideicom. 3. colum. Paul. in lege 2. C. quemad. testam. aper. in fine, contrarium tamen tenet Salic. in d. l. final. 3. colum. numero 14. imò quòd si testamentum non sit publicatum non posset mitti in possessionem, quia nullam fidem habet: & ante eum ita tenet Innoc. in cap. final. de fide instrum. 2. colum. & ibi Ioan. Andr. 2. colum. Anton. fin. colum. Anchar. 1. colum. Imola 3. colum. & est de mente omnium ibi, sed pro concordia est tertia opinio quòd si nullus apparet contradictor, procedat & habeat locum prima opinio: si vero contradictor appareat, testes recipiantur & testamentum legitime publicetur: ita tenet & concordat ibi Iacob. Butr. in dicta lege fin. 4. colum. & ibi Alber. antepenult. colum. Bald. 5. col. numero 10. Alexand. 6. colum. numero 30. Philippus Decius 11. colum. numero 28. Bald. in cap. final. de fide instrum. fin. colum. & q. Sed ego indistinctè teneo primam opinionem Glof. & Doct. imò quòd sine publicatione mittatur hæres in possessionem, quia illa lex fundatur super quodam notario, quòd resultat ex ostensione testamenti; & non tractetur de magno præiudicio cum loquatur tantum in iudicio possessorio, & sic non videtur lex acquirere aliam indagacionem vel probationem: & hoc videtur aperte probare prædicta lege final. ibi, sed quòd prima figura sine omni vituperatione appareat: & in expresso istam partem videtur probare dicta lex. 2. tit. 4. 6. part. Hodie tamen attenda superiori lege 3. Tauri, quæ videtur probare quòd in omni testamento in scriptis requiratur tabellio, prout ibi tenui & fundam. cessat ista quæstio, quia hæres non posset mitti in possessionem, nisi ostenderet testamentum solemnè manu publici tabellionis. Similiter etiam habet locum illa lex si in testamento nuncupatio: nam si in eo interuenit tabellio & est confecta scriptura publica statim mandabitur executioni: si verò non interuenit tabellio nec aliqua scriptura, sed coram testibus fuit factum testamentum, remedium erit quòd fiat publicatio testium: & redigatur tenor testamenti in scripturam publicam, & poterit fieri missio in possessionem: ita Glof. singularis quæ sic debet intelligi in dicta lege final. in verbo, depositionibus. & ibi tenet & declarat Bart. 7. colum. numero 17. & illam ad hoc dicit vnica Angel. ibi 2. colum. Bald. 10. colum. num. 40. Paul. 2. col. Salic. 3. col. Alexand. 6. col. Corneus 5. colum. Ang. de Aretin. in §. quadrupli. Inst. de action. 12. col. n. 43.

Item adde quòd remedium & beneficium illius legis finalis competit hæredi vniuersaliter in tota hæreditate, vel in aliqua quota hæreditatis: ita text. ibi, in quantum dicit, ex asse, vel ex parte institutus, &c. Vnde secus si esset institutus in aliqua re certa, alio dato cohærede vniuersali quæ adiuit hæreditatem, quia non habebit beneficium illius legis secus si non datur, quia cum ipso iure censeatur hæres in tota hæreditate, vt in l. 1. §. si ex iundo, ff. de hered. instit. & in l. quoties, C. eodem titulo cum simil. bene gauderet beneficio illius legis: & idem si esset datus cohæres vniuersalis: sed repudiaret, & de repudiatione fieret iudici fides: ita Glof. ordinaria in d. lege fin. in verbo, ex parte, & super ea tenent indifferenter omnes Doctores tenet etiam Bartol. in l. ex facto, l. 2. pen. col. n. 6. ff. de hered. instit. & ibi Bald. 2. colum. in medio. & Ioan. de Imol. 4. colum. Salic. in l. quoties, C. de hered. instit. 3. col. n. 11. In vno tamen casu reperio maximum dubium apud Doctores, scilicet,

scilicet, si quis est institutus in re certa alio dato co-
hæredede vniuersali, sed adhuc hæres vniuersalis non
adiuit nec repudiavit hæreditatem, an isto medio
tempore institutus in re certa habeat beneficium il-
lius legis: & reperio quod Bartol. ibi in dict. l. fin. 5.
col. num. 8. tenet expressè quòd habeat: quem se-
quitur Paul. 3. columna in fine, contrarium tamen
& melius tenet ibi Angel. colum. in fine: & Iason. qui
bene fundat 3. colum. in fine Decius 6. col. num. 23.
Ang. in §. quadruplici, Inst. de action. 13. col. in princ.
Ioan. de Imol. in l. 1. §. si ex fundo. ff. de her. inst. 5. col.
versic. quartum dubium est. idem Imol. qui notabiliter
loquitur in l. ex facto, leg. 2. eod. tit. 4. col. prope finem,
versic. item per predicta.

137 Et ex hoc potest decidi quæstio utilis & necessa-
ria quæ in hoc regno sæpe contingit in practica, sci-
licet, si legatarius particularis cui est relictum ali-
quod legatum in testamento possit petere executionem
testamenti, vt statim mutatur in possessionem
rei legatae. Et vt clarè habeamus veritatem dico
quòd de iure Codicis per dictam leg. fin. impossibile
est quòd legatarius possit mitti in possess. & in hoc
nullum debet esse dubium: nam cum illa lex tantum
procedat in hærede vniuersali in totum vel in
quota, imò etiam non habeat locum in instituto
in re certa alio dato cohæredede vniuersali adente,
vt dixi: ergo aperte sequitur quòd non competet le-
gatarario particulari: sed attento iure Authenticorum
videtur dicendum quòd legatum potest peti via exe-
cutiua: vnde si consistat in specie potest statim le-
gataris mitti in possessionem rei legatae vocato &
citato hærede: si verò consistat in quantitate sta-
tim mandabitur testamentum executioni absque ex-
libello, nec via ordinaria, sed via executiua: textus
est notabilis in Authent. de hered. & sal. §. illud quo-
que iuncta glos. in verbo decreto, collat. 1. vbi dicit
Glos. quòd iudex potest facere præceptum hæredi
per quandam suam interlocutoriam, vt soluat lega-
tum: & sic probatur expressè quòd testamentum
potest mandari executioni pro legato vel fideicom-
misso soluendo: & ad hoc summe notat & commen-
dat ibi Angel. 2. colum. versic. item nota: & illum
text ad hoc dicit notabiliter & alibi in specie non
inueniri Ias. in d. l. fin. 3. colum. versic. tertius not. ca-
sus est. & c. Codice de edict. diui Adrian. tollen. nec ali-
quid vltius allegat: sed vltra eum idem tenet Alex.
in l. ait prætor, §. 3. 2. colum. ff. de indic. vbi dicit hoc
esse mirabile: tenet etiam & multum commendat
in practica Doctor de Segura in repetitione in l. si ex
legati causa, ff. de verbor. obligat. fol. 61. & 2. columna
Roder. Suarez quem vide in repetitione, l. post rem
iudicatam, ff. de re iudic. versic. 6. casus, sed in hoc ar-
ticulo teneo contrariam sententiam, imò quòd nul-
lo modo legatarius possit petere via executiua, sed
via ordinaria per aliquam de actionibus positam, in
lege 1. Codice commun. de leg. & ita consului, & de-
terminaui in aliquibus causis, mihi commissis: nec
reperitur iure cautum quòd via executiua possit age-
re pro legato consequendo: nec obstat ille textus
capitalis in quo sunt decepti prædicti Doctores, quia
textus in dicto §. illud, & glos. hoc non probat quia
tantum dicit quòd hæres soluat intra annum legata
relicta in testamento, quia annus incipit currere à
tempore quo requisitus fuerit per hæredem, tunc di-
cit Glos. in verbo decreto quòd ista monitio hære-
dis debet fieri decreto iudicis per quandam interlo-
cutoriam, præcipiendo per se vel per nuntium hæ-
redi vt soluat: & sic ibi non loquitur text. nec Glos.
de via nec modo exigendi legatum, sed tantum de
modo monitionis ad constituendum hæredem in
mora, vt si non soluat lapso anno, incurrat in pœ-
nam quæ ponitur ibi, & in, si quis autem, eandem
Anr. Gomez. ad leg. Iauri.

collat. & in Authentica hoc amplius, Codice de fidei-
comm. & in expresso reperio, quòd contrariam tenet
Alexand. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. de
solut. matrim. 2. columna licet non ita declaret nec
respondeat ad illum textum & idem videtur tenere
Philippus Dec. in d. l. fin. 4. col. in fin. & istud aperte
vult Paul. de Castr. in Auth. ex c. usa, C. de liber. prac.
pen. colum. n. 13: & in expresso ita tenet Roder. Suar.
in repetitione, leg. post rem iudicatam, fol. 12. versicu-
lo 6. casus est, de hac quæstione vide Menesium in
authentica hoc amplius, C. de fideicommiss. numero 15.
Dueñas reg. 15. numero 2. Peraltam in lege prima,
numero 35. de leg. 2. Auiles in capite prætorum, ver-
bo, executio, capite 10. numero 8. vide etiam Me-
nochium de adipiscenda possess. rem. 4. numero 694.
Perez. in lege prima, titulo 2. libro 5. ordin. nam ver-
bo, en las mandas, col. 41. vbi plures refert.

Præterea illa lex finalis & eius beneficium com-
petit fideicommissario vniuersali: quòd intellige &
declara isto modo, nam si non est facta sibi restitu-
tio re neque verbo, nullo modo competit beneficium
illius legis, cum non habeat ius in bonis, & reme-
dium illius legis tantum detur ei qui habet ius
quæsitum per additionem hæreditatis, sicut cætera re-
media adipiscendæ, vt probat text. in l. 1. & 2. Codi-
ce quorum bonor. & dixi infra in materia petit. hered.
Si vero est facta restitutio plena re ipsa, quia hæ-
reditas est sibi restituta, similiter non competit,
cum sit adipiscendæ & ipse iam possideat, licet
possit sibi competere ad hoc vt confirmetur in pos-
sessionem, argumento textus iuncta 1. leg. gloss. in
l. 1. Codice de Carb. edict. & ibi Bartol. Angel. &
communiter Doctores, si verò est facta restitutio
verbo tantum, quo casu in fideicommissarium tran-
seunt omnia iura defuncti non verò possessio, vt in
l. restituta, & in l. facta, ff. ad Trebel. tunc bene com-
petit fideicommissario remedium illius legis saltem
utile ex persona ipsius hæredis restituentis cui com-
petebat facta fide ipsi iudici de restitutione: & idem
est in casibus quibus transeunt ipso iure omnia iura
defuncti in fideicommissarium nulla restitutione fa-
cta: ita in effectu vult Bartol. in dicta lege fin. colum.
versic. item quartus glos. Angel. notat ibi 2. col. Alber.
in 6. Bald. 10. colum. n. 39. Paul. 4. colum. n. 8. Salic.
2. colum. Alexand. 3. Iason. 4. voluit etiam Hostien-
sis in c. dilecto filio, extra de verbor. signif. 4. colum.
post princ. Angel. de Aret. in §. quadrupli 12. colum.
num. 43. & isto modo debet intelligi Glos. ibi. in di-
ctal. fin. in verbo, ex parte quòd tamen singulariter
intellige nisi hæres institutus & gratiatus iam adeptus
fuisse possessionem, quia cum amplius sibi non
competat, ergo nec fideicommissario: ita solus Salic.
in dicta columna 2. & sequitur Cornetus in 3. colum.
in medio. & illud dictum dicit vnicum & alibi notum
reperiri scriptum Ias. in §. action. Inst. de action. pen-
col. in medio, n. 239: Sed hoc reprobatur ibi Alex. 4. co-
lum. & Ias. in §. in princ. Idem Iason. in dicto §. action.
Inst. de action. penultim. col. numero 239. argumen-
to Glos. in l. final. in verbo, non competere, in fine, ff. de
fideicommiss. her. petit. iuncto text. vbi dicit quòd licet
fideicommissaria hæreditatis petitio non detur
contra hæredem vniuersalem qui adiuit & realiter
restituit: tamen si adiuit, & adhuc non restituit re,
sed tantum verbo, vel aliqua res restituit & aliquas
non, pro illis quas non restituit competit illa actio:
& ibi notat Bart. & communiter Doct. & idem vult
Glos. & communis opinio in l. ita tamen, §. si ex Tre-
bel. ff. ad Treb. in glos. fin. ergo patet quòd datur fidei-
commissario, licet semel hæres apprehenderit
possessionem, licet ipsimet hæredi non daretur
petitio hæreditatis, neque istud remedium nec aliud
adipiscendæ: sed ego teneo opinionem Salicet.

quia salua pace isti Doctores erant in fundamento : nam fideicommissaria hæreditatis petitio competit fideicommissario ex persona propria contra tertios possessores vel contra ipsum hæredem, postquam hæreditas est restituta verbo, non re: istud verum remedium leg. fin. datur tantum hæredi scripto, non alteri: & si datur vel competit fideicommissario est ex persona hæredis non propria: vnde si iam ipse hæres adeptus est possessionem non potest competere fideicommissario, & est satis bona & vera declaratio.

139 Similiter etiam remedium illius legis finalis competit substituto pupillari vel vulgari scripto in testamento: ita Glor. ibi in verbo, ex parte, argumento textus in l. 1. eiusdem tituli, quod intellige quando talis substitutus ostendit testamentum in quo est substitutus, & ultra hoc facit fidem iudici qualiter est locus substitutioni: quia mortuus est impubes in pupillari ætate, & concurrunt alia necessaria pro eius validitate, quia aliàs non est iudici notorium ex sola inspectione testamenti eum esse mittendum in possessione, & similiter substitutus vulgaris debet ostendere testamentum & facere fidem iudici de repudiatione hæredis, vel aliud ex quo appareat primum hæredem esse exclusum: ita singulariter Bart. in d. l. fin. 5. colum. n. 2. Ang. in 2. Alb. 6. & Paul. in quarta, numero 9. Salic. 2. numero 5. Alexand. 4. numero 9. Corn. tertia in medio, imò quòd magis est, habet etiam locum in tacite substituto, nam ei competit beneficium illius legis: ita ibi solus Bald. 9. col. in medio, n. 38. Iason. 5. columna, num. 12. Dec. ibi 8. colum. numero 27. tenet etiam Angel. in 5. quadrupli, de action. 12. columna, num. 43. idem tenet Bald. in l. 1. ff. de his qua in test. dec. fin. col. post princ. Ioan. de Imol. ibi 2. col. quod tamen intelligi debet quando etiam fieret iudici fides quòd habuit locum talis substitut. tacita: & ratio est, quia illud quod præsumitur ex vi instrumenti censetur esse de tenore instrumenti, vt l. iurisgentium, §. quod ferè, iuncta Glor. & communiter Doct. ff. de iactis.

Item etiam quia quod virtualiter continetur in instrumento, videtur scriptum in eo, vt in l. asse toto, ff. de hered. instit. Nec obstat si dicas quod talis substitutio tacita non continetur in instrumento, vnde non potest executioni mandari cum non possit substitutus se ostendere substitutum tacite in testamento, quod videtur lex requirere dum dicit testamentum ostenderit: & probat lex de his qua in testam. delen. versic. 1. cuius verba sunt, lego autem sic accipiendum est, non intelligi, sed oculis prospici que scripta sunt: quia respondeo, quòd in nostro casu dispositio expressa continetur in scriptura: ex qua resultat necessariò tacita substitutio, & sic censetur etiam scripta, lecta, & visa sub expressa. Confirmatur ex illa singulari sententia Bart. & comuniter in d. l. 1. ff. de his qui in test. delen. quæ habet quòd instrumentum Guarentigium in quo continetur sola dotis confessio potest mandari executioni ratione fictæ & à iure stipulationis & promissionis, de qua in l. vna, C. de rei vxor. action. licet in eo nulla sit scripta promissio vel obligatio.

140 Item adde quòd beneficium illius legis datur & competit hæredi in quem fit transmissio hæreditatis in testamento relicta: nam si hæres institutus adiuit, & antequam esset missus decessit, hæres eius potest petere se mitti in possessionem virtute illius legis, præterea si hæres institutus decessit hæreditate non adita, tamen transmisit illam ad hæredem ex aliquo capite transmissionis, & ostendat iudici testamentum in quo primus hæres fuit institutus, & qualiter ipse est eius hæres virtute transmissionis, benè competit sibi beneficium illius legis ex perso-

sona defuncti, ita singulariter Bartol. in dicta lege fin. 5. colum. numero 10. & ibi Bald. 9. Faber. 1. col. & communiter Doctores & ante eos Specul. in titulo de testament. §. sequitur, vers. pen. imò quòd magis est, etiam si hæres in quem fit transmissio succedat ab intestato, primo hæredi instituto habebit beneficium illius legis: ita singulariter & subtiliter Bald. in lege 3. ff. de petit. hered. 1. colum. in medio. & ibi Ang. de Perus. tenet etiam Ang. de Aretin. in §. quadrupli, Instit. de act. 12. col. n. 43. Confirmatur etiam ex sententia Paul. & communiter in l. postulante, ff. ad Trebel. vbi dicit quòd in hæredem semper transeunt omnia iura executiua defuncti tam actiue quam passiue, dum tamen constet esse hæredem.

Item etiam illa lex & beneficium eius, competit ei qui venit per ius accrescendi intelligendo tamen quòd probet esse delatum ex repudiatione, morte, vel alia causa, cum sit quædam tacita substitutio, vt in l. si Titio, §. Iulianus, ff. de legat. 2. & in terminis ita tenet Bald. in d. l. fin. n. 30. & communiter Doct. ibi confirmatur etiam quia eiusdem naturæ est pars quæ accrescit, cum parte cui accrescit, argumento text. in l. 4. ff. de iure dor. & in l. id quod, ff. de peric. & commo. rei vend. & in l. pen. ff. vt legat. non c. & in l. si conuenit, la 2. §. 1. ff. de pignor. action. Item habet locum in fisco qui aufert hæredem ab aliquo hærede scripto tanquam ab indigno, ita Bald. in d. l. fi. n. 38. argumento text. in l. 1. & per tot. ff. & C. de his qui vt indig.

Item habet locum & competit beneficium illius legis patri vel domino qui venit ex persona filij vel serui instituti, argumento l. placet, cum materia, ff. de acquir. hered. ita Ang. in §. quadrupli, Instit. de action. 13. col. & idem est in patre qui succedit hodie in locum filij recusantis adire, vt in l. cum non solum, C. de bon. que liber. quia reputatur hæres ex testamento saltem extensiuè & quòd ad omnes effectus, vt probat text. in §. similique modo eiusdem legis, ibi quasi ipse pater ab initio fuisset hæres institutus: ita singulariter Bald. in d. l. fin. 9. colum. in medio, n. 38. idem Bald. in d. l. quòd non solum, 2. colum. facit etiam text. in l. si pater familias, ff. de hered. institut. & in leg. cum proponas, C. eodem titulo, licet contrarium teneat Angel. de Aret. in §. substituitur, Inst. de pupil. substit.

Præterea competit beneficium illius legis filio tacite instituto à matre quæ decessit in puerperio secundum dispositionem textus singularis in leg. 3. C. de inoffic. testam. quia licet non sit scriptus, tamen lex videtur eum scribere, & est quoddam notorium iuris & de iure, ergo viso testamento matris debet fieri missio quòd intelligo si constet & fiat iudici fides de natiuitate filij, & casu matris & de requisitis illius legis 3. subtiliter tenet Bald. in dict. l. 3. in fine, n. 7. & ibi Paul. de Castr. fin. colum. & quest. Angel. de Perus. in fine, & ante eos ita tenuit originaliter ibi Guilielm. Item adde quòd beneficium illius legis finalis competit hæredi instituto tantum pro illis rebus, quas defunctus habebat & possidebat tempore mortis, non verò pro aliis: ita probat textus in dicta lege fin. & ibi Glor. Bart. & communis opinio & probat textus in l. 2. tit. 14. 6. part. Item adde quòd beneficium illius legis competit hæredi instituto, nedum pro rebus quas defunctus possidebat tempore mortis, sed etiam pro rebus quas tantum detinebat, vt commodatis, depositis & similibus: ita Glor. ordinaria iuncto textu in d. l. fin. in verbo, fuerunt, argumento textus in l. & non tantum, ff. de petit. hered. vbi idem dicitur in remedio petit. hered. & tenet Bartol. in dicta l. fin. 3. colum. 3. oppos. Alber. 4. colum. Ang. 2. colum. Paul. 3. colum. Salic. col. n. 21. Azor. ibi in summa 2. columna n. 6. Faber in Breniario fin. col. Rofred. in libellis suis, in rubri de bon. possess. que datur

datur ex edict. diui Andriani, 3. col. & probat dicta lex *part. 2. tit. 14. 6. part.*

Aduertendum etiam quod in tantum est verum quod hæres potest mitti in possessionem ex beneficio text. *in d. l. fin.* vt procedat & habeat locum etiam si hæres scriptus in testamento non probet mortem testatoris: quia ex eo quod hæres habet testamentum in sua potestate, & illud ostendit iudici, præsumitur testatorem esse defunctum, cum aliàs non daretur testamentum hæredi, argumento text. *in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemadmodum testament. aper.* iuncta Gloss. ordinaria vbi habetur quod si constat testatorem viuere, non aperitur testamentum, tamen si constat eum mortuum, etiam præsumptinè potest aperiri: & ista ratione & fundamento ita tenet Bartol. *in d. l. fin. 6. col. in princip.* Paul. de Cast. 4. col. n. 9. Corneus, 3. col. *in fine*, Salicet. 4. col. *in fine.* tenet etiam & reputat singulare Iaf. 5. col. n. 13. Alexand. verò *in d. l. fin. 4. col.* dicit quod requiritur aliqualis probatio saltem per iuramentum, cum possit ex causa contingere testatorem viuere, & testamentum esse penes hæredem, & sequitur Philippus Decius 8. col. n. 27. argumento textus *in l. thesaurus, ff. ad exhiben.* vbi habetur quod in causis summariis & parui præiudicij, statur iuramento & ista opinio esset tenenda in actu practico tanquam communis licet mihi videretur dubia & non vera in puncto iuris, cum semper debeat quis probare illud quod est causa suæ intentionis: & insuper testamentum pro sui validitate requirat mortem testatoris, vt *in cap. cum Mattha. de celebr. Missa. in c. ultima voluntas 13. q. 2. in l. 1. Cod. de sac. Eccl. in l. 4. ff. de adit. legat. in l. sancimus, C. de testam. in l. cum hic status, §. penitentiam, ff. de donat. inter vir. & vxor.* sed iste hæres script. fundat se in testamento, ergo, &c.

145 Item adde, quod in tantum hæres debet mitti in possessionem virtute prædictæ leg. fin. vt procedat etiam si scriptus hæres qui producit testamentum & ostendit iudici non probet se esse illum contentum in testamento: nam eo ipso quod ipse habet & possidet illud instrumentum præsumitur esse ille de quo ibi fit mentio, argumento doctrinæ Bald. not. com. approb. *in l. si qua per calumniam fin. col. in fin. Cod. de Episc. & clericis.*

Item adde quod ad hoc vt hæres possit mitti in possessionem virtute l. fin. iam allegatæ oportet, quod testamentum sit non cancellatum, nec abolitum, nec in aliqua sui parte vitiatum, vt expressè dicit dicta l. fin. ibi, *non cancellatum, &c.* circa quod necessariò videndum est, de quo vitio loquatur & qualiter intelligatur. Pro cuius declaratione breuiter dico, quod vitium de quo loquitur illa lex, debet esse vitium visibile & apparens seu rasura, vel interlineatio visibilis & apparens ex inspectione testamenti & iste est verus & proprius sensus & intellectus illius textus & intentio Doctorum: secus tamen esset si in testamento contineretur aliquod vitium inuisibile, vt vitium præteritionis vel falsitatis, vel aliud simile, quia tunc non impediretur missio licet per aliquem aduersarium allegetur: quia illæ sunt exceptiones requirentes altiorem indaginem, vnde non impediunt istud iudicium possessorium adipiscendæ, cum in eo procedatur summarie: & expresso istam sententiam & declarationem probat textus *in l. 2. Cod. eodem titul. de edict. diui Andriani, tollen.* & ibi notat Bartol. & communis opinio quod intellige, quando talis exceptio requirit altiorem indaginem, vt dixi: secus verò si aduersarius qui tale vitium vel exceptionem opponit, sit paratus eam in continenti probare, quia admittitur, & ea probata impeditur missio: ita determinat Glossa notabilis & ibi tota schola communis *in dicta lege 2.* argumen-

Ant. Gomez ad leg. Tauri.

to textus *in lege 3. §. ibid. ff. ad exhib.* textus *in lege ille à quo, §. si de testamento, ff. ad Treb. & in lege si is à quo in principio, ff. vt in possessione legat.* & per quod tempus dicatur probari in continenti vel ex interuallo, dic quod relinquatur arbitrio iudicis, ista est Gloss. singularis, *in lege si is à quo, ff. vt in possessione legat. in gloss. 2.* & ibi notabiliter Bartol. & Doctor. & latè Bartol. moderni *in lege 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* & cum illa Gloss. se habet communis opinio secundum Albert. *in d. l. 3. §. ibid. ff. ad exhibend.*

Aduertendum tamen est quod Gloss. illa notabilis & communis opinio *in l. 2. C. de edict. diui Andriani, toll.* quæ vult, quod si talis exceptio inuisibilis venit in continenti probanda amittitur, debet intelligi quando aduersarius qui eam opponit est in reali possessione bonorum defuncti, quasi sentiat quod eo casu quod non possidet, non possit allegare aliquam exceptionem vel vitium inuisibile, dato quod velit in continenti probare, & ad hoc patet, quia Glossa proponit quod & exemplum aduersario possidente & simpliciter Doctores eam referunt, & sequuntur: solus tamen Corneus ibi in principio dicit, quod non refert an aduersarius possideat vel non: quia iura superius allegata non ponderant nec requirunt possessionem aliquam, & in vtroque casu militat eadem ratio: vnde Gloss. illud dixit gratia exempli. Sed vltra eam ego si dico quod si aduersarius allegat & opponit exceptionem dominij: quia dicit se dominium alicuius rei hæreditariæ tunc si possidet & incontinenti probat, benè auditur & impeditur missio per regulam, dolo facit: vnde si in tali casu non possideret non audiretur: sed hæredes mitterentur in possessionem, & ipse aduersarius ageret rei vendicatione vel via ordinaria contra eum: & isto casu est verissima & procedit Gloss. & eius exemplum, *in dict. lege secunda & communi opinione.* Si verò non allegat nec opponit aduersarius exceptionem dominij, sed aliam putà præteritionis, falsitatis, vel similem, quam dicit sibi competere: quia est filius vel est de successoribus ab intestato, tunc modò possideat modo non, auditur & impeditur similis missio si in continenti probat alias non argumento text. *in d. l. 3. §. ibidem, ff. ad exhiben. & in d. l. ille à quo §. si de testam. ff. ad Treb. cum similibus,* & est mea noua declaratio ad text. cum Gloss. *in d. l. 2.* Vnum tamen circa proximè dicta nota, quod si vitium præteritionis filij sit visibile & benè impeditur missio: nisi vt si fortè de filio in potestate sit facta mentio per patrem in testamento, sed non reperitur ibi institutus nec ritè ex hæredatus, quia tali casu vitium reputatur esse visibile, argumento text. *in l. si. & in specie ita tenet Bart. in d. l. fin. 3. col. 1. oppo. & Paul. de Cast. ibi. 3. col. in princip.* Philippus Decius 10. colum. num. 36. idem Bart. *in lege 1. eod. titul. & ibi Corneus 1. colum. in medio.*

Item adde quod vitium visibile vt cancellatio, vel rasura testamenti, ita demum vitia quando esset in parte substantiali, vt puta circa institutionem hæredis vel alia simili parte ex qua pendet tota virtus & validitas testamenti: secus verò si in alia parte, vt in aliquo legato vel clausula, quia non vitiat nisi illa tantum pars: & idem est in quolibet alio instrumento, quia si esset vitium in parte substantiali à qua dependet validitas totius instrumenti, vt circa annos Domini, vel aliam solemnitatem ipsius, quia vitia retur totum: si vero in alia parte, solum vitia retur illa pars in qua est vitium: ita Gloss. notabilis *in dicta lege final. in verbo vitiatum,* & ibi Bartol. 2. colum. num. 3. Paul. *in 2. in fin. versicul. 3. requiritur.* Baldus notat 5. colum. *in medio 4. oppos.* Salic. 3. col. *in princ.* argumento text. *in cap. ex*

litteris de fide instrument. & ibi notat Abb. final. colum. & quest. & communiter Moderni, Innocent. & communiter Doctores in capite fraternitatis de hereticis. Intelligit tamen quod vitium, cancellatio, vel rasura testamenti, vel cuiuslibet instrumenti vitiat, præterquam si reperiatur bene correctum vel emendatum ab eodem notario vel tabellione: ut quia dicitur, quod supra in tali parte vel loco rasum, vel cancellatum, vel aditum est, manu mea factum est: quia tunc non vitiat instrumentum: & ista notabilis & quotidiana practica: ita probat text. singulariter in iure, in l. 1. §. & ideo, ff. de his que in testam. delent. per quem ita tenet Bart. in d. l. fin. C. de edict. diu. Adrian. toll. 3. col. n. 3. Bald. 5. col. 4. oppos. Salic. 3. col. n. 13. Corneus 4. col. n. 11. Decius 11. colum. tenet etiam notabiliter Bartol. in d. lege 1. §. & ideo, & ibi Bald. 2. columna, quinto notabili, quem ad hoc dicit vnicum & non alibi, & ad hoc notat eum ibi Dinus & Oldrad. quos ipse refert: & tenet ibi Albert. 2. colum. & ad hoc eum dicit vnicum Angel. secunda columna, numero sexto, & illum ad hoc commendat Bartol. in lege diuus, §. item senatus, in fine, ff. ad legem Cornel. de fals. tenet etiam Bartol. vbi dicit quod ista est communis practica in lege si vnus, in fine, Codice de testament. & ibi Bald. & communiter Doctores tenet & commendat Abb. in cap. ex litteris, in fin. instrument. col. 2.

e46 Adde tamen quod superior conclusio & doctrina debet intelligi, quando talis rasura vel cancellatio corrigitur in corpore ipsius instrumenti ante signum & subscriptionem notarij vel tabellionis: secus verò si extrà, puta in margine: quia tunc non habet diem nec testes instrumentales, & potuit facere ex interuallo & falso, & sic redditur suspectum instrumentum ita singulariter Bald. in leg. si vnus, Silen. idem tenet ibi Paul. & reputat perpetuò menti tenendum idem tenet Angel. de Perus. ibi tenet Baldus, in lege nostram, Codice eodem tit. de testam. 2. colum. & ante eos idem tenet Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de instr. edit. §. ostenso, versiculo illud quoque in additione que incipit, verior est in princip. Contrariam tamen sententiam reperio, quod tenet Bald. in rubrica, Codice de fid. instrument. 9. colum. in medio, numero 20. vbi dicit quod valet & probat, & quod sufficit talis correctio vel emendatio in margine: quia cum sit de coherentibus videtur habere diem, & alia solemnia scripturæ principalis dummodo constet quod sit eiusdem notarij, argumento textus in lege si quis ex argentariis, §. si initium, ff. de edendo. idem tenet Bald. in leg. Labeo. §. 1. ff. de pactis. 2. colum. in fine: sed certè opinio Bald. in dicta lege si vnus, est verior, & magis communis, & eam tenet Alexand. in dicta lege si vnus, fin. colum. & ibi Corn. pen. & fin. colum. & ibi Iason. fin. colum. Nec obstat textus in dicta l. si quis ex argentariis, §. si initium. quia ille textus procedit in scripturis habentibus ordinatam consequentiam scripturæ & est vnus contextus, quo casu intelligitur repetitus idem dies & solemnitas instrumenti secus verò aliàs vt in nostro casu ita respondet Alex. ibi qui dicit quod ista sunt notanda & menti tenenda: quia non possunt esse magis quotidiana pro qua sententia & con. est hodie expressa lex regni, lib. Pragm. folio 192. in 2. colum. Item adde, quod non requiritur prædicta correctio vel emendatio quando littera est omnino similis, vt videatur manu eiusdem notarij scripta: ita tenet Glos. singularis in iure in d. lege fin. Codice de edict. diu. Adrian. toll. in verbo, 1. figura, quam commendat & dicit se nescire alibi Angel. ibi 2. colum. num. 3. tenet etiam & commendat ibi Bartol. 3. columna, numero tertio. Alexand. 6. columna, numero 18. Corneus quarta columna, nume-

ro decimo, similiter Glos. est in capite cum venerabili extrà, de religio. domibus, in glos. fin. contrarium tamen tenet Salic. in dicta lege final. 3. colum. ex eo, quia comparatio litterarum non facit plenam fidem, & redditur suspecta propter variationem: & idem tenet ibi Bald. 4. oppos. Philippus Decius. 11. colum. in princip. Iason. 7. colum. num. 19. idem tenet Abb. in c. ex litteris, de fide instrum. 3. colum. & est probabilior opinio, quia licet inducat præsumptionem falsitatis instrumenti, & comparatio litterarum, inducat præsumptionem contrariam, tamen magis præponderat præsumptio falsitatis quam comparatio litterarum, cum faciliter possit fieri littera similis. Item adde quod si illa rasura vel cancellatio deberet stare secundum quod colligitur ex præcedentibus vel sequentibus quod non vitiat in aliquo instrumentum: Glosa est notabilis in cap. cum venerabilis, de relig. domib. in glos. fin. tenet etiam Bartol. in dicta lege final. 3. colum. licet corruptè alleget illam Glos. idem tenet ibi Salic. 3. colum. Alexand. in 6. Corneus in 4.

147 Adde tamen circa superiora, quod si legitimus contradictor appareat, & potiora iura ostenderit, non fiet missio, imò si facta fuerit, reuocabitur ita textus in dicta lege finali, versiculo sin autem aliquis contradictor, &c. Sed difficultas maxima & valde necessaria, in qua pendet tota virtus eius est, quis sit vel dicatur legitimus contradictor, & quando dicatur habere potiora iura: in quo articulo nimis variavit Glos. in verbo, legitimo. & omnes Doctores tam antiqui quam Moderni. In quo comprehendendo veras & communes sententias resolutiue dico, quod primò erit legitimus contradictor ille qui detinet vel possidet illas res quando petitur missio, & similiter habebat & possidebat eas tempore mortis defuncti, & in eis non poterit fieri missio: argumento illius textus in dicta lege finali, vbi earum rerum que testat. mortis tempore fuerunt, vbi probatur & supra dixi quod ita demum hæres debet mitti in possessionem virtute illius legis, quando bona possidebantur vel detinebantur à defuncto tempore mortis. Hæc Bartoli doctrina. Codice de edict. Diui Adriani tollen. numero 12. Pauli eodem numero Corneus numero 14. Baldi, numero 43. Decius numero 40. ex qua doctrina infert Matiençus in lege secunda, titulo 9. libro 5. glossa 3. num. 20. quod si hæres in testamento institutus ex remed. l. vltim. Codice de edict. Diui Adriani tollen. petierit se mitti in possessionem bonorum defuncti, que tempore mortis relinquit non poterit mitti in possessionem dimidiæ partis bonorum constante matrimonio acquiritorum, quippe quorum domina erat & possessor vxor in vita defuncti, & cum missio petitur ipsa possidebat. Secundò erit legitimus contradictor ille qui habuit titulum à defuncto, & de eius voluntate occupauit post mortem eius possessionem propria authoritate, iuxta Glos. & communem opin. in lege Tertia cum testamento, §. Lucius, Titius, ff. de legat. 2. Tertio erit legitimus contradictor ille qui post mortem testatoris habet titulum verum &abilem ad translationem domini, & similiter possessionem ab aliquo tertio, etiam si tempore mortis testatoris fuerunt penes eum: quia cum istud remedium sit adipiscendæ possessionis, non datur contra titulum possidentem: & ita probat textus in dicta lege fin. ibi, non autem legitimo modo ab alio detinentur, & in remedio quorum bonorum, & petitionis hereditatis, vt supra dictum est. Quarto erit legitimus contradictor ille qui diceret se filium vel successorem ab intestato, & diceret testamentum nullum ratione præteritionis, vel diceret nullum de defectu personæ

personæ testantis, vel diceret testamentum falsum, & offert se incontinenti probare: quia tunc impeditur missio: ita probat textus *in lege 2. Codice de edict. diui Adriani tollen.* & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores. Quintò erit legitimus contradictor ille qui allegaret aliud testamentum solenne, quod derogeret priori: ita probat textus *in dicta, leg. fin. ibi, & hac possessio acquiratur qui potiora ex leg. modis iura ostenderit, &c.* occasione cuius quarunt ibi Gloss. & omnes alij Doctores de subtili & difficili quod si duo vel plura testamenta sunt contraria ab eodem testatore vno & eodem die ordinata, in quibus diuersi hæredes sint instituti, an admitteatur vterque vel nullus; & videtur quod nullus, quia cum incertum sit quod sit posterius, neutrum debet valere, propter incertitudinem & repugnantiam: argumento textus *in leg. duo sunt Titij, ff. de testament. tutor. text. in l. in tempus, §. 1. ff. de hered. instit. textus in l. si fuerit, ff. de rebus dubiis, textus in l. cum ex pluribus, ff. de manum. testament. textus, in l. cum qui nouissimus, ff. ad Treb. textus, in l. idem Pomp. §. fin. ff. de rei vend. textus, in l. eum qui duobus, ff. de acquirenda, heredit. text. in l. vbi repugnant. ff. de regul. iur. Sed pro contraria parte videtur quod valeat vtrumque testamentum, & vterque hæres succedat in medietate ac si in vno & eodem testamento essent instituti, & vterque mittatur in possessionem pro sua medietate: pro qua sententia & conclusione facit bene textus, *in l. cum hic status, §. si ambo, ff. de donat. inter vir. & vxor. text. in l. si inter virum, & in l. qui duos, ff. de rebus, dubiis, text. in l. 1. in fin. ff. de bonor. poss. secundum tabul. text. in l. qui ex liberis eodem i. uolo, textus in l. si quis Titio, §. fin. ff. de legat. 2. & istam partem tenet & fundat meliùs quàm alibi Roffredus in libellis suis, *in rubr. de bonor. possess. secundum tabul. pen. & fin. columna*, post Guilielmum de Suza quem ipse refert.**

148 Sed in hoc articulo resolutiue dico, quod si potest constare de posterioritate alicuius testamenti, etiam per horam vel momentum, illud debet præualere, argumento Gloss. singularis *in l. si ex pluribus, ff. de solus. vbi tenet, quod vbi cumque potest considerari priuilegium vel prærogatiua ex anterioritate vel posterioritate temporis, sufficit si per solam horam vel momentum probetur anterioritas, vel posterioritas temporis, & ad hoc ibi notat & commendat Bartol. Paul. & communiter Doctores & eam dicit raro alibi Bald. *in l. Imperator. la 1. ff. de statu hom. 3. columna*, Barbat. vbi plura iafert *in cap. consuluit. de offic. delegat. similis Gloss. videtur in cap. si à sede Apostolica de præbend. in 6. alia in cap. si duobus, de rescript. pro quibus facit text. in l. ratio, §. finat. ff. de action. emp. textus in l. si fundus, §. si duo, ff. de pignor. si verò non potest constare, tunc magis communis opinio est quod neutrum testamentum valeat, & neuter ex institutis in eis admittatur, sed locus sit successioni ab intestato: ista est. Gloss. expressa *in l. 1. §. non autem, ff. de bon. poss. secundum tabul.* & ibi tenet Bartol. Dinus & communiter alij Doctores tenet etiam Cinus *in l. hac consultissima, §. cum autem, Cod. de testament. tenet etiam Imol. & Doctor. in l. eum qui duobus de acquirenda hered. tenet etiam Gloss. in dicta l. fin. Codice de edict. diui Adriani toll. in verbo, missas. Azor. in summa illius titul. 2. col. num. 5. Alb. ibi in d. l. fin. pen. col. qui dicit quòd ista opinio communis tenetur Oldr. Richard. & Odofr. quos refert Alb. & istam dicit communem opinionem Iason. ibi pen. col. num. 30. eam etiam dicit communem opinionem Decius ibi antep. colum. num. 25.***

149 Limita tamen hanc comunem opinionem non modis
Ant. Gomez, ad Leg. Tauri.

sequentibus. Primò quando neuter eorum possideret secus si aliquis eorum reperitur in possessione: quia ille obtinebit, alter tanquam actor succumbet, nisi probet de posterioritate, argumento *l. si eum actum, ff. de neg. gestis, iuncta Gloss. & communi opinione & in l. non solum, §. sed ut probari, ff. noui oper. nunc. & argumento regulæ l. actor. quod assenerat. Cod. de probat. in l. qui accusare, C. de edendo, ita Bart. post Dinum & antiquos *in dict. l. 1. §. non autem, ff. secundum tabul.* dicit tamen Bald. not. *in leg. 1. Codice quando prouoc. non est nec. 3. col. n. 9.* quod illa prælatio est in absoluendo ex regula generali, quod actor non probante semper reus debet absolui, eo casu quo reus conuentus reperitur in possessione, non tamen simpliciter est intitula, vel referenda illa prælatio in possessione magis priuilegianda in isto casu quam in alio: & iste sensus Bald. & verus in quo vide Decium *in dicta l. fin. pen. col. n. 53.* qui notabiliter impugnat hoc imò dicit, quòd ratio vera est, quia illa possessio fortificatur & corroboratur cum titulo, vnde ex his duobus præfertur possessor, non vero ex solo commodo possessionis. Pro qua sententia & declaratione considerat textum optimum *in cap. si à sede Apostolica, de præbendis, in sexto, & ista opinio & consideratio contra Bald. videtur mihi pura veritas: pro qua facit vltra eum textus not. in l. si debitor. versic. inter eos, ff. de pignor. text. in l. 1. versic. si colonus, ff. de Saluian. inter.* Secundo limita in vtroque testamento si essent instituti hæredes extranei, secus verò si in aliquo essent instituti venientes ab intestato: quia illud testamentum præferretur, argumento textus notabilis & singularis in suo casu, *in l. hac consultissima, §. si quis autem, Cod. de testament. textus subtilis & notabilis in l. si duobus, §. si prius, ff. de contra tabul. iuncta Gloss. & communi opinione ita etiam Bart. post antiquos *in d. l. 1. §. non autem, ff. de bon. poss. secundum tabul.* Angel. de Aretin. *in §. 1. instit. de adempt. legat. 2. col. Iason. in dicta l. fin. Cod. de edict. diu. Adrian. toll. pen. col.* Tertio & singulariter limita nisi ex protocollo tabellionis vel notarij, à quo ordinatum est testament. appareat de posterioritate testamenti, ex eo quod posterius reperitur ibi scriptum, argumento text. not. *in leg. 1. C. de nouo C. compo. §. quibus quem genericè, & summe notat ibi Bald. 2. col. num. 5. & Alber. 1. col. in fin. & communiter Docto. & in expresso istam declarationem, ad prædictam communem opinionem ponit Albert. *in dict. l. fin. de edict. diu. Adrian. toll. penult. col. in fine, de qua nullus ibi facit mentionem: idem reperio quod tenet Aretin. in l. eum qui duobus, ff. de acquir. hered. 2. col. in medio.* Quarto limita, nisi in vno testamento sit instituta pia causa, imò quod magis est si in vno reperiat legatum ad piam causam, illud præfertur & valet ita solus Roman. *in Authent. simpliciter, Codice ad l. Falc. in 12. specialitate vltimarum voluntatum.* argumento text. in suo casu *in l. 1. Cod. de iure fisci, libro 10. & illud dicit singulare & alibi non legisse Iason. in dicta l. fin. pen. column. in medio. & ibi etiam tenet & sequitur Decius penultim. column. in medio.****

Aduertendum tamen, quod hodie ista communis opinio corrigitur & approbatur prima opinio, quod isto casu vterque admittatur & sic hæres in dimidia parte, & mittatur in possessionem pro ea, ita expresse probat & determinat lex tertia, titulo decimo quarto, sexta part. in cuius confirmationem facit text. *in l. militis Codicillis, §. miles, ff. de milit. testament. text. in lege quæ rebatur, eodem titul. textus in lege 1. §. sed & si in duobus, ff. de bonor. possess. secundum tabul. textus in l. duo socij, ff. de hered. instit. facit etiam doctrina & conclusio Bartol. & communis in l. si duo, ff. vii possidetis. Circa quam tamen*

legem Partitæ necessariò potest dubitari, si debeat limitari secundùm declarationes suprâ positas ad communem opinionem scilicet vt si quis reperiat in possessione bonorum, ille præferatur vel si in vno testamento reperiantur instituti venientes ab intestato, illud præferatur vel si in vno sit instituta pia causa, illud præualeat: & breuiter teneo quod non, sed quod indistinctè vterque hæres admittatur, quia suprâ dictæ limitationes tantùm procedebant de iure communi quo non erat decisum quod testamentum valeret, sed cum hodie iam sit decisum, quod vtrumque valeat & vterque institutus sit hæres, teneo pro constanti quod prædicta lex partitæ non recepit prædictas limitationes, bene tamen credo quod superior limitatio quæ habet quod si constat ex protocollo vel registro tabellionis vel notarij de posteritate testamenti procederet & haberet locum etiam hodie, vt illud testamentum quod appareat posterius præferatur: & certè est hodie noua & subtilis limitatio & declaratio ad dictam legem partitæ.

Sextò dico quòd non erit legitimus contradictor ille qui habet titulum habilem ad translationem dominij ab aliquo tertio in vita testatoris, vel post mortem, si nunquam habuit possessionem nec sibi fuit tradita, sed possidebantur, vel detinebantur à defuncto tempore mortis: quia tunc ex eo quod habeat titulum & in continenti vellet probare eum, non impeditur missio, imò hæres institutus mittendus erit in possessionem, & ille non erit legitimus contradictor: quia ille titulus sibi produxit actionem personalem contra obligatum, qui titulum concessit, non verò contra defunctum possessorem, vt in *l. fin. §. fin. cum simili, ff. de contrah. emptio.* ergo similiter non dabitur contra eius hæredem, & sic non impeditur missio: imò licet ab ipso titulo habuerit titulum: non tamen habuit possessionem, non erit legitimus contradictor: imò etiam hoc casu hæres debet mitti in possessionem, quia ab ipso defuncto, vel eius hærede, oportet per viam iuris petere possessionem & tradi omnem, nec propria auctoritate occupare poterit, vt in *l. si ex stipulatione, ff. de acquirenda posses. cum similibus*: ergo etiam hoc casu hæres mittendus est in possessionem, nec eam ille tertius poterit impedire: imò quòd magis est, licet ille contradictor sit verus dominus rei, vel rerum quia habuit titulum à domino & similiter possessionem vel traditionem: in vita ipsius testatoris, tamen testator eam vel eas possidebat vel detinebat tempore suæ mortis, & nunc tempore contradictionis, & sic post mortem defuncti non est in actuali & reali possessione, vel detentatione, non erit legitimus contradictor, nec poterit impedire missionem in possessionem, etiam si vellet in continenti probare prædictum dominium eius: & ratio vera, & mentalis est quia licet verè sit dominus, tamen suam actionem realem, hoc est rei vindicationem debebat proponere contra ipsum defunctum in vita tanquam possessorem via ordinaria, & ipse defunctus deberet esse in sua actuali possessione, donec lis & causa proprietatis decideretur: vt in *lege prima, ff. de alien. iur. mun. caus. fact. in toto titulo, ff. & Codice de rei vendic. & expressius in lege ordinariis, Codice de rei vendic. in lege certi iuris, Codice de interdikt. cum similibus*, ergo ita eodem modo nunc hæres debet mitti in possessionem rei vel rerum, quæ fuerunt penes defunctum, tempore mortis, non obstanti dominio contradictoris, & in ea debet defendi donec per actionem realem, & iudicium proprietatis auocet ab eo res, nec obstat Gloss. ordinaria & communis opinio in *lege secunda Codice de edikt. diui Adrian. toll.* vbi habetur quòd si dominus & continenti probat de dominio suo, impeditur missio;

quia debet intelligi quando ille, qui allegat exceptionem dominij, est in actuali possessione, non verò aliàs, per rationem superiorem, nec obstat etiam & secundò quòd aliæ exceptiones, puta nullitatis testamenti vel falsitatis impediunt missionem vt dixi suprâ: quia illæ exceptiones omninò aduersantur testamento, & per eas excluditur ius agentis hoc est hæredis instituti, ex eo quod est ius incompatible cum dictis exceptionibus: sed ista exceptio dominij non aduersatur testamento vel hæredi nec per eam excluditur ius gentis cum benè stat, quod contradictor possit esse dominus, & hæres possit esse possessor sicut defunctus erat & ista est mea noua subtilis & clara doctrina, & resolutio in hoc difficili & confuso articulo, secundum quam cessant ambages & diuersæ opiniones Doctorum? & in hoc sexto & vltimo membro ita videtur tenere Bartol. & ille est sensus, licet sic non declaret, in dicta lege finali penultima columna in medio versicul. aut allegat titulum: quem omninò vide Paul. in quinta columna, versiculo breuiter mihi videtur. Baldus duodecima columna, versiculo tertio, per instrumenta dissimilia. Corneus antepenultima columna, in medio versiculo recolligendo, itaque concludas. Decius 12. col. n. 40.

Dubium tamen est circa prædictam legem finalem de edikt. diui Adrian. tollend. quis sit iudex competens an iudex loci vbi testator decessit, vel hæredis vel vbi sunt bona? In quo articulo resolutiue dico quòd si quidem quando hæres petit se mitti in possessionem virtute illius legis appareat aliquis contradictor, cuius persona subest illi iudici coram quo petitur vt pronuntiet de mittendo, tunc talis iudex censetur competens, & potest pronuntiare & executionem remittere ad iudicem loci, vbi res hæreditariæ sunt argumento textus cum materia in lege à diuo Pio, paragrapho sententiam Roma, ff. de re iudicata, & in lege cum vnus, §. penultim. ff. de bonis autor. iudic. poss. & in lege properandum, paragrapho si autem reus, capite de iudic. & in capite Romana, §. contrahentes de foro competent. libro 6. & notatur per Glossam & Doctores & in l. hæres absens, paragrapho 1. ff. de iudic. in quibus locis habetur, quòd per litteras iudicantis definitiue, vel etiam interlocutoriè debet fieri executio per iudicem alterius territorij in quo bona sunt si verò nullus appareat contradictor, tunc missio debet peti coram iudice illius territorij vbi sunt res, & ille erit iudex competens vt possit pronuntiare & mittere in possessionem: alter verò iudex vel originis vel domicilij hæredis non erit iudex competens quia non ratione personæ, cum non sit persona contra quam petitio dirigatur.

Item non ratione rerum, quia non sunt in suo territorio argumento textus in l. final. ff. de iurisdict. omni iud. & in expresso istam conclusionem probat text. in lege vnica, Codice vbi de hereditate agitur, in princip. cuius verba sunt, illic vbi res hereditarias esse proponis, hæredes in possessionem rerum hereditariarum admitti postulandum est: & in effectu istam doctrinam & distinctionem ponit Bartol. in d. leg. final. Codice de edikt. diui Adrian. tollent. 6. columna num. 13. & Paul. de Castr. ibi 4. colum. n. 10. qui dicit quòd est pulchrum & subtile Bald. antepenult. colum. 7. q. Salicet 2. colum. num. 8. Alexand. 4. colum. in fin. Iason. 6. colum. num. 17. Decius 9. col. num. 31. Paul. de Castr. not. in d. l. vnica, Cod. vbi de hereditate agitur. & ibi Bal. & ante omnes ibi Azor. in summa, & tandem est ista communis opinio. Ex qua regula & doctrina sequitur, quòd si hæres intentat interdiktum adipiscendæ quorum bonorum, vel petitionem hæreditatis, cum sint remedia quæ requirunt

requirunt rem aduersariorum, & sic personam contra quam dirigantur, quod illa possunt intentari in loco & domicilio ipsius rei conuenti etiam si ibi non sint res: & similiter possunt intentari in loco vbi res sunt, licet ibi reus non habeat domicilium: ita probat textus notabilis in dicta leg. vna. Cod. vbi de hereditate, agitur, in versic. fin. & ibi expressè tenet Glof. finalis & ibi Azor. in summa. Petr. de Bellapert. Bald. Salicet. Paul. & communiter Doctores. Confirmatur, quia interdicta sunt in rem scripta, vt in l. 1. §. interdicta omnia, ff. de interdictis. Petitio hereditatis est actio mixta. vt in l. sed & si lege. §. petitio, ff. de petit. hered. & ibi Glof. Bartol. & communis opinio textus in l. hereditatis. Cod. eodem titulo, & ibi communis opinio, vnde sicut actio merè realis potest intentari in loco & domicilio regis, vel in loco vbi sunt res, vt in l. final. Cod. vbi in rem actio. & ibi Glof. & Doctores, ita ista iudicia vel remedia in rem scripta vel mixta. Sed attende quod in puncto iuris videtur, quod imò ille iudex domicilij hæredis & sic personæ eius possit pronuntiare de mittendo, & per literas suas requisitorias fiet executio & missio per iudicem territorij vbi res sunt: & hoc tali fundamento, quia cum hæres institutus possit statim missionem petere sine aliquo contradicte, & iudex pronuntiare super ea, vt supra conclusum est: sequitur, quod ille actus per se erit validus, sicut si fieret cum contradicte & fortiri debet effectum, vt cum literis suis alibi mandetur executioni, & realiter fiat missio: & istud est quod aperte vult Glof. in dicta l. final. Cod. de edict. diu. Adriani toll. in verbo. competendi. in fin. & istam conclusionem tenet Guilier. de Cum. in dicta l. vna, vbi de here. agitur. quem refert ibi Paulus, in fine. Pro qua sententia & conclusione facit textus vnicus in casu secundum Dinum, Albert. & Doctor. ibi in leg. magis puto, §. illud queri potest, ff. de rebus eorum, vbi probatur quod iudex domicilij minoris potest interponere decretum super alienanda re sita in alio territorio & iurisdictione, licet etiam possit illud interponere iudex loci vbi res est, vt est casus notabilis in leg. prædium. post princ. Cod. de prædiis minor. & ibi expressè tenet Bartol. Bald. & notabilius Salic. qui dicit hanc fore communem opinionem.

151 Secundò, facit textus in leg. prima. Cod. vbi petantur tutores. vbi habetur quod iudex domicilij pupilli potest dare tutores, vt possit administrare res alibi sitas, & similiter iudex loci vbi sunt res, poterit dare: & ibi not. Glof. & communis opinio. Nec obstat textus in dicta lege vna, in princip. vbi de heredit. agitur, quia ibi non negat quod possit etiam peti coram iudice dominij hæredis, & sic non inducit necessitatem. Vel aliter & secundò, quia ibi non loquitur de petitione ipsius pronuntiationis de mittendo, sed de ipsa reali & actuali missione, quæ non potest fieri nisi per iudicem, visa tamen dispositione text. in d. l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollend.

152 Restat videre quæ differentia sit inter remedium adipiscendæ possessionis, quorum bonorum, & remedium dictæ legis fin. quia vnum per aliud videtur superfluum: ad quod dico, quod prima differentia est, quia remedium quorum bonorum, habet locum & competit hæredi de iure prætorio: d. l. fin. competit hæredi de iure ciuili. Sed ista differentia est nullius momenti, cum vtrumque remedium habeat locum, tam in hærede de iure ciuili quàm prætorio, vt concludit Bartol. in dict. l. fin. & in leg. prima, ff. quorum bonorum, & in l. 1. Cod. eod. titul. & ibi communis opinio. Secunda differentia potest esse, quia remedium quorum bonorum est annale cum sit prætorium: sed remedium d. leg. fin. erat perpe-

tuum cum sit ciuile. Sed etiam ista non procedit, quia etiam interdictum quorum bonorum, est perpetuum, cum contineat rei persecutionem, vt est textus in l. pen. ff. de interdictis. text. in l. in honorariis, ff. de act. & oblig.

Tertia differentia realis & substantialis sit, quod remedium quorum bonorum non potest competere eo casu quo res hereditariæ sunt vacantes, sed tantum eo casu quo alius est in possessione vel detentione earum, cum interdictum semper requirat aduersarium, vt proponi possit in iudicio, vt est text. in §. summa autem. in fin. Inst. de interdictis. & sic quando bona vacabant, nullum erat à iure proditum remedium possessoriū pro adipiscenda possessione. Sed prædicta lex fin. habet locum modò res hereditariæ sint vacantes; modò sint ab alio occupatæ, vt aperte probat textus in dicta lege final. ibi mittatur quidem in possessionem, &c. & in specie istam differentiam tanquam substantialem ponit solus Ripa. in rubrica, ff. quorum bonorum, secunda colum. versicul. 5. differentia: sed ante eum hoc tenet Bartol. in dicta l. fin. Cod. de edict. diu. Adriani. toll. 4. col. versic. est & alia. & ibi Iason. antepenul. col. n. 28. & vltra eòs probat aperte textus in l. prima, ff. quorum bonorum, text. in l. secunda. C. eodem titul. textus in §. sequens, versicul. adipiscenda, Inst. de interdict. & expressè ita tenet ibi Angel. de Aretin. & alij Doctor. Quæ differentia quia remedium quorum bonorum habet locum ex testamento, si illud sit solemne & legitime publicatum, cum debeat hæres se probare hæredem, vt in lege prima, & per totum. Cod. quorum bonorum. prædicta verò l. fin. habet locum etiam si non sit publicatum, vt supra dixi.

Quinta differentia est, quia interdictum quorum bonorum proponitur via ordinaria, & datur libellus, & lis contestatur: sed remedium legis finalis habet locum per viam executiuam sine libello summario, modo per solam ostensionem testamenti. Sexta differentia est, quia per dict. l. final. non fit missio, si in aliqua parte substantiali testamenti sit rasura vel cancellatio, sed per remedium quorum bonorum, fit examen probationis & potest fieri missio: vt in leg. si vnus, Cod. de testament. ita colligo ex mente Pauli & aliorum doctorum in dicta lege final. & sic se habent tanquam excedentia & excessa.

Similiter etiam adde, quod hæredi vniuersali ex 153 testamento vel ab intestato datur & competit petitio hereditatis pro consequenda hereditate defuncti, & quia istud remedium est valde vtile & quotidianum, volo materiam eius perfectè & magistraliter declarare. Pro cuius intelligentia dico, quod istud iudicium vocatur vniuersale, quia natum comprehendere sub se plures res, & recipere augmentum & diminutionem, & ita bonorum possessio, peculium, grex, dos, & iurisdiction. Aliud est generale, de cuius natura est redditio rationum, vt actio tutelæ, mandati, pro socio, & negotiorum gestorum. Aliud est particulare, quod non deriuatur ad plura, sed determinatur ad aliquid certum, vt rei vindicatio, Publicana actio, personalis ad rem, ad pecuniam: ita Baldus in lege prima, ff. de edendo. 2. columna numero 7. quam doctrinam & theoreticam dicit singularem & meliorem de iure. Iason. in lege prima, ff. de verb. obligat. fin. colum. & in primis dico, quod istud remedium petitionis hereditatis, datur & competit hæredi vniuersali contra tertium possessorem vel detentatorem rerum defuncti: textus est in l. licet minimam, ff. de pen. heret. cuius verba sunt, itaque qui vel asse, vel ex parte hæres est, intendit quidem hereditatem suam esse totam vel pro parte, sed hoc

solùm ei officio iudicis restituitur quod aduersarius possidet: & hoc siue per se, siue per mediam possessionem succedat, vt mediante filio vel seruo: textus est in l. 1. 2. & 3. eod. tit. & competit tantùm hæredi vniuersali, non verò particulari, sicut interdictum quorum bonorum.

Præterea competit contra possessorem vniuersalem totius hæreditatis, & contra quemlibet particularem possessorem alicuius rei hæreditariæ, textus est in lege regulariter in fine, cum lege sequenti, ff. de petition. hæred. & ibi communis opinio. text. in leg. prima, §. primo, ff. si pars her. pet. text. in l. cum enim, ff. si quis omis. causa testam. facit. text. in l. 1. ff. quorum bonorum in princ.

254 Sed pro declaratione materiæ se offert noua difficultas, nam videtur quod nullo modo petitio hæreditatis possit competere alicui hæredi: quod probo sic, nam hæreditas tantùm dicitur ante aditam hæreditatem, postea verò ampliùs non dicitur hæreditas, sed patrimonium hæredis, vt in l. sed si plures §. filio impubes, ff. de vulgar. & pupil. text. in lege eius qui in provincia, §. fin. ff. si cert. petat. text. in lege fin. in fine, Cod. de inoffic. testam. text. in leg. prima, §. præterea ff. de separ. text. in lege qui Titij testamentum, ff. de his qui vt indign. text. melior de iure in §. 1. Instit. de hæredum qualitat. & different. not. etiam Gloss. & communiter doctores in leg. 1. §. veteres, ff. de acquirend. possess. sed ante aditam hæreditatem, cum hæres nunquam adiuit nec habeat ius in bonis defuncti, non potest petere bona hæreditaria, quia petitio hæreditatis, & quodlibet aliud remediùm adipiscendæ, nunquam competit nisi hæredi qui iam adiuit & habeat ius quæsitum in bonis defuncti: ita probat text. expressus in lege prima, Codic. quorum bonorum in fine. text. in lege secunda, eodem titul. ibi, quasi successorem textus in lege prima, §. quod ait prator, ff. quor. legat. facit text. in l. cum hæredes, ff. de acquirenda. possessione. & in specie, quòd in isto remedio requiratur: quòd hæres iam adiuerit hæreditatem, tenet Rosfred. in libellis suis, in rubrica de petitio. hæred. 2. colum. post aditam hæreditatem non sunt bona hæreditaria, sed propria hæredis, ergo nullo casu potest dici, quòd competat sibi petitio hæreditatis: imò quòd magis est, nunquam potest dari casus, in quo petat bona ante aditam hæreditatem: nam eo ipso, quòd intendat petitionem hæreditatis, & petit bona defuncti, videtur adire: quia cum hæreditatis aditio consistat in animo, vt in leg. pro hærede, & in leg. gerit cum simili, Digest. de acquirend. hæredit. petendo bona necessariò videtur adire: & in expresso istam conclusionem, per istam rationem tenet Bald. in l. 3. Cod. de repud. hæred. 2. column. in principio, numero 4. Salicet 2. columna, post princ. Platea, in rationem Instit. de action. antepenultim. columna, num. septimò, pro qua sententia ego pondero text. in l. si quis mihi bona §. sed quid si mandauit in princ. ff. de acquirenda her. imò quòd plus est, idem esset si hæres faceret aliquem actum præparatorium petitionis hæreditatis, vt si faceret interrogari eum, an possideat pro hærede vel possessore: quia intendit agere petit. hæred. vel faciat similem actum: ita Bald. in l. gerit. de acquirend. hæred. §. column. in medio, ergo cum iam cesset hæreditas, quomodo potest sibi competere petitio hæreditatis? Confirmatur, quia hæreditas est quoddam ius fictum & imaginarium, inductum à iure repræsentans ipsum defunctum, & continet in se omnia iura eius ante aditionem hæredis: textus est in lege hæreditas in multis, ff. de acquir. rerum dom. textus in leg. nihil aliud de verbor. signif. text. in l. hæreditas, ff. de regulis iuris textus in lege. 3. §. hæreditas ff. de bon. possess. cum simil. rursus in ipso instanti, quo hæres ex testamento vel ab inte-

stato adiuit, cessat illa hæreditas, & ipse hæres repræsentat defunctum & retinet omnia iura eius, textus est in Authentic. de iureiurand. à mod. præp. post princip. collat. 5. textus in l. hæres in omne eius; ff. de acquirend. hæred. cum similibus: ergo post aditam hæreditatem impossibile est, quòd hæres petat hæreditatem: quia iam illa non est, cum sit extincta per aditionem: & similiter quia ipse hæres consecutus est illud, quòd in ea continebatur, & sic non videtur dari casus, in quo competat petitam hæreditatem. Sed huic difficultati subtiliter & fundamentaliter respondeo, quòd verum est, quòd petitio hæreditatis semper competit post aditam hæreditatem, & impossibile est aliter competere, cum illam intentando videatur adire, tamen non datur nec competit sibi pro consequenda illa hæreditate iuris, hoc est, pro consequendo illo iure intellectuiali, & repræsentatiuo: quia iam illud consequutus est per aditionem: sed datur & competit principaliter, vt declaretur, quòd est talis hæres & successor, & in consequentiam fiat sibi restitutio rei, vel rerum existentium penes alium, quæ res dicuntur hæreditariæ donec hæres actualiter consequatur possessionem earum: & in specie ita respondet Bartol. & iste est eius sensus in lege tertia, ff. de bonorum possess. 2. colum. numero 4. & Franc. de Aretin. in lege 1. §. veteres, ff. de acquirend. possess. 1. col. in fine. Paul. de Castro in l. hæreditas etiam in fine, ff. de petit. hæred. Rosfred. in libell. suis, in rubric. de petit. hæred. pen. colum. versic. ultimo quaritur. Alber. in rubric. ff. de petit. hæred. numero primo, versic. & notabiliter facit textus in lege regulariter, in fin. & in l. item videndum, §. fin. & in l. & non tantum, ff. de petit. hæred. textus in lege 1. C. vbi de hæreditate agitur. Ex quo infertur verus modus concludendi in petitione hæreditatis, nam debet petere se pronuntiarì hæredem talis defuncti, & in consequentiam ex officio, quòd fiat sibi restitutio rei vel rerum quæ ab alio possidentur vel detinentur: istam practicam probat text. notabilis in l. licet, minimam, ff. de petit. hæred. & ibi notat Bart. Bald. & communiter Doctores Paulus de Castro in lege regulariter, eodem titulo 1. col. num. 3. probat textus in lege tertia, eodem titulo ibi, hæreditatem nostram esse, intendere possumus, & ibi notabiliter Bart. in fine num. 3. facit text. in l. & ex diuerso, §. 1. ff. de rei vendic. text. in l. Pompon. §. 1. ff. de procurat. & vtrobique Bart. & Doctor. vbi habetur, quòd agens rei vendicatione debet principaliter petere se pronuntiarì dominum, & in consequentiam petere rei vel rerum restitutionem.

Adde tamen, quòd licet petitio hæreditatis detur 155 hæredi: vniuersali etiam contra quamlibet possessionem cuiuslibet rei particularis, tamen debet intelligi isto modo, quòd si hæres qui agit, est hæres insoludum, petet & auocabit à possessore totam rem si verò sit hæres pro parte: puta dimidia, tertia, vel quarta, licet illa portio sit maximi valoris, & res possessa sit parui valoris non poterit petere nec consequi, nisi solùm dimidiam, tertiam, vel quartam partem eius: text. est formalis & expressus in leg. 1. §. 1. ff. si pars hæred. pet. & ibi Gloss. ordinaria Bartol. Alb. Odofred. Bald. Angel. Paul. & communiter Doctores text. in lege licet minimam, in fin. ff. de petit. hæred. & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores tenet etiam & declarat Odofred. Paul. & communiter Doctores in lege regulariter, eodem titulo. Confirmatur, quia hæres non potest agere actione personali vel reali nisi parte, pro qua est hæres, textus est in l. 1. & 2. per totum, C. de action. Rursus confirmatur, quia in iudicio personali, reali, vel misto, hæres tantum repræsentat personam defuncti, pro ea parte pro qua succedit, & non pro alia, Gloss. est

est singularis in iure, l. 2. §. fin. ff. de prator. stip. in gloss. fin. in fin. quam ad hoc notat & commendat ibi Bartol. pen. col. Angel. pen. col. & eam dicit singularem Paul. 2. col. & Ioan. de Imol. pen. col. illam etiam Gloss. ad hoc notat & commendat Bart. in l. aius, ff. de pactis 1. col. num. 1. & ibi Angel. 1. col. num. 2. Paul. 2. col. idem Bartol. in l. 2. §. idem si in facto 2. col. ff. de verbor. obligat. idem Bartol. in leg. 4. §. Caro. fin. col. eodem titulo idem Bartol. in leg. continuus, §. fin. 1. col. eodem titulo & ibi Paul. 2. columna, num. 2. & illam dicit singularem Iason. in l. cum qui ita, §. te & Titium 1. col. num. 2. eodem tit. idem Ias. in l. si ita quis §. ea lege 2. col. num. 6. eodem titulo, pro qua Gloss. & communi opinione facit bonus text. in l. cum a matre, Cod. de rei vendit. text. in l. 2. & in l. penult. Cod. de hered. action. text. in l. si uxor, Cod. de bonis auct. indic. possid. text. in l. licet, Cod. ad legem fal. text. in l. 1. Cod. si certum petat. text. in l. pacto successorum, Cod. de pactis text. in l. licet, Cod. famil. heriscun. text. in l. in executione, versiculo prima species, ff. de verbor. obligat. textus in l. si ab eo, C. de negot. gest. textus in l. final, §. in computatione, Cod. de iure delib. textus in l. 1. Cod. unde liberi.

156 Item adde, quod pet. hered. competit tantum pro rebus, quas possidebat defunctus tempore mortis, & reliquit in sua hereditate: si vero illo tempore eas non possidebat, non poterit agere pet. her. sed tunc oportet agere remedio rei vendicationis vel Publiciana: ita probat text. expressus in l. item videndum §. fin. cum l. sequenti, ff. de pet. hered. Ex quo infero in practica, quod haeres qui agit pet. hered. tenetur probare illas res fuisse penes defunctum tempore mortis, cum sit causa & fundamentum suae intentionis, & ita reperio, quod in simili tenet solus Bart. in l. si Cod. de edict. diui Adrian. toll. pen. col. prope finem, loquendo in remedio possessorio illius legis & Philippus Dec. 12. col. n. 40.

157 Item adde, quod petit. hered. non solum competit pro rebus quas defunctus habebat & possidebat tempore mortis, sed etiam pro rebus quas tantum detentabat, ut quia erant depositae, commodatae, locatae, vel alia simili causa essent penes eum, text. est in l. & non tantum, ff. de pet. hered. & ibi Bart. Bald. & communiter Doct. Odofr. & Paul. in §. praecedenti tenet Azon. in Summa, Cod. eodem titulo 2. col. n. 7. tenet etiam & melius quam alibi declarat, & rationem ponit Roffr. in libellis suis, in rubr. de pet. her. antepe. col. num. 10. Ias. in §. actionum, Instir. de act. 30. col. num. 232. ad idem pro hac sententia est casus in §. veniunt eiusdem l. non tantum, cuius verba sunt, veniunt & haeres in hereditatis petitionem, in quibus possessor retentionem habuit, non etiam petitionem, text. in l. si de eo, §. si forte in fin. iuncta gloss. fin. de acquir. possess. & ibi notat Angel. Franc. de Aret. & communiter Doct. Ex quo collige vtilem & not. regulam & doctrinam in hac materia, quod haeres qui agit petitione hereditatis non tenetur probare dominium, vel quasi dominium, vel aliud ius in re fuisse penes defunctum in rebus quas petit, sed tantum quod eas possidebat vel detentabat tempore suae mortis.

158 Item adde pro perfecta declaratione materiae quod petitio hereditatis non datur contra possidentem hereditatem vel aliquam rem eius mediante titulo habili ad translationem dominij text. est capitalis in l. regulariter, cum quatuor ll. sequentibus, ff. de pet. hered. text. in l. hereditatis, Cod. eod. tit. text. expressior caeteris in l. pen. Cod. in quibus caues. longi tempor. presc. cuius verba sunt, hereditatem quidem petentibus longi temporis praescriptio nocere non potest, verum his qui nec pro herede nec pro possessore

sed pro empto vel donato seu alio titulo, res quae ex hereditate sunt vel fuerunt possident, cum ab his successio vendicari non possit, nihil huc iuris definitio noceat. Sed necessarium est scire & inuestigare rationem huius conclusionis & omitta ratione, quam ponit Gloss. in dicta l. pen. C. in quibus caus. ces. lon. tempor. presc. & omnia alia rationibus positae per alios dico, quod vera & fundamentalis ratio est: quia ille qui possidet cum titulo habet & allegat potentius & fortius ius quam haeres qui agit petitione hereditatis nam possessor conuentus nititur & fundatur ex duplici causa, scilicet, ex titulo habili & legitimo, & insuper ex possessione vel detentatione quam habet: haeres vero solum se fundat in suo nudo & simplici titulo hereditario, & possessione vel detentatione quam habuit defunctus: ergo merito possessor conuentus praeferrari debet, & contra eum non habet vires petitio hereditatis, argumento text. & eius regulae & rationis in l. sine autem, §. si duobus versiculis quod si aduersis, ff. de Publiciana & in l. si eares, §. fin. ff. de action. empt. & in l. si debitor versicul. inter eos, ff. de pign. & in l. versiculo si colonus, ff. de Saluiano inter, quae iura sunt satis notabilia in proposito, facit etiam text. in regula, in pari causa, ff. de regulis iuris & in regula impari, eo. em. tit. lib. 6. text. in l. si seruum, §. sequitur in fin. ff. de verbor. obligat. text. in l. 2. C. de con. ob. tur. caus. cum simili istam rationem ponit originaliter Iacob. But. in l. penultima, C. in quibus caus. ces. lon. temp. presc. & ibi Alber. & ibi notabiliter Bald. n. 1. Paul. de Castr. 1. col. post princ. eandem ponit Iacob. But. in l. 2. in fine, Cod. de petit. her. & ibi Paul. n. 3. idem Iacob. But. in l. hered. in fine eodem titulo, & ibi Bartol. qui dicit quod ista est verissima ratio, & ibi Baldus 2. col. num. 4. Angel. de Perus. qui allegat ita tenere Gulliel. Salicet. ibi; in fin. n. 8. istam etiam rationem tenet Cinus in l. cogi, eodem titulo 6. col. versicul. tertia ratio, & ibi Faber in Breuiario, post princip. Bartolus in l. pro herede in fine, ff. de petition. heredit. & ibi Bald. versiculo, quare qua est ratio, idem Bald. in l. nec ullam, prima columna in medio, eodem titulo. Odofred. in l. regulariter tertia columna num. 3. eodem tit. Paulus de Castr. ibi fin. columna in principio. Angel. de Perusio in l. qui interrogatus, eodem titulo secunda columna, vbi dicit ita tenere Iacob. de Aretin. & Gulliel. Ioann. de Plat. in §. actionum Instir. de action. penult. colum. num. 81. & ibi Iason. 27. colum. num. 218. & vide Couart. in practicis cap. 12.

Ex qua ratione infero singulariter & subtiliter, 159 quod si haeres accumulet rei vendicationem cum petitione hereditatis, & dicat se dominum, & sic non solum se fundat in titulo nudo & simplici hereditario & possessione defuncti, sed etiam in dominio, quod dicit se habere in re vel rebus petitis ex persona defuncti, & petat se declarari dominum, quod tunc posset agere contra titulo possidentem, & probato dominio obtineret, cum tunc habeat potentius ius, quam possessor conuentus, ex vi & natura rei vendicationis cumulatae, non vero ex vi & natura petitionis hereditatis: & constat rei vendicatio dari contra quemlibet etiam titulo possidentem, ut in toto titulo, Cod. & ff. de rei vendic. ista est singularis & noua declaratio & inuestigatio Paul. de Castro in l. 2. 1. col. in fin. Cod. de pet. her. vbi dicit esse suum nouum dictum in materia; & non esse dictum ab alio, idem tenet Ias. non allegando authorem in dicto §. actionum, Instir. de actio 17. colum. n. 218. Sed ego reperio quod in expresso contrarium tenet Cinus in dicta l. 2. C. de pet. hered. fin. colum. & q. vbi dicit quod petitio hereditatis & rei vendicatio non possunt simul cumulari, argumento text. in leg. quod

quod in heredem §. eligere, ff. de tribul. & in l. nemo ex his, §. quoties ff. de regula iuris & in l. cum filius, §. variis, ff. de legatis 2. quibus probatur quod vna & eadem res non potest peti pluribus actionibus, quia licet non obstat exceptio contrarietatis tamen obstat exceptio cumulationis & duplicitatis, idem tenet Cinus in l. cogit. 6. colum. propè finem eodem titulo, Bald. in l. hereditates eodem titulo 2. colum. in fine, vbi dicit quòd licet agens petitione hereditatis probaret de dominio defuncti, non obtineret, quia probatio esset extra naturam iudicij petitionis hereditatis idem tenet Bald. notabiliter in l. pro herede, in fin. ff. de pet. her. idem Bald. in l. nec ullam in fine, eodem titulo Angel. in l. qui interrogatus 2. col. eodem titulo. Paul. de Cast. sibi contrarius in l. regulariter fin. col. in med. versic. sed ponamus, ff. eodem titulo.

Sed pro concordia ego in tam subtili articulo dico sic, quòd si agens petitione hereditatis probat in processu dominium defuncti, non obtinebit contra titulo possidentem, nec virtute huius probationis poterit condemnari, ex eo quòd illud non fuit peti- tum nec deductum in iudicio, nec veniebat ex natura actionis propositæ: & sic reus non potuit se defendere: & hoc ego probo ex regula notabili & generica, quæ habet, quòd quando actum est ex vna causa & probatum, ex alia non obtinebit actor in illa, in qua probatum est; text. est singularis in l. habebat, ff. de inst. eod. tit. & ibi notat Bart. Bald. Paul. & communiter Doctores text. in l. Bebius in fine, ff. de patris dotibus, & ibi Bald. & communiter alij Doctores text. in l. 1. ff. si mensor falsum modum dixerit, textus in leg. bouem §. sub conditione, ff. de adil. edict. text. in l. Lucius, §. Sempronia, ff. de legat. 3. text. in l. Aurelius §. final. ff. de liber. legat. & istam sententiam & conclusionem tenet Bart. in l. 1. ff. de edendo, pen. col. num. 12. & ibi communiter moderni. Innocent. in cap. ex parte el 1. de priuileg. Abb. in cap. fin. de libel. oblat. fin. colum. & quest. Specul. in titul. de sentent. §. qualiter fin. col. versicul. quid si lis Bald. in l. 2. C. d. de probat. 1. col. in fin. idem Bald. in Authent. sed & si quis, Cod. de secund. nupt. penultim. colum. idem Bald. in l. per hanc Codice de tempor. appellat. 3. colum. idem Bald. in l. 2. in fin. Cod. de pignor. action. Paul. de Castr. in l. si is ad quem, ff. de acquirend. hered. 2. col. num. 5. Bart. in l. Emilius, ff. de minor. 2. colum. in fin. & isto casu procedat opinio Cini & sequacium, quos supra allegavi: si verò agens petitione hereditatis intentat & accumulatur petitionem hereditatis & rei vendicationem, & dicit defunctum fuisse dominum & similiter heredem, tunc dico, quòd libellus & iudicium procedit, & non probato dominio, obtinebit in petitione hereditatis si possessor conuentus non habet titulum si verò probat dominium, obtinebit virtute rei vendicationis, etiam si conuentus habeat titulum: & ita procedat noua opinio Paul. de Castr. supra allegata: quod probo & confirmo per sequentia. Primò quia regula contraria in qua se fundabat Cinus & sequaces quæ habet quòd vna & eadem res non potest pluribus actionibus peti, debet intelligi quando competere ex eadem causa, vt quando ex vno & eodem contractu, vel vltima voluntate nascuntur plures actiones: secus tamen est quando prædictæ actiones competunt & procedunt ex diuersis causis, licet pro vna & eadem re: quia bene possunt cumulari: ita Bartol. post Glos. ibi in l. edita actio, Cod. de edendo §. col. num. 20. & post eum cæteri Doctores idem Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirenda possessione 3. col. num. 11. & ibi communiter moderni. Sed in nostro casu petitio hereditatis & rei vendicatio sunt actiones diuersæ, & procedunt ex diuersis causis, ergo possunt cumulari: quod proce-

dit etiam si reus conuentus opponat exceptionem cumulationis vel duplicitatis, quia alias si non opponeret absque dubio procederet libellus, vt eleganter concludit Bart. in dicta l. edita actio 6. col. n. 23. & ibi Doctores idem Bart. in dicto §. nihil commune. 10. col. num. 30. & ibi latè moderni. Secundò, quia quando actor probabiliter dubitat ex facto aduersarij de actione vel remedio sibi competenti, tunc bene potest plures actiones cumulare, coniunctim vel alternatiuè, textus est valde notabilis in l. 1. §. quia autem, ff. quorum legatorum: quem ad hoc summè notat & commendat Bartol. Alber. Angel. & communiter Doctores ibi, & per illum text. ita tenet Glos. ordinaria in l. nemo, §. quoties, ff. de regulis iuris, & ibi Doctores tenet etiam Bart. & communiter Doctores in l. quod in heredem, §. & eligere, ff. de tribul. idem Bartol. in l. stipulationes non diuiduntur fin. col. & q. ff. de verb. oblig. & ibi moderni, idem Bartol. in l. vbi autem non apparet, §. qui illud, aut illud eodem tit. Innocent. in capite constitutus, de rest. in integ. n. 2. & ibi communiter Doctores. Idem Innocent. & alij Doctores in cap. fin. de collus. detegen. facit etiam doctrina, & communis practica, quæ habet quòd rei vendicatio & Publiciana, possunt cumulari in vno & eodem libello, vt dixi, & examinaui suo loco. Attende tamen, quòd superior conclusio debet intelligi, quando actor interrogauit possessorem conuentum, an habeat titulum vel non, & fuit contumax quia noluit respondere & actorem certificare: & isto casu procedant & intelligantur iura & rationes, supra proximè adducta: secus tamen alias quando actor nihil interrogasset, quia tunc incertitudo magis prouenit ex suo facto & culpa, quàm aduersarij, cum possit actor in hoc iudicio petitionis hereditatis eum interrogare, an possideat cum titulo vel sine titulo ne iudicium reddatur illusorium, vt in l. cogi, in fin. Cod. de petis. hered. ibi, præter eum qui dicere cogitur, vtrum pro possessore, an pro herede possideat, text. in l. qui interrogatus, ff. eodem titulo & vtrouque communis opinio & in expressio reperio quòd istam declarationem, ponit in terminis solus Bald. in l. 1. Cod. de furtis 2. col. 3. oppos. & aperte hoc vult Glos. ordinaria quæ non allegatur in l. 1. §. quia autem, ff. quorum legatorum in gloss. fin. & hoc idem voluit Cinus in leg. 2. Cod. de petis. hered. fin. col. & q. vbi dicit, quòd petitio hereditatis, & rei vendicatio non possunt in vno eodemque libello cumulari pro vna & eadem re, argumento text. in dict. l. quod in heredem, §. eligere: de trib. cum simili & idem tenet Bald. in dicta l. 2. fin. col. n. 6. Sallc. ibi fin. col. in fine. Angel. ibi 2. col. & est communis opinio quòd bene nota tanquam necessarium in practica. Item adde, ad supra dicta quòd in tantum est verum quòd titulus excludit petitionem hereditatis, vt procedat nedum si allegetur per reum conuentum ante litem contestatam: sed etiam postea, in qualibet parte litis, sicut exceptio peremptoria, & totaliter exclusiua iuris actoris argumento text. in l. peremptorias, Cod. sen. res. non pos. ita Ang. de Perus. post Bart. in l. cogi, fin. col. n. 6. C. de pet. her. Bald. ibi 2. col. n. 6. Sal. 3. col. num. 9.

Præterea adde, quòd titulus non excusat quando esset quæsitus post litem contestatam quia est titulus coloratus & in fraudem quæsitus, argumento text. in l. in summa cum ratione, ff. de peculio, & in l. Sulpitius versicul. respon. si color vel titulus, & c. ff. de donat. inter vir. & vxor. quòd tamen intellige quando titulus esset quæsitus à non domino: secus tamen si quæsitus sit à vero domino: quia sicut verus dominus agentem potuisset repellere, ita eius emptor Præterea sicut ipse reus conuentus esset liberatus si res à domino euinceretur, vt in l. pen. ff. de petis. her. &

Et in l. is à quo, de rei vend. ita emptor poterit se defendere ex titulo habito à domino, ita Bart. in dict. l. cogi. 2. colum. n. 5. Bald. 2. colum. num. 7. Ang. & Paul. fin. col. Ang. notabiliter in l. qui interrogatus n. 3. ff. de pet. her.

160 Aduertendum tamen pro necessaria declaratione huius materiæ & superioris conclusionis, quod ita demum petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem, quando ille titulus esset habilis ad translationem dominij: secus verò aliàs, vt si cesset titulus commodati, depositi, locati, vel similis: quia talis titulus non excludit hanc actionem: ita apertè colligitur ex superiore ratione communi, & in specie ita tenet Petrus de Bellaper. in leg. 1. Cod. de petitione hered. 2. col. in fin. Cinus in leg. cogi. eodem tit. 6. col. in fine. versiculo, sed nunquid Bald. ibi. 2. col. num. 10. Salic. ibi. fin. colum. num. 15. Paulus de Castr. in leg. regulariter, ff. de petit. hered. fin. col. in medio. Bald. in leg. nec vllam 1. colum. post princip. eodem titulo. & ibi Paul. & Doct. Adde tamen quod hoc casu, si contentus possessor vel detentator nominaret dominum in iudicio, erit expediendus processus secundum formam text. in leg. 2. Cod. vbi in rem acti. ita notabiliter Bartol. in l. etiam §. si quis absentis in fine ff. de petit. hered.

161 Patet igitur ex superioribus, quòd petitio hæreditatis solùm competit contra eum qui possidet vel detinet hæreditatem vel aliquam rem hæreditariam sine aliquo titulo, vel causa habili ad translationem dominij: vnde dicunt iura quòd regulariter competit contra illum qui possidet pro hærede vel possessore, text. est in leg. regulariter, ff. de pet. hered. cuius verba sunt, regulariter definiendum est eum demum teneri pet. hered. qui vel ius pro hærede vel pro possessore possidet. text. in l. hæreditatis, Cod. de pet. her. in l. 1. in fin. Cod. de inoffic. testam. pro possessore dicitur ille possidere qui simpliciter possidet sine aliquo titulo vel causa, & sic non iustificat suam possessionem ex aliquo titulo text. est in l. pro hærede, §. fin. cum duabus ll. sequentibus, ff. de pet. hered. pro hærede autem dicitur possidere ille qui verè non est hæres, sed dicit & asserit se hæredem: vnde conueniri potest petitione hæreditatis: text. est in leg. pro hærede, in princip. ff. de petit. hered. nec obstat si dicatur quòd titulus pro hærede est verus, legitimus, & habilis titulus ad præscriptionem, vsucapionem, & omnia alia quæ causantur ab alio quouis titulo, vt in toto tit. ff. Cod. pro hærede sed petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem, ergo non datur contra possidentem pro hærede: quia respondeo quòd illa iura loquuntur de vero & legitimo titulo, putà, quando quis possidebat aliquam rem alienam, quam relinquit in sua hæreditate, & non potuit eam præscribere, quia deficiebat sibi titulus, demum moritur possessor, nam hæres eius ex testamento vel ab intestato incipiet eam præscribere vel vsucapere titulo pro hærede, & iste est propriè titulus pro hærede, de quo loquuntur illa iura, sicut enim ille titulus pro hærede est iusta causa acquirendi dominium hæreditate adita, quando defunctus erat dominus, vt in l. cum hæredes ff. de acquirend. possess. ita debet esse sufficiens ad vsucapiendi conditionem, quando defunctus non erat dominus adita hæreditate & apprehensa possessione, argumento text. in leg. clauibus ff. de contrahend. empr. ita notabiliter Paul. de Castr. in leg. 1. ff. pro hered. hic verò in materia petitionis hæreditatis loquimur de illo simplici possessore qui tantum verbo dicit se hæredem cum non sit, qui potest conueniri hac actione, cum non habeat aliquem verum titulum & ita declarat Gloss. ordinaria in rub. ff. pro hered. & ibi Bartol. Alb. Ang. Imol. Paul. Cuman. & communiter Doct. Glof. in rub.

C. pro hærede. & ibi Alber. Paul. Salic. & alij Doct. Gloss. in leg. pro hered. ff. de pet. her. in gl. 1. & ibi Bart. Ang. & ceteri Doct. Paul. de Castro, in l. regulariter eodem titulo. 1. colum. 3. oppos. idem Paul. in leg. pen. C. in quib. caus. ces. longi tempo. præf. n. 3. gl. in §. sequens vers. pro hærede in gl. 1. Instit. de interd. Angel. de Arctin. in §. actionum. Instit. de action. antepen. colum. num. 67. Iason. ibi n. 217.

Ex quo ego infero vnum nouum & singulare 162 quòd si ille qui simpliciter possidebat sine aliquo titulo & causa, & poterat conueniri petitione hæreditatis, decedat relicto hærede ex testamento vel ab intestato, qui nunc habet & possidet, non poterit aliquo modo conueniri petitione hæreditatis ex eo, quia iam possidet cum vero & legitimo titulo, scilicet, pro hærede, & apertè fundatur ex superioribus. Nec obstat si dicatur, quòd teneatur hæres ex persona defuncti, cum actiones passiuæ transeant ad eum: quia respondeo, quòd illud est in actionibus, & obligationibus personalibus: secus verò in realibus quia nunquam transeant ad hæredes ex persona defuncti, sed ex sua propria persona, vt extraneus possessor conuenitur text. est valde notabilis in l. deo. 12 in fin. ff. ad exhibend. & ibi notant Doctores & per illum text. ita tenet Gloss. ordinaria in rub. ff. de rei vend. in fin. & ibi communiter Doct. Attende tamen singulariter quia contra istam meam nouam opinionem videtur esse text. expressus & formalis in l. Neratius cum l. sequenti. ff. de petit. hered. vbi dicit, quòd si defunctus aliquis possidet hæreditatem alteri delatam, & relinquit in suo patrimonio tempore mortis, & reperiatur eius hæres eam tenere & possidere etiam cum bona fide, & tanquam bona defuncti, quòd poterit hæres cui erat delata, contra eum agere petitione hæreditatis: & ad hoc indifferenter notant ibi doctores: & ratio: quæ ad illam legem assignatur est, quia sicut defunctus possessor poterat conueniri petitione hæreditatis ita eius hæres, cum reputetur eadem persona: quam rationem ponit ibi Gloss. Bartolus Odofred. Albertus Angelus Paul. de Castr. & communiter Doctores. Sed subtiliter respondeo quòd ille text. debet intelligi quando defunctus possidebat vniuersaliter totam hæreditatem & successiuè eius hæres similiter reperitur eam possidere, quo casu tenetur petitione hæreditatis sicut defunctus eius poterat: secus verò quando defunctus habebat & possidebat non ipsam hæreditatem vniuersaliter, sed aliquam rem vel aliquas res eius particulares, quas dimisit hæredi in sua hæreditate, quia tunc alter hæres cui erat hæreditas delata non poterit agere petitione hæreditatis contra eum: & ita procedat mea superior noua conclusio. Et confirmatur, quia quando possessor conuenitur petitione hæreditatis possidet totam hæreditatem titulo vniuersali vel generali; quia sibi est vendita tota hæreditas & non reperitur venditor vel modico pretio distracta est, & à fortiori si donata sit vel titulo lucratiuo habita, benè tenetur hac actione & condemnari potest, non obstante prædicto titulo textus est in l. etiam §. 1. ff. de petit. hered. secus verò est quando particulari titulo oneroso vel lucratiuo haberet & possideret rem particularem, vt in l. regulariter ff. de petit. hered. cum simil. & supra deductum est, & ratio vera est, ne eo casu quo quis possidet titulo vniuersali vel generali, actor qui vult petere res, cogatur intentare rei vendicatione in omnibus & singulis rebus possessis, & in qualibet earum probare dominium quòd esset difficillimum & onerosum: & istam rationem voluit Iurisconsultus in dict. l. etiam §. 1. de petit. hered. ibi, ne singul. iudiciis vexaretur, vbi sic exponit solus Paul. de Castr. in princip. ita ergo dicamus in nostro casu, quando quis

quis possidet titulo pro hærede, vt si mediante illo possideat totam hæreditatem, possit conueniri: si vero aliquam vel aliquas res particulares, tunc non teneatur nec conueniri possit hac actione: vnde ad illum textum *in dict. l. Neratius*: non est vera ratio illa communi supra assignata, quia illa attendenda haberet locum ille textus etiam si defunctus haberet & possideret quamlibet rem minimam particularem: sed attendenda ista mea secunda ratione, non haberet locum nisi solum eo casu quo ille defunctus possideret vniuersaliter totam hæreditatem primi defuncti: & licet Doctores antiqui nec moderni verbum in hoc non dicant, tamen ista videtur mihi veritas & realis intentio illorum iurium, & hoc videtur esse de mente Bald. in distinctione quam facit *in l. nec ullam colum. in med. ff. de petit. hered.* & ex eo reprobo dictum singulare Ias. *in §. sed quidem Instit. de action. 4. col. numero 22.* vbi dicit quod Publiciana datur contra possidentem pro hærede, cum non sit verè titulus, argumento Glos. & communis opinionis *in rubr. ff. pro hærede, & in l. pro hærede, ff. de her. & dicit esse suum nouum dictum, ab alio non tactum: nam si Ias. intelligit eo casu quo ex persona defuncti actor intendat Publicianam contra tertium possessorem, qui dicit & præten dit se hæredem verbo cum non sit, est indubitabilis opinio sua, cum ille titulus non sit titulus: & patet quia tunc propriè competit petitione hæreditatis & per consequens competet Publiciana: si verò Iason loquitur eo casu quo ille possessor successit alteri defuncto, & sic possidet vero titulo pro hærede, tunc sua opinio est falsa, cum ille sit verus & legitimus titulus, vt supra probaui: & secundum hoc rectè dicebat ille solennis vir quem dicit ibi Ias. interrogasse de hoc, quem ipse Ias. reprehendit, & male; & istam meam opinionem tenet expressè Alexand. *in addition. ad Bart. in dicta l. Neratius, ff. de petit. her.* & fortè ille erat solennis vir de quo dixi *in d. §. ille quidem*, licet eum ibi non nominauerit. Item adde non minus singulariter quod prædicta deberent intelligi, quando ille hæres & possessor qui possidet titulo pro hærede esset extraneus: secus verò si esset filius suus & in potestate: quia tunc nullo casu reputaretur verus titulus pro hærede in sua persona, vnde indistinctè modò possideat vniuersaliter res, modò aliquas particulariter, possit conueniri petitione hæreditatis, & etiam Publiciana in suis casibus, cum ille titulus quo ad filium, habeatur pro non titulo argumento textus cum materia, *in leg. nihil, C. pro hærede.**

163 Vnum tamen est diligenter notandum in ista materia, quod ita demum titulus excludit petitionem hæreditatis quando fuit acquisitus in vita defuncti, secus si post mortem eius: quia tunc bene potest possessor conueniri, ita determinat solus Bald. *in l. fin. Cod. de edict. diui Adr. toll. 6. col. 9. opposit. & 7. col. 11. opposit.* vbi dicit quod miratur hoc à nemine fuisse animaduersum, quod dictum reputat ibi singulare Paul. *fin. col.* & limitat esse verum, quando titulus esset acquisitus ab illo qui poterat conueniri petitione hæreditatis ex eo quod in alium non potuit transferre plus iuris quam ipse habeat, & idem in effectu tenet ibi Corneus 8. col. *in princ.* idem etiam tenet Bald. *in l. nec ullam, propè finem ff. de petit. hered.* licet Paul. relinquat cogitandum, *in leg. regulariter, in fin. eodem titulo.* Sed attende quod ista noua sententia & conclusio nullo modo potest esse vera, imò apertè est falsa. Primò, quia considero quod omnia iura quæ dicunt, quod petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem necessariò debet intelligi de titulo acquisito post mortem defuncti: quia ad hoc vt petitio hæredi-

tatis competat hæredi, oportet quod illa res, pro qua agitur, possideretur vel detineretur immediate ab ipso defuncto tempore mortis, & eam relinquat in sua hæreditate & aliter non potest competere illud remedium: ergo possessor conuentus qui vult excusari propter titulum quem habet, debet intelligi de acquisito post mortem ab aliquo tertio: quia alias si in vita defuncti habuisset titulum & possessionem ab aliquo nullum esset dubium, cum eo ipso quod defunctus non teneret vel possideret eam tempore mortis non posset competere petitio hæreditatis, vt supra bene probaui, & ista est clara, & viua ratio ad quam Doctores non aduertunt, per quam reprobo & confundo prædictam subtilem, & nouam opinionem Bald. Secundò pro ista mea sententia & conclusione contra prædictos Doctores facit; nam ratio illa fundamentalis & communis, per quam petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem, quia habet potentiùs ius, militat & habet locum etiam in isto casu, modò titulus sit acquisitus post mortem defuncti. Tertio, pro ista mea sententia & conclusione pondero & considero text. expressum, *in l. pen. Codice in quibus caus. ces. longi temp. pres.* vbi dicit quod ille, qui possidet cum titulo aliquam rem quæ est vel fuit hæreditatis non potest conueniri petitione hæreditatis: & sic apertè loquitur in titulo habito post mortem defuncti, cum alias illa res non diceretur hæreditatis, facit etiam text. *in l. 2. versiculo emptor. ff. de petit. hered. text. in l. hæreditatis, eodem titulo & in expresso istam sententiam & conclusionem contra Bald. tenet Salic. in d. l. fin. pen. columna, num. 5. Codic. de edict. diui Adriani toll. & ibi Alex. antepen. columna, Salic. in l. 2. Cod. de petition. hered. 2. columna, numero 6. & ibi Paul. de Cast. 2. col. Angel. de Atet. in §. sed iste quidem, Institut. de action. antepen. col. num. 13. idem Angel. in §. actionum, eod. tit. antepen. columna, numero 68. Iason. ibi 27. col. num. 218. sentit apertè Bart. si bene consideretur *in l. cogi, Cod. de petit. hered. 2. col. in illa quest. an titulus superueniens, pendente iudicio, excludat petitionem hæreditatis*, idem etiam videtur tenere Iason. *in l. 1. Cod. de inoffic. restam. pen. columna, vers. 6. sing. limita*, & istam eandem opinionem tenet Bald. sibi contrarius *in leg. incerti, Codice de interd. 9. columna, num. 27.**

Item adde pro maxima & necessaria declaratione 164 materia, quod petitio hæreditatis ita demum competit hæredi, quando adiuuit hæreditatem, & nondum apprehendit possessionem rerum, sed antequam apprehendat reperit eas penes alium, nam tunc contra eum potest agere hoc remedio: si verò semel apprehendit possessionem rerum, & postea cadat à possessione earum vel alicuius & reperiatur penes alium, non poterit contra illum agere petitione hæreditatis: & idem est si semel egit & obtinuit, & postea cadit à possessione, quia postea non poterit agere isto remedio pro illa re consequenda: vnde hoc casu necessario recurrendum esset ad rei vindicationem vel Publicianam: ista est Gloss. singularis in iure iuncto text. *in l. 1. in glos. 2. ff. de fideicom. hered. pet.* quam ad hoc notat & commendat ibi Bart. Bald. Alb. & Doctores antiqui tenet etiam Alb. *in rubri. ff. de petit. her. n. 1.* idem Alb. *in l. si à domino vel patre eod. tit.* vbi dicit esse satis notabile in materia, idem Alber. *in l. non possumus, ff. si pars her. pet.* istam etiam sententiam & conclusionem tenet Pet. de Bellapet. *in l. 2. C. quorum honor.* Fran. de Aret. *in l. 1. §. veteres, ff. de acquir. poss.* & ibi Ias. 9. col. n. 17. Ioan. de Plat. *in §. actionum, Inst. de act. antepen. col. n. 76.* & ibi Ang. de Aret. *fin. col.* vbi valde commendat, & ibi Ias. *pen. col. n. 238.* dicens esse diligentissimè notandum, quia vehe

vehementer in hoc erratur in practica. Idem etiam tenet Ias. in l. eius qui in prouincia. §. fin. pen. col. ff. si cert. pe. Iacob. de Sanct. Georg. in l. 1. ff. de eden. 4. col. num. 23. Anton. de Butr. in conf. 63. Alex. in conf. 89. vol. 2. idem Alex. conf. 94. colum. 2. eod. volum. istam etiam sententiam & conclusionem tenet expressè Glos. notabilis & ordinaria in c. 1. de confessis lib. 6. in gl. 1. magna in fin. vbi ponit regulam & doctrinam generalem, quòd petitio hæreditatis & quodlibet aliud remedium adipiscendæ nunquam competit postquam hæres semel apprehenderit possessionem, liceat postea ceciderit ab ea & ibi communiter Doct. idè etiam tenet Spec. in tit. de positionibus, §. 10. vers. hoc quoque diligenter notandum est, contrariam tamen sententiam & conclusionem tenet Paul. de Castr. in rub. ff. de fideicom. her. petit. n. 3. vbi dicit quòd ex eo, quòd hæres apprehendat possessionem non debet perdere commodum huius remedij petitionis hæreditatis, vt teneatur probare dominium, vel quasi agendo rei vendit. vel Publiciana, cum ante apprehensam possessionem sufficeret probare repertam esse in hæreditate defuncti, nec videt rationem per quam apprehensio possessionis contrarium inducat idem reperio quod tenet Philip. Dec. in regula, hæreditas. ff. de reg. iur. 2. col. n. 7. Sed his nõ obstantibus ego teneo opinionem Glos. & communem, pro qua facit optimus textus in l. & non tantum. §. quòd si pro emptore. ff. de petit. her. text. in l. si à domino vel patre. §. si possessor. in fine eod. tit. facit etiam ratio. in qua se fundat Bartol. in d. l. 1. de fideicommiss. her. petit. vbi dicit quòd petitio hæreditatis, vt in l. item videndum, §. fin. cum lege sequenti, ff. de petit. heredit. sed postquam hæres apprehendit possessionem, iam res non sunt hæreditariæ sed ipsius hæredis, vt in leg. 1. §. veteres. & ibi Glos. & communis opinio Doctorum, ff. de acquirend. possess. sequitur etiam quòd ista actione iam non potest agi: nec obstat, si replices prout replicabat Paul. vbi supra, quòd etiam ante apprehensam possessionem eo ipso quòd hæreditas est adita definit esse hæreditas, ergo nunquam competat petitio hæreditatis postquam hæreditas est adita, licet possessio non sit apprehensa: quia respondeo quòd respectu dominiij amplius non dicitur hæreditas, sed respectu possessionis semper dicitur vacare donec possessio apprehendatur: & ista fuit propria intentio Bartol. in dicta l. 1. de fideicommiss. heredit. petit. & ita respondet notabiliter Aretin. in rub. ff. de acquirend. heredit. 1. colum. vers. non obstat argumento. Confirmatur etiam superior communis opinio quia remedium adipiscendæ, quorum bonorum non competit postquam hæres semel adeptus est possessionem text. est in l. 2. §. hac autem interdicta, ff. de interdictis, & ibi expressè notat Angel. de Perus. text. in §. sequens vers. ita quòd Instit. eodem titul. & ibi notat Platea. tenet etiam Glos. ordinaria in d. c. 1. de confess. lib. 6. in gl. mag. in fin. Petr. de Bellaper. in l. 2. Cod. quorum bonorum. Salic. in rub. eodem titulo 2. colum. & similiter remedium leg. fin. Cod. de edict. diui Andrian. tollen. non competit hæredi, postquam semel adeptus est possessionem si cadat ab ea: ita notabiliter solus Cin. ibi. fin. col. num. 14. cum quo transeunt comuniter Doctores & tenet & commendat Ias. in l. eius qui in prouincia, §. fin. pen. col. ff. si cert. petit. tenet etiam Angel. de Perus. in dicta l. 2. §. hac autem interdicta, ff. de interdictis in princip. nec obstat Glos. in rub. Cod. quorum bonorum. vbi dicit quòd ista remedia competunt amplius quàm semel, per textum in l. licet minimam, ff. de petit. heredit. quia debet intelligi pro re diuersa, secus pro eadem re pro qua semel actor egit: quia pro ea non potest amplius quàm semel intentari secundum Doctores. ibi, & isto modo debet etiam intelligi Glos. Ant. Gomez ad leg. Tauri.

in lege tertia, Cod. de negot. gestis in gloss. antepen. sed secundum veram literam in qua deficit, non.

Vltèrius etiam pro perfecta intelligentia & practica huius remedij petitionis hæreditatis, necessarium est videre, qualiter debeat intentari & fieri condemnatio & executio, & quid comprehendatur in hoc iudicio vniuersali: in quo articulo vt omnes casus magistraliter comprehendam, procedo per resolutiuas conclusiones. Prima conclusio, quòd actor potest proponere petitionem hæreditatis vniuersaliter, dicens se hæredem, & talem pronuntiari, & reum conuentum condemnari & compelli ad restituendum quidquid habet, tenet, vel possidet de hæreditate & sic vniuersaliter, & genericè potest facere petitionem, quo casu si actor probauit res quas reus possidebat, iudex pronuntiabit eum hæredem & condemnabit reum eas restituere: si verò nullam vel nullas res probauit actor reum possidere, sed solum ex probationibus resultat & apparet reum possidere hæreditatem, vel aliquas res hæreditarias, & non constet quas, tunc iudex pronuntiabit actorem esse hæredem & condemnabit genericè reum restituere omne illud, quòd habebat & possidebat de hæreditate, & postea in executione fiat liquidatio rerum: & ita quotidie fit & practicatur: & in expresso istam theoricam & doctrinam ponit Glos. notabilis & ordinaria in l. 1. ff. de edendo in gl. magn. post princ. & tenet & declarat ibi Baldus 2. colum. in princ. num. 7. quem vide Albert. 2. col. numer. 4. Odefred. 4. colum. in fin. versic. in vniuersalibus Baldus 3. colum. in princip. numer. 7. qui reputat esse notabile & menti tenendum. Paul. de Castr. ibi 2. colum. num. 7. Alexand. 3. col. num. 20. Iason: 5. col. num. 29. Iacob. de sancto Georg. 4. col. n. 22. Innocent. notabiliter in cap. conquerente, penult. colum. in fin. num. 5. de offic. ordin. Rofred. qui notabiliter loquitur & declarat in libellis suis, in rub. de actione vniuersali. Iason. in §. actionum, Inst. de action. numer. 215. Glos. notabiliter ordinaria in cap. 2. de libel. oblat. in gloss. magn. in medio. versic. in vniuersalibus, & ibi Ioan. Andr. 3. col. in medio Cardinal. 1. colum. in fin. Marianus Socin. ibi num. 17. & 79. facit bonus textus in leg. licet minimam, ff. de petit. heredit. textus in leg. sed & si possessori, §. fin. in princ. ff. de iureiur. textus etiam notabilis in leg. defensionis facultas, Cod. de iure fisci, lib. 10. & ibi ad hoc expressè notat Bartol. & illum text. ad hoc tanquam principalem allegat Bartol. in dicta lege 1. ff. de edendo. & post eum alij doctores supra allegati. Pro qua sententia & conclusione est hodie lex notat. par. l. 26. titul. 2. part. 3. Secunda conclusio quòd si actor egit petitione hæreditatis contra illum qui possidet vnam vel aliquam rem solam hæreditatis, & postea pendente iudicio ante sententiam incipiat alias res de nouo possidere quæ non fuerunt petita: nec deductæ in libello, tunc potest fieri sententia vniuersaliter per quam actor declaretur hæres & reus condemnatur vt restituat omnes res quas possidet: iste est text. qui sic debet intelligi in l. 4. ff. de petit. her. cuius verba sunt, si hæreditatem petam ab eo qui vnam rem possidebat, de qua sola controuersia erat, etiam id quòd postea possidere cœperit restituet: textus etiam expressus in l. si quo tempore, in princ. eod. titul. facit textus in l. quæstum, ff. de peculio, textus in l. 1. §. 1. ff. si pars heredit. petit. & ita per illum text. in dict. l. 4. tenet ibi Odefred. Alber. Bart. & notabilius ibi Bald. Angel. de Perus. qui benè declarat & ponit practicam, & ibi Paul. de Castr. & communiter scribentes, istam etiam conclusionem per illum text. tenet Anton. de Butr. in c. 2. de libel. oblat. 7. col. vers. & procedunt predicta, Spec. in tit. de actione seti. petitione, §. sequitur, vers. differunt. probat etiam Gl. in c. cū ad sedem, in gl. 2. de restit. spol. Ff

Aduertendum tamen pro intellectu illius subtilis & difficilis legis, quia videtur quod superior intellectus communis non possit procedere: nam in aliis bonis de bono possessis per reum non reperitur aliqua petitio: vnde non potest iudex in eis condemnare, argumento text. & eius regulæ *in leg. ut fundus. ff. comm. diuid. ibi, quia ultra id quod in iudicium deductum est, excedere potestas iudicis non potest. text. in leg. si ex testam. in fin. de except. rei iud. text. in leg. Pomponius, la 2. in fin. de negot. gest. text. in l. fin. C. de fideicom. libert.* Nec obstat quod petitio hæreditatis est iudicium vniuersale, aptum comprehendere sub se omnes res hæreditarias, vt patet ex prima conclusione superiore: quia respondeo quod verum est, quando vniuersaliter intentatur ad omnes res, si tamen intentatur pro aliqua re particulari, licet iudicium sit vniuersale aptitudine, tamen effectus condemnationis moderatur & restringitur ad illam tantum rem petitam, vt *in lege licet minimam. ff. de pet. hered.* ergo sic dicamus in proposito, quod condemnatio & sententia debet moderari vt fiat tantum in re petita. Confirmatur etiam ista difficultas inuitabiliter quia cum in aliis rebus nouiter possessis à reo conuento non reperitur defensio nec auditus, non potest bene constare, an possideat titulo vel non: vel an hæres aliquando habuit earum possessionem: vel an reus habeat aliam iustam causam defensionis, per quam possit excludere petitionem hæreditatis: vnde impossibile videtur quod possit condemnari, argumento text. *in cap. 1. de caus. possess. & propr. text. in Clem. pastoralis verb. ceterum de re iud. versic. cum simil.* quibus probatur quod contra inauditam partem non potest fieri sententia: vnde sumpta occasione superioris difficultatis reperio ad illam legem varios & subtiles intellectus.

166 Primus igitur intellectus ad illum text. *in dicta l. 4.* sit, quod ibi actor non egit petitione hæreditatis ad vnam rem tantum: quia tunc non posset in aliis fieri condemnatio, sed egit petitione hæreditatis vniuersaliter contra reum conuentum, generaliter dicendo, quod possidebat reus bona hæreditaria, vnde iuste venit condemnandus etiam in his quæ postea reperitur possidere tempore sententiæ: & istum intellectum reperio, quod expressè & notabiliter tenet Rosfred. in libellis suis, *in rubrica de actione vniuersali, idem Rosfred. in rubric. de pet. hered. 6. column. numer. 9.* Innocent. *in cap. conquirente de offic. ordinarij penult. column. num. 5.* Bartol. *in leg. edita actio. Cod. de edendo. 1. column. in fin.* contra hoc oppono Alexand. *ibi. 2. column. in fin. Ias. 5. column. num. 12.* & in hoc videtur resistere Socin. licet relinquat cogitandum Alber. *in l. 1. ff. de edendo. 2. colum. num. 4.* & ibi Alex. *3. col. num. 20.* Iacob. de S. Georg. *ibi 4. colum. numero 22.* & istum intellectum aperte vult Glos. *in cap. 2. de libel. oblat. in gl. magna in medio versicu. in vniuersalibus.* & Ioan. And. *ibi 3. column. in medio.* Cardi. *ibi. 1. column. in fine.* & istum intellectum apertius tenet ibi Abbas Panorm. qui notabiliter loquitur. *10. colum. num. 25.* & ibi Felin. *6. column. num. 11.* & tandem iste videtur communis intellectus: pro quo facit ibi text. *in dicta l. 4. in princip.* dum dicit si hæreditatem petant, &c. & sic non se restringit ad vnam rem particularem, nec obstat text. ibi dum dicit *de qua sola controuersia erat.* quia debet intelligi primo propter quam solam controuersia erat: & ita exponit ibi Glos. prima quasi velit dicere, quod ratione illius rei fuit intentatum iudicium petitione hæreditatis & secundum hoc Glos. illa ordinaria sentit istum intellectum. Sed certè iste intellectus licet in se sit verus, tamen quo ad illam legem, non procedit: quia ibi actor tantum egit petitione hæreditatis ad vnam

rem, & hoc significant verba textus dum dicit: *de qua sola controuersia erat:* Secundus intellectus verus & planus videtur esse, quod in casu illius legis petitio fuit generalis vel vniuersalis: quia petit actor se pronuntiare hæredem, & restitui sibi talem rem possessam à reo conuento, & insuper alia quæ postea reperitur possidere tempore sententiæ: istum intellectum refert Bald. *in dicta leg. 4. in princ.* dicens per aliquos dari, & non nominat aliquem authorem: sed reperio quod in expresso eum tenet Pet. de Bella-per. *in leg. edita actio. Cod. de edendo. 9. column. vers. salua pace.* Sed iste intellectus etiam non procedit cum aperte sit diuinatorius. Tertius intellectus sit, quod ibi actor proposuit petitionem hæreditatis vniuersaliter dicendo illum esse hæredem & reum conuentum possidere bona defuncti, vnde petit restitui talem rem certam: nam tunc cum vniuersaliter egit, licet in conclusione petat restitutionem vnus folius rei, veniunt etiam omnes aliæ res, attenda propositione generali vel vniuersali, & in specie istum intellectum reperio quod tenet Specul. *in tit. de iudiciis. §. 1. col. 1. vers. si verò vna res petitur,* sed certè iste intellectus minus bene procedit, quia totum iudicium videtur fundatum super vna re, vt probat litera text. & supra ponderaui, & sic patet quod intellectus illius legis, ita dubius est, quod vix potest percipi veritas, & in ea præclari doctores variauerunt, vnde cogitaui quod sit. Quartus verus & notabilis intellectus ad illam legem quod ibi actor egit petitione hæreditatis pro sola vna re tantum, & ad eam solam restrinxit petitionem suam, vt aperte probant verba, text. putà quia dixit se hæredem, & petit talem per iudicem pronuntiare: quia semper istud principaliter venit in hac actione, modò agat pro omnibus rebus, modò pro vna re tantum: vt *in l. regulariter cum l. sequenti. ff. de pet. hered.* & istud est quod vult text. *in d. l. 4. in princ.* dum dicit, *si hæreditatem petam, primo, petam me pronuntiare hæredem, & hæreditatem ad me pertinere:* & ita accipitur in toto illo titulo & rubrica & insuper petit rem illam ab aduersario possessam sibi restitui, vt patet in text. ibi, *de qua sola controuersia erat,* & postea pendente iudicio si reus alias incipiat possidere, non requiritur alius libellus, nec litis contestatio, nec iuramentum de calumnia, nec aliqua alia petitio solemnis vel formalis: quia primus libellus, cum sit super actione vniuersali, & in eo iam petitum sit illud, quod in eo principaliter & iure actionis venit, extenditur virtualiter ad omnes alias res, vt veniant illo iudicio bene tamen requiritur ante sententiam quod actor summarie petat illas res, quas de nouo incepit reus possidere implorato ad hoc iudicis officio, mediante quo fit in ista actione rerum restitutio: vt *in l. licet minimam. ff. de pet. hered.* & iudex audita parte aduersa summarie cognoscet, de rebus nouiter possessis, & in omnibus quas reperiat fuisse hæreditatis condemnabit tempore sententiæ: quia sine hoc impossibile esset, quod impartiret officium suum: & iste est verus & clarus intellectus illius legis iudicio meo, & reperio quod istum intellectum sentit clarè Cinus *in leg. edita actio Cod. de edendo 8. column. vers. pro cuius rei noticia.* & ibi Paul. de Castr. *3. colum. in princip.* imò quod magis est, dico quod etiam si post sententiam latam incipit alias res possidere, virtus sententiæ extenditur ad illas, vt non sit opus nouo libello nec iudicio aliquo ordinario, sed summarie potest cognosci, au illæ res fuerunt hæreditariæ, & ex iudicis officio fiet earum restitutio: & ita etiam potest intelligi, text. *in dicta l. 4. in fin. ibi, postea possidere ceperit. 1. post sententiam:* & ita ibi expressè tenet & exponit solus Paul. de Castr. facit text. *in l. si quo tempore eod. tit.* Tertull. conclu-

lio principalis & subtilis sit, quòd si actor intendat petitionem hereditatis, dicendo se heredem & talem pronuntiarum, & reus conuentus nullam rem hereditatis penitus possideat, nec pendente iudicio incipiat possidere, sed tantum ipse reus dicat & pretendat se heredem esse, & per consequens neget intentionem actoris, bene competit actori petitio hereditatis: & tali contradictione probata fertur sententia pro actore, in qua iudex pronuntiauit eum heredem & habere omnia iura defuncti, & aduersario perpetuum silentium imponetur, & erit virtus huius sententiæ maxima, quia quocunque tempore reperiatur reus aliquam rem hereditatis possidere, illa sententia mandabitur executioni: & via summaria & executiua, implorato iudicis officio, probauit aliquam, vel aliquas res esse penes reum condemnatum, & iudex compellat eas sibi restitui: ita probat mihi casus expressus & notabilis in l. item videndum, §. si quis competeretur, ff. de petit. hered. & licet ille textus videatur loqui eo casu, quo ante sententiam superuenit possessio reo, tamen eadem est ratio si superueniat sibi postea, cum iudicium petitionis hereditatis rectè fuit propositum: & istam conclusionem tenet ibi Paul. de Castr. in fin. licet non bene declaret nec fundet, idem Paul. in l. si quo tempore, in fine, eod. tit. idem Paul. in d. l. 4. eod. tit. & ratio vera & subtilis huius contra est, quia ista actio principaliter datur & competit, vt quis declaretur & pronuntietur hæres vniuersalis in solidum vel in quota: & istud venit propriè ex natura ipsius actionis, sed ex iudicis officio, vt est text. clarus in l. licet minimam, ff. de petit. hered. text. in l. 3. ibi, hereditatem nostram esse intendere possumus eod. tit. & si subtiliter dicas quod ista mea conclusio non potest esse vera, quia petitio hereditatis requirit extremum habile ex parte rei conuenti, scilicet quod possideat aliquam rem pro hærede vel pro possessore, vt dicit text. formalis in leg. regulariter, cum. 4. ll. sequentibus ff. de petit. hered. text. in l. hereditatis, Cod. eodem tit. & idem est in actione reali particulari, vt rei vendicatio, Publiciana, & similis, quia semper requirit extremum habile, hoc est possessio vel detentatio ex parte conuenti, vt in l. vna, Cod. de alien. iur. mut. caus. fac. cum materia, quia respondeo quòd bene verum est, quòd petitio hereditatis competit contra eum qui possidet aliquam rem hereditatis, pro hærede vel possessore, vt dicunt prædicta iura, sed etiam competit contra eum qui dicit & pretendit se heredem vt hoc discutatur, & liquidetur: & pro eo, qui probauerit, feretur sententia declaratoria iuris vniuersalis pronuntiando eum heredem & alteri imponendo silentium, & ita potest nouiter intelligi text. in d. l. regular. ff. de petit. var. ibi, qui vel ius pro hærede vel possessore possidet vel rem hereditariam: quasi velit dicere, quòd possidere ius videatur dicere se heredem & talem reputari: facit etiam bonus text. in leg. sed & si possessori, §. si cum de hereditate, ff. de iureiuran. Pro qua sententia & mea conclusione considero nouissimè textum notabilem & subtilem & rationem eius in l. hereditas etiam in princip. ff. de petition. heredit. vbi dicit, quòd hæres & hereditas potest dici, licet nulla bona habuerit defunctus, nec relinquat in hereditate: cuius verba sunt, hereditas etiam sine vllò corpore iuris intellectum habet, & tali casu principalis effectus erit representatio intellectualis defuncti, quæ principaliter attenditur, & à iure consideratur in qualibet successione, ex qua possunt aliquando resultari effectus, & tali casu potest competere petitio hereditatis vt probat text. in d. l. hereditas, qui aliud non voluit, & credo quòd in alium finem non fuit posita in illo titulo, sed tunc reus aduersarius nullam rem possideret, imò im-

Ant. Gomez ad Leg. Tauri;

possibile esset possidere cum non sit aliqua res in hereditate: ergo clare infertur, quòd potest competere contra illum qui tantum dicit, & pretendit se heredem, & valebit iudicium & sententia huius iuris declaratoria. Nec obstat iterum, si dicatur, quod lata definitiua sententia in principali cessat iudicis officium accessorie competens, vt in l. 4. C. depositi, quia illud est verum, quando officium iudicis respiciebat condemnationem: secus verò si respiciebat tantum executionem & solam realem restitutionem, vt hic. Quarta conclusio & finalis sit quod si actor intendat petitionem hereditatis, & reus conuentus non dicit, nec contendit se heredem: nec etiam possidet aliquam rem hereditariam: nec obtulit se liti, tunc teneo nec indubitanter quod non potest competere petitio hereditatis, nec valeret iudicium, nec sententia declaratoria alicuius iuris: quia non est extremum aliquod ex parte rei conuenti ratione cuius intenditur & non reperitur reus in hoc iudicio contra quem possit ferri sententia: argumento text. in cap. forus, vers. in omni negotio, extra de verb. signif. & in lege inter litigantes, ff. de indic. & in expresso istam conclusionem licet sic non declaratum, t. net Bald. in l. non alias, 1. lect. ff. de indic. idem Bald. in l. licet minimam, 1. lect. ff. de petit. her. idem Bald. in l. qui se liti obtulit, 2. lect. ff. de rei vend. & ante eum Gulliel. de Cum. in l. cogi C. eod. tit. quem ibi refert Bald. fin. col. licet contrarium, male velit Paulus in l. 4. ff. de petit. her. idem Paul. in l. si quo tempore, eodem tit. idem Paul. in leg. item videndum, §. 1. in fine, eodem tit. Bald. & expressè & subtiliter in l. cogi, C. eodem tit. fin. col. num. 13. Salic. ibi pen. colum. num. 13. & 14. argumento Glos. singularis in l. si à te, §. 1. ff. de excep. rei iur. sed certè eorum opinio est falsa, nec obstat Glossa in d. l. si à te, quia eam reprobaui suo loco.

Et si quæras in quo differat istud iudicium vniuersale petitionis hereditatis, & interdictum quorum bonorum, vide Gloss. in rubric. Codice quorum bonorum, & ibi late Bald. Salic. & communiter alij Doctores & satis patet ex supra dictis. Bartol. in leg. 1. ff. quorum bonorum 2. columna, num. 4. & ibi Doctores Roffred. notabiliter in libellis suis, in rubr. quorum bonorum, fin. colum. Ex quorum dictis possunt colligi sequentes differentia. Prima quia prædicta iudicia sunt mere possessoria, istud verò est mixtum, quia sapit proprietatem cum in eo actor declaretur hæres: sapit etiam possessoriam cum in consequentiam fiat restitutio possessionis. Secunda quia illa iudicia sunt summaria & quodam modo executiua, & in eis non ventilatur ius vel exceptio requirens altiore indagine: istud verò est plenarium. Tertia quia in illis iudiciis non admittatur appellatio, in isto verò sic. Quarta quia in illis iudiciis non veniunt fructus nisi à tempore litis contestatæ, quia regula notabilis est in hac materia, quòd in interdictis non debentur fructus accessio- nis, nec interesse, nisi à tempore litis contestatæ, textus est in l. in interdictis, ff. de interdictis, cuius verba sunt, in interdictis exinde ratio habetur fructuum, ex quo edita sunt non retro, & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria Rayner. Bartol. Alber. Angel. de Perus. & communiter Doct. text. in leg. quasitum, §. ex hoc interdicto, ff. de precario, quod est verum & procedit in omnibus interdictis præterquàm in interdicto, vnde vi: quia reus conuentus tenetur à tempore violentiæ commissæ: text. est in l. 1. §. ex die, ff. de vi & vi arm. cuius verba sunt, ex die quo quis deiectus est, fructuum ratio habetur, quamuis in ceteris interdictis ex quo edita sunt non retro computantur: textus in leg. semper, §. in hoc interdicto; Digestis quod vi aut clam. textus in lege videmus, la 2.

§. in Fabiana, ff. de usuris. text. in l. si de possess. Cod. unde vi. & istam regulam & doctrinam ponit Azor. in summa, Cod. de interdictis, fin. col. num. 21. & communiter Doctor. in locis supra allegatis. Sed adde quod prædicta regula & conclusio debet intelligi quando reus conuentus possidet cum bona fide, si verò cum mala fide, indistincte tenetur in quolibet interdicto à tempore possessionis vel detentationis: & in interdicto unde vi, non est speciale: quia semper inuasor fuit in mala fide: & in expresso ita tenet & declarat Rey. Bart. Alber. Angel. de Perus. & communiter Doctores in d. l. in interdictis, & in aliis locis supra allegatis, in isto verò iudicio petitionis hæreditatis veniunt fructus partus, & accessionis, in quantum possessor est factus locupletior, quia omnia ista augent hæreditatem, quod est verum & procedit quando erat bonæ fidei possessor: si verò esset malæ fidei possessor indistincte tenetur de omnibus fructibus & accessionibus: text. in l. sed & si leg. §. 1. & per totam legem, ff. de petit. her. cum simil.

168

Interdictum retinendæ possessionis competit possessori pro tuenda & conseruanda possessione quam habet in aliqua re contra impeditum vel molestantem in ea, & vocatur *uti possidetis*, pro rebus immobilibus, & vtrouque pro rebus mobilibus: text. est in l. & per totum, ff. uti poss. text. in l. una, C. uti possid. text. in §. retinenda, Instit. de interdict. cum duobus, §. sequentibus text. in l. prima, ff. utrobi. & in primis adde, quod datur & competit possessori, modo possideat ciuilitè & naturaliter modò ciuilitè tantum, modò naturaliter tantum: text. est in d. l. 1. in princip. text. in §. interdictum autem eiusdem l. text. expressior cæteris in l. fin. eod. tit. vbi fructuario naturaliter tantum possidenti, & proprietario ciuilitè tantum possidenti, datur hoc interdictum: & ibi Gloss. ordinaria, Angel. & communiter Doctores tenet etiam expressè Bart. in d. l. 1. col. 1. in princ. & tenet Azor. in Summa, C. uti possi. 2. col. n. 6. Faber. in §. retinenda, Instit. de interdict. in prin. & ibi Platea. 2. col. vers. ad primum. Confirmatur, quia interdictum unde vi, competens pro vi expulsiua datur possidenti ciuilitè tantum, vel naturaliter tantum text. est in l. 1. §. deicitur ff. de vi & vi arma. & ibi communis doctrina Doctor. Ex quo infertur quod si quis tantum habet nudam detentationem rei & non possessionem, non potest ei competere hoc remedium *uti possidetis*, & ita tenent & concludunt Doctores vbi supra, & probat text. formalis in l. si duo §. creditores eod. titul. & an isto casu, quod remedium competat detentatori, vide omninò & necessariò ea quæ dixi supra ista lege, in articulo detentationis.

169

De hoc interdicto, vide Eguinarium lib. 6. Manualium, titul. 17. Menchar. de retinenda remed. 3. in princip. *uti possidetis*, olim competebat ei, qui tempore redditi interdicti possidebat vtrouque, experiebatur ille, qui maiore parte nouissimi anni possedisset, quæ differentia abrogata fuit, nam Vlpianus in lege prima *uti possidetis* scribit, in vtrouque interdicto sufficere possessionem temporeurbationis, Iustinianus verò in §. retinenda instituit. de interdictis. scribit sufficere litem contestatæ temporeurbationis possidere, quæ diuersæ constitutiones sunt, vt aduertit Eguinarius Varo, vbi supra in dict. §. retinenda, & patet, quia Vlpianusurbationis tempus, Iustinianus tempus contestationis attendit, quamuis vnam esse constitutionem, & exæquationem quam pro more suo sibi vindicat Iustinianus contendat Menochius de retinenda remed. 2. numero quarto & sequentibus. Retinendæ autem possessionis causa comparata sunt interdicta ne vis fiat ei de superficiebus, & itinere actûque priuato, de aqua quotidiana, & astina, de

riuis, de fonte, vt constat ex illis titulis, & prosequitur Menochius de retinenda remed. 1. cum sequentibus.

Aduertendum tamen quòd licet possessori detur hoc interdictum *uti possidetis*, amen debet intelligi quando non possidet vi, clam, vel precariò ab ipso aduersario: nam aliàs non possit obtinere in hoc interdicto: textus est in dicta lege prima, ff. uti possid. in princip. textus in §. perpetuo eiusdem legis textus in lege vna. Codice eodem titulo. textus in §. hodie Instit. de interdict. unde etiam si ab alio possideret vi, clam, vel precario, & sic vitiosè vel iniuste non tamen ab ipso aduersario, benè possit sibi competere hoc interdictum, & obtineret in eo: ita expressè probant prædicta iura & in expresso ita dicit, textus in lege prima §. fin. in fin. ff. uti possid. cuius verba sunt, quod ait prætor in interdicto, neque vi, neque clam, neque precariò alter ab altero possidetis: hoc eò pertinet, vt si quis possidet vi, aut clam, aut precariò, si quidem ab alio pro sit ei possessio si verò ab aduersario suo non debeat eum propter hoc quod ab eo possidet vincere, & licet in expositione illorum verborum sit aliqua contentio & diuersitas inter Glossas & Doctores antiquos, vt patet ex his quæ tradit Glossa ordinaria in lege vna, Codice uti possident. & ibi Azor. in summa 3. & 4. colum. maximè in numero 2. & ibi alij Doctores antiqui, tamen clara & vera expositio est ista, quòd si actor possessor vi me deiecit à possessione, vel si me absente clam fuit vtramque possessionem adeptus, vel à me precariò habuit possessionem, & agit contra me isto remedio & interdicto *uti possidetis*, quia eum turbo in possessione illa quam à me vitiosè habet, si ego excipio & probò aliquod de prædictis, non debet obtinere: non tamen dico quòd ex illo iudicio virtute illius exceptionis probatæ fiat mihi restitutio possessionis cum ex parte mea hoc non reperiatur petitum, sed tantum ego reus diffinitiuè sum absoluendus à petitione actoris & ab interesse rationeurbationis præteritæ, nec potest actor de tali molestia & inquietatione quam sibi fecit conqueri, cum ipse fuerit huius molestiæ causa, & possit sibi prouidere, restituendo, mihi possessionem: noluit enim prætor eum in violentia, vitiosa, vel iniqua possessione defendere, vt citus actor restituat: sicut aliàs videmus, quòd iura permittunt quem in possessionem rei contumacis mitti, vt tædio affectus veniat responsurus: & iste est verus & realis sensus prædictorum iurium, & in effectu ita voluit Bartolus licet sic non declaret, in dicta lege prima §. fin. ff. uti possidet. & ibi Albertus, Angelus de Perus. post Dinum & antiquos, ita etiam tenet Baldus in lege vna, Cod. uti possidet. 2. colum. num. 3. & ista est intentio Innocent. in cap. veniens 2. col. de prescript. & ibi Ioann. Anton. 2. colum. Abb. penultim. colum. Cardin. 2. colum. & in tantum hoc est verum, vt procedat etiam si ego reus talem exceptionem opponam post litem contestatam in qualibet parte litem: quia debet admitti tanquam exceptio peremptoria, ita Bartol. singulariter in dicto paragrafo. fin. 1. colum. num. 4. nam iuris prædicta aperte probant quòd talis exceptio opponitur ad victoriam & iustitiam causæ, non autem ad processum: & referunt verba sua ad tempus definitiue sententiæ, non verò ad tempus litem contestatæ, tenet etiam Cardin. in dict. cap. veniens, de prescript. 2. col. & ibi Abb. antepen. col. vers. secundum remedium est. Imol. penult. col. num. 11. Anton. 3. col. in medio. licet contrarium tenet Innocent. in dict. c. veniens 2. colum. vbi expressè dicit quòd talis exceptio debet opponi ante litem contestatam argumento text. in c. fin. de

de ordin. cogni. sed communiter reprobatur à Doctõ-
ribus. Ex qua conclusione sic declarata nota, quòd
licet ego spoliatus mea possessione non possim pro-
pria autoritate expellere violentum possessorem
ex interuallo, sed in continenti, *ut in leg. 3. §. cum
igitur. ff. de vi & vi armata.* tamen bene pos-
sum cum semper & perpetuò inquietare, nec te-
neor interdicto *uti possidetis*: ita tenet Gloss. ordi-
naria *in dicto §. fin. in gl. pen. & ibi Bart. 1. colum.
numero tertio & communiter alij Doct. & illam
Glos. reputat ibi singularem Alexan. in addition. ad
Bartol. similis tamen Gloss. est in l. vna. C. uti possid.
in verbo, nec precario, & ibi communiter Doct.
& istam sententiam & conclusionem reputat singula-
rem Abb. in dicto cap. veniens. de prescript. antepen.
colum. ibi Imola pen. colum. & Anchar. fin. col. & re-
putat mirabilem Salic. in dicta l. vnic. Cod. uti possid. 6.
colum. num. 26. notat etiam & commendat Ang. de
Aret. in paragrapho retinenda, Institut. de interdictis,
fin. colum. Vnum tamen est quòd si ego turbator op-
ponam prædictam exceptionem, & insuper petam
restitutionem rei & possessionis mihi fieri deducendo
remedium *unde vi*, vel aliud competens remedium,
per viam exceptionis & reconventionis, obtinebo &
fiat mihi restitutio, non est natura interdicti *uti possi-
detis*, cum non possideam, sed ex natura interdicti *un-
de vi*, vel alterius remedij propositi: per viam excep-
tionis seu reconventionis: argumento text. in l. Pa-
pinianus §. si filius ff. de inoffic. testament. text. in leg.
si prateritus ff. de contra tabul. & in specie ita tenet
& declarat Alberic. in dicta leg. prima §. fin. ff. uti
possid. fin. quest. post Dinum. & antiquos tenet etiam
Abb. in dicto cap. veniens de prescript. antepenul. co-
lumn. versicul. tertium remedium est. & ibi Card. se-
cunda columna. Anchar. 3. col. Attende tamen quod
superior conclusio debet intelligi quando actor
possideret vi, clam, vel precario, & sic iniuste & vi-
tiosè, à me aduersario conuento interdicto *uti possid.*
secus tamen est si possideret clam, vi, vel precario,
& sic iniuste & vitiosè ab aliquo tertio: quia tunc
bene posset agere contra me vel alium inquietan-
tem, & obtinebit, nec ego possem opponere de iure
tertij textus est in dicta leg. prima §. fin. ff. uti
possid. & ratio duplex statim ponitur in leg. secunda.
Prima, quia non refert an iusta, vel iniusta sit pos-
sessio quòd ad alios. Secunda, quia possessor modò
possideat iuste modò iniuste plus iuris habet quàm
ille qui nullo modo possidet: facit etiam text. in
leg. tertia §. ex contrario ff. de acquirend. possessio. text.
in leg. duo in solidum ff. de precario. Ex quibus infert
Angelus de Perus. in dicta l. 1. §. fin. ff. uti possid. pul-
chram & singularem regulam, quod in omni materia
possessor iustus vel iniustus semper plus iuris habet
quàm ille qui nullo modo possidet.*

170 Pro perfecta tamen intelligentia oportet videre
contra quem datur & competat hoc interdictum,
uti possidetis: & resolutiue respondeo quod compe-
tit primò contra illum qui se possidere contendit, ut
sic ille, qui melius probet, defendatur in posses-
sione, & habet commodum possessionis: textus est
in leg. prima §. sed si inter ipsos ff. uti possidetis, cu-
ius verba sunt, *sed si inter ipsos contendatur vter pos-
sideat, quia alteruter se magis possidere affirmat,
tunc si res soli sit in cuius possessione contenditur ad
hoc interdictum remittetur.* & ibi Gloss. ordinaria
in verbo affirmat Bartolom. & communiter Do-
ctores text. in §. retinenda eiusdem leg. text. in leg.
exitus ff. de acquirend. possess. text. in leg. incerti iu-
ris Codic. de interdictis. textus in leg. ordinarij Codi-
ce de rei vend. text. in paragrapho retinenda, in princi-
pio. Instit. de interdict. text. in capit. licet causam, de
probat.

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

Secundò datur & competit ciuilitè possiden-
ti contra possidentem tantum naturaliter vel ciuili-
ter, & naturaliter possidenti contra detentorem
tantum, ut desinat à molestia, & in consequen-
tiam restituat possessionem naturalem vel deten-
tationem ipsi actori possidenti: ut infra latius di-
cam.

171 Tertio datur & competit contra quemlibet in-
quietantem vel molestantem, licet non asserat nec
contendat se possidere: quia non finit possiden-
tem liberè uti sua possessione, arando, seminando,
ædificando, fructus colligendo, vel alio quouis
facto vel modo, textus est notabilis & capitalis in
materia in l. vim facit, ff. de vi & vi armat. cuius ver-
ba sunt, *vim facit qui non finit possidentem eo quod
possidebat uti arbitrio suo, siue in serendo, siue in colli-
gendo, siue in arando, aut quid ædificando, siue quid om-
ninò faciendo per quod liberam possessionem aduersarij
non relinquit.* & ibi notat Bartol. Alberic. & Angel.
text. in l. si duo §. si vicinus ff. uti possid. text. in l. per-
miseri. versiculo primo ff. de acquirenda possessio. tex-
tus in c. audita, de restit. spol. in princ. & ibi gloss. 2.
& ibi notat Ant. 1. not. Abb. prima column. Anchar.
ran. 2. column. 1. oppo. tenet etiam Innocent. in cap. li-
cet. de probat. 3. column. in fin. Hostien. 6. column. in
fine. tenet etiam Glos. ordinaria in l. 1. §. sed si inter
ipsos, in verbo, affirmat ff. uti possid. Gloss. in versicul.
retinenda, in verbo, multis causis, eod. tit. Gloss. in l. si
duo in princip. in gloss. 1. eodem tit. Gloss. in l. 1. §. inter-
dictum hoc in verbo, possidere, in fin. ff. de vi & vi ar-
mat. Gloss. in l. vnic. C. uti possid. in verbo, nec vi. Gloss.
in §. hodie. Institut. de interdictis, in verbo, nec clam in
princip. tenet Bartol. in l. 1. §. huius autem interdicti. 1.
column. in princip. ff. uti possid. idem Bartol. in para-
grapho restituenda, eiusdem l. Speculator in titul. de caus.
poss. & propr. §. 1. versic. & scias, 2. col. num. 7. Faber
in §. retinenda, Instit. de interdict. 4. col. in princip.
Quartò datur & competit interdictum *uti possid.* con-
tra perturbantem vel molestantem solo verbo, putà
contra eum qui dicit possessionem talis rei posses-
sori non pertinere, vel esse malæ fidei possessorem,
vel non habere iurisdictionem in aliquo territorio,
quod tamen notabiliter intellige isto modo, nam si
ille qui inquietat, perturbat, vel diffamat possessorem
solo verbo, non impedit per hoc suam possessionem,
vel quasi, nec fructus eius, tunc possessori non com-
petit istud interdictum contra illum: quia per hoc
non dicitur possessor turbari: & sic non est extre-
mum habile ex parte conuenti, sed competet reme-
dium, leg. diffamari, Cod. de ingen. & manum. ita sin-
gulariter Innocent. qui sic debet intelligi in capitulo
secundo de restitut. in integrum, secunda colum. post
medium, & Ioan. Andr. ibi secunda colum. post princ.
Cardinal. 5. colum. 7. q. in fine. Ant. antepenul. colum.
in fin. si verò per inquietationem vel diffamationem
quam ille reus facit solo verbo, possessio actoris im-
peditur quia propter verba sua possessor non inuenit
colonos, inquilinos, vel laboratores: vel alias impe-
ditur commodum possessionis vel iurisdictionis: quia
fortè est potens vel nobilis, tunc bene tenetur in-
terdicto *uti possidetis*, quia satis per hoc videtur
possessorem turbare: ita probat textus bene ponde-
ratus in dicta l. vim facit, ff. de vi & vi armat. ibi,
*siue quid omninò faciendo per quod liberam possessio-
nem aduersarij non reliquit*; nam apertè vult textus
comprehendere quodlibet genus turbationis per
quod impediatur possessio & effectus eius, & per il-
lum textus ita determinat Bartol. in leg. prima §. hu-
ius autem interdicti, ff. uti possid. 1. col. n. 2. Angel. de
Perus. ibi in fin. istam etiam conclusionem & decla-
rationem Bart. tenet Imola, in cap. 2. de restit. in inte-
grum, pen. col. in princ. Anchar. ibi 3. col. in primo not.

Faber. in §. *retinenda*, institut. de interd. §. col. n. 17.
& ibi Angel. 2. col. in fine, n. 3. & ibi Platea, 3. col. in
161 *Princ. versic. ad tertium.*

Ex quibus subtiliter potest dubitari si fortè reus conuentus isto interdicto *uti possidetis* nunquam inquietavit nec molestavit actorem facto nec verbo, sed tantum tempore quo mouetur lis & offertur libellus, reus negat intentionem actoris, & per consequens negat actorem possidere, an competat actori istud interdictum & procedat iudicium, vt probata possessione actoris reus condemnetur, dato quod ex tali negatione vel contradictione verbabli non turbetur possessio actoris nec vsus & effectus eius: & dicendum est quod sic: ita singulariter determinat Specul. in titulo de actione seu petitione, §. *super petitionibus*, 3. colum. versicul. *sed nunquid*. argumento textus in lege *is qui se obtulit ff. de rei vendic.* & in l. *fin. ff. si usufruct. petat. cum simil.* licet certè illa iura parum probent: tenet etiam Compostellanus in *cap. mandatum, de rescript.* 13. colum. versicul. *sed nunquid*. vbi dicit sic de facto obtinuisse. Ioan. Andreas ibi *antepenultima columna, in fine*. Cardinal. *antepenultima columna, trigesima quinta questione*. Anchar. *fin. column 7. questione*. Sed attende, quòd prædicti Doctores non videntur probare nostram conclusionem nec loqui in nostro casu, sed intentio eorum tantum est dicere quod si actor agit hoc interdicto *uti possidetis*, contra aliquem ratione alicuius molestiæ vel inquietationis præteritæ extraiudicialis, & reus contestatus fuerit litem, obtinebit actor licet aliter non probet molestiam vel inquietationem: quia reus offerendo se liti & contestando videtur confiteri, sicut in simili dicimus, quod si reus qui non possidet suscipit iudicium rei vendicatio videtur se offerre liti & condemnatur ac si possideret, vt in leg. *is qui se obtulit, ff. de rei vendicatione*, & in leg. *qui se liti obtulit, ff. de petition. heredit.* & in l. *fin. ff. si usufruct. petat.* in nostro verò casu actor proposuit interdictum *uti possidetis*, & reus conuentus non confitetur expressè nec tacitè aliquam molestiam vel inquietationem præteritam extraiudicalem, sed tantum nec actorem possidere: vnde illa videtur molestia vel inquietatio tantum verbalis & nuda, & non facti, & per eam non censetur turbata possessio: ergo non potest competere interdictum *uti possidetis*, pro tali negatione & contradictione iudiciali, sed tantum negat cum sit inquietatio nuda verbalis, vt patet ex doctrina quam supra proximè posui: & istam conclusionem tenet expressè Abbas Panormitan. in dicto capitulo *audita, de restitutione spoliatorum, secunda col. in medio*, & ibi Imola in fine, & apertius Imola in lege, *si prius, penultima col. in princ. ff. de operis noui nunciat.* & dicit quòd sic obtinuit de facto, & ibi Alexand. *quarta col. num. decimo octauo quem vide Iason. sexta col. num. 21.* ita etiam tenet Balduinus in leg. *ordinarij, Cod. de rei vendicatione, penultima columna numero 12.* vbi dicit quod sola contradictio vel negatio facta in iudicio non sufficit, nisi reus asserat & contendat se possidere, vel alias turbet actoris possessionem.

Sed ego teneo primam opinionem imò quòd pro tali negatione & contradictione iudiciali competit hoc interdictum *uti possidetis*, quia maior & fortior censetur contradictio & negatio iudicialis quam extraiudicialis: & hoc est quod volunt prædicti Doctores supra citati, & in isto casu videntur loqui & non in alio, nec potest sustineri responsio & euasio superior quam posuit Abb. & alij Doctores vbi supra, quia si reus in responsione sua & litis contestatione confitetur molestiam & inquietationem contentam in libello actoris, res est clara: quia

condemnatur: si verò negat molestiam & inquietationem, nullo modo debet reus condemnari, nisi actor probet illud extremum ex parte rei, & similiter in casu isto res est clara: si verò reus in responsione sua & processu negauit actorem possidere, isto casu videntur loqui prædicti Doctores: nam volunt quòd tunc cum reus offerat se liti, & contestando videantur confiteri ipsam molestiam, licet tantum simpliciter negauit possessionem actoris: & necessariò ista est intentio prædictorum Doctorum vbi supra. Sed iudicio meo credo quòd ista non fuit intentio eorum, quia ex simplici negatione possessionis non debet sequi affirmatio inquietationis præteritæ, cum bene possit esse vnum sine alio: vnde credo quòd mens eorum sit quòd sola illa negatio & contradictio iudicialis, sit sufficiens inquietatio & molestia possessionis ad hoc vt contra eum procedat hoc iudicium, *uti possidetis*; & in eo condemnetur sine eo quod inducatur confessio alterius molestiæ, vel inquietationis præteritæ: & sic probata possessione per actorem, reus posset & debeat condemnari: & ita procedat nostra conclusio optimè declarata: in expresso, dato quòd Doctores supra allegati eam non ponerent, expressè reperio quòd tenet Lopus in *allegationibus suis, allegatione sexagesima septima* tenet etiam Anton. de Butr. in dicto cap. *audita, in secundo & tertio notab.* Confirmatur ista conclusio, quia confessoria actione, in qua requiritur inquietatio vel perturbatio seruitutis, ex parte rei conuenti sufficit negatio vel contradictio extraiudicialis: ita Bart. notabiliter in l. *si prius, ff. de oper. nou. nunt.* 3. col. 5. *oppos.* cum quo se habet communis opinio nec obstat huic meæ opinioni si subtiliter dicatur, quòd illa turbatio verbalis quæ superuenit pendente lite non debet sufficere, cum actor non fundauit intentionem suam in ea, sed in turbatione de præterito ante litem motam, ergo nullo modo debet reus condemnari, quia ius superueniens actori pendente iudicio non prodest tibi, vt in leg. *non potest vid. ri. ff. de iudicat. cum materia*: quia respondeo quòd illud est verum quando ius superuenit ipsi actori: secus vero si ius vel extremum requisitum in actione vel iudicio reali ex parte rei superueniat ipsi reo: quia bene prodest ad confirmationem iudicij: textus est notabilis & ibi communis opinio in leg. *si autem, §. primo, ff. de rei vend.* & ex his videtur reprobanda sententia illa notabili Bartol. in leg. *uti frui, §. vtrum, ff. si usufruct. petat.* quum latè examinaui suo loco, super illo articulo Gloss. singularis, in l. *si à te, §. 1. ff. de exception. rei iudic.*

Et quia supra visum est de duobus, primum est; quibus competat hoc interdictum: secundum est, contra quos detur, & competat restat videre de tertio, scilicet pro quibus rebus competat & expeditum est, quod competit hoc interdictum *uti possidetis*, pro re immobili: vtrobique verò pro re mobili, vt supra in principio dixi: & illa quæ disposita sunt in vno habent locum in alio: sed dubium subtile & quotidianum est an competat pro seruitutibus & iuribus incorporalibus: de quo articulo suo proprio loco dixi.

Similiter etiam dubitatur, an competat pro quasi possessione annuæ præstationis, vt puta si quis soluit mihi per aliquos annos certam pensionem vel quid aliud, & postea negat & recusat mihi soluere, an possum contra eum intentare istud remedium possessorium *uti possidetis*, & dicere quod eram in possessione vel quasi percipiendi ab eo quolibet anno talem pensionem, vel rem quam mihi præstitit per plures annos, & modò negat & recusat soluere, quare peto vt iudex defendat

dat me in prædicta possessione, & reum condemnet ut deinceps eam mihi soluat quolibet anno, & me non molestat nec inquietet cessando à solutione: vel si me spoliavit dicta possessione petere quod restituat ad eam: vel si forte defunctus cui ego successi, erat in prædicta possessione, an possim intentare remedium possessorium adipiscendæ quorum bonorum, ut mittat in possessionem vel quasi illius iuris: in qua subtili quæstione & articulo dico resolutivè, quod nulla solutio & præstatio quæ mihi fiebat erat mihi personalis, non competit nec potest competere mihi aliquod ex prædictis remediis possessoris: quia in obligationibus mere personalibus non datur à iure aliquod remedium possessorium: ita probat textus valde notabilis in leg. fin. ff. quorum bonorum, cuius verba sunt, *interdicto, quorum bonorum debitores hereditarij non tenentur, sed tantum corporum possessores*, & ibi notat Bart. Angel. & communiter Doctores. Valde autem controuersa est ista quæstio inter Canonistas, & Legistas præsertim cum annua præstatio est mere personalis, ut constat ex his, quæ latè scripsit Menoch. *de recuperanda remed. primo numero 87. & retinenda remedio 3. numero 139.* Corraf. *in §. nihil commune in præludijs, numero 22. & sequentibus.* Tiraquellus *libro primo, de retract. §. 32. gloss. prima, numero 76. §. primo, glos. 6. numero 12.* in qua quæstione verior est opinio negatiua legistarum, quamvis sententia canonistarum æquior videatur, ob idque in omnibus curiis tam ecclesiasticis quam secularibus communi vsu seruetur teste Fabro *in §. primo, in fin. institut. de interd.* quem vsu pluribus rationibus defendunt Aretinus ibi Angel. *in lege si certis annis, columna penultima, C. de pact.* Sed confirmatur nostra sententia ratione, quia illud tantum possidetur, quod ipsa apprehensione vel possessione non extinguitur, sed remanet in esse & natura, sed actiones vel obligationes mere personales per solutionem debiti extinguuntur: unde actus qui debet inducere possessionem producit oppositum: & eam extinguit, ita subtiliter Bald. *in c. querelam, 4. colum. num. 15. extra, de electione* & istam rationem ante eum posuit Rosfred. *in rubric. de interdito, unde vi, 10. columna, versiculo Item dicunt.* Confirmatur, quia licet aliqua possessio possit considerari in iuribus & actionibus personalibus, illa est impropriissima quæ non causet aliquod remedium possessorium: ita Glos. singularis ordinaria *in lege regulariter, ff. de petit. hered.* si verò illa solutio vel præstatio continet etiam ius reale, ut solutio alicuius census vel pensionis pro aliqua re in signum subiectionis vel census impositi super aliqua re, tunc bene competunt prædicta remedia possessoria retinendæ, recuperandæ, & adipiscendæ in suis casibus: textus est notabilis qui sic debet intelligi, *in capitulo, querelam, versic. final. extra, de electione*, per quem istam theoreticam & doctrinam ponit Cinus *in lege si certis annis, C. de pactis, fin. quæstione Albericus ibi secunda columna, numero decimo nono*: & ante eos Iacobus de Rauenn. ibi, quem ipsi referunt, eam etiam ponit Bartolus, & ista est intentio eius *in leg. finali, ff. quorum bonorum*, & ibi Angelus de Perusio, idem Angelus reputans esse subtile & menti tenendum *in lege regulariter, ff. de petition. heredit.* & ibi Baldus *prima lect.* istam etiam conclusionem & doctrinam ponit Baldus, *in lege prima, Codice de fideicommissa, secunda columna, in princip.* idem etiam tenet notabiliter Ioannes Andreas *in capitulo peruenit extra, de censibus, secunda columna, in fine*, & ibi Cardinal. *final. colum. octaua quæstione*, Ancharan. *fin. colum. & quæstione Abbas Panorm. 2. columna, numero tertio*, & istam etiam conclusionem & doctrinam tenet Ioan. And. *in dicto capitulo, querelam,*

penultima columna, in principio, & Cardin. ibi secunda columna, quarta opposit. & istam conclusionem & doctrinam ego teheo pro vera, & eam in contingentiæ facti practicaui, licet Angel. late *in dicta lege si certis annis, penult. & fin. colum.* teneat contrarium, imò quòd indistinctè pro qualibet præstatione vel annua solutione competant prædicta remedia possessoria, & idem tenet etiam Angelus de Aretino *in principio, Instit. de interditijs.* Antonius Butricarius *in dicto capitulo querelam, secunda columna, num. 27.* Imol. ibi *tertia columna, in principio, numero 10.* Balduinus ibi *quarta columna, numero 14.* Abb. ibi sibi contrarius: *penultima columna, in principio, numero 12.* vbi dicit quòd dispositio illius textus habet etiam locum in obligatione personali, vel quando non apparet de qualitate obligationis, quia licet non sit dare possessionem vel quasi in annua præstatione, tamen creditor potest petere ut restituatur in illo statu, in quo erat tempore præstationis. Rosfred. *in titulo de interditijs unde vi, 9. columna, numero 23.* vbi late & notabiliter loquitur, in quantum, simpliciter & indistinctè loquitur: tenendo tamen primam veram, & magis communem opinionem quam tenui, illam extende ut sufficiat vna tantum solutio & præstatio pensionis, ita notabiliter Angel. *in dict. lege, si certis annis*, idem tenet Imola *in dicto capitulo querelam, tertia columna, num. 10.* Ex qua superiori doctrina & resolutione infero notabiliter quòd si defunctus erat in possessione vel quasi annuæ præstationis vel solutionis, potest hæres institutus in testamento petere, se mitti in possessionem eiusdem annuæ præstationis, beneficio textus *in lege final. Codice de edict. diui Adrian. tollen.* & in specie reperio, quòd ita tenet solus Angelus *in dicta lege si certis annis, final. columna, in fine, Cod. de pactis.* tenet etiam & reputat singulare Angelus de Aretin. *in §. primo instit. de interditijs.* quod tamen intellige secundum superiorem distinctionem. Præterea etiam nouiter & subtiliter quæro, si dominio quod quis habet in re sua mobili vel immobili detur possessio, ut si turbetur in eo competat sibi remedium retinendæ, vel aliud remedium possessorium, sicut datur & competit pro seruitutibus & personalibus præstationibus, & alijs iuribus incorporalibus, & breuiter dico quòd non: unde vel debet agere iudicio reali proprietatis vel remedio leg. *diffamari*, & in expresso ita tenet Bald. *in lege pen. C. si à non comper. iudic. penultima colum. n. 12.* & ante ipsum Bartolus *in lege ait prator, §. primo, ff. ex quibus causis maiores.* idem Bartol. *in leg. naturaliter, ff. de acquiren. possession.* & ibi Cuman. Alexander & Ias. idem Bart. *in lege prima, ff. uti possideris, secunda colum. n. tertio*, cuius ratio est, quia dominium & effectus eius non consistit nec augetur à facto aduersarij: possessio verò in iuribus incorporalibus sic, imò ab eius facto & potentia producit. Vel aliter ultra eos dico quòd secunda ratio potest esse, quia si dominus intentaret remedium possessorium pro ipso dominio possessio, oporteret probare dominium, quod est difficillimum, & aliter non posset probare possessionem eius, & potius diceretur obtinere in petitorio quam possessorio, & sic meritò remedia possessoria non dantur pro dominio, & sic iura accommodauerunt distincta remedia pro dominio & possessione.

Item circa nostram materiam necessariò quæro, quid debeat petere & concludere actor ut obtineat in hoc interdito *uti possideris*? in quo breuiter dico quòd actor debet dicere se possessorem, & reum conuentum turbare eum in sua possessione, & insuper petere quòd pronuntietur possessor, & reus à molestatione desistat & in futurum eum non molestat: & condemnetur ad interesse molestationis præteritæ: ita

probat textus in lege prima, in principio, ff. uti possid. textus in §. est igitur eiusdem legis textus in lege si duo, §. fin. ff. eodem titulo & resolutiue istam doctrinam ponit Bart. in lege prima, §. interdictum, 3. columna, numero 5. ff. uti poss. Angel. de Perus. in §. est igitur, eiusdem legis. Rosfred. in libellis suis in titulo, de interdicto uti possidetis, tertia columna versiculo unde in hoc. Angel. de Aretin. in §. quadrupli, Instit. de action. antepenultima columna, num. 48. Platea, in §. retinenda, Instit. de interdictis, tertia columna, versiculo ad quartum. Specul. in titulo de causa possessionis, & propr. §. primo, secunda col. n. 7.

Similiter etiam actor potest petere sibi satisfdari ne in futurum molestetur: ita probat text. in leg. vn. versic. finali, Codice uti possidetis, & per eum ita tenet ibi Bartolus, in versiculo satisfactionis, post principium. Angel. tertia columna, in medio, post Iacobum de Rauen. idem Bartolus in dicta lege prima, §. interdictum, ff. uti possidetis, final. columna, vbi plus dicit, quod talis satisfdatio debet esse perpetua si ius agentis est perpetuum: sit verò competit sibi ius ademptus, vt qui haberet vsumfructum vel possessionem ad tempus, satisfdatio deberet præstari pro illo tempore, idem tenet Angelus in §. est igitur eiusdem legis prima, idem Angelus in lege si duo, §. finali, eodem titulo, & facit textus in lege penultima, ff. de aqua quotid. astina. textus in lege tertia, §. in hoc interdicto, ff. de itin. actuque priuat. text. in lege harum, ff. si serui, vend. text. in lege egi, eodem tit. text. in l. ususfructus legatus, versicul. cum igitur, ff. de usufructu.

Sed certè licet ista opinio sit communis & tenenda, tamen faciliter posset teneri contrarium, imò quod nulla debeat præstari satisfdatio, quia lege non cauetur, nec obstat textus, in quo se fundant Doctores, in dicta lege vn. Codice uti possidetis, quia ibi loquitur in reo conuento actione reali, in qua de iure antiquo præstabatur satisfdatio de iudicato soluendo: & ita intelligit ibi Glos. in verbo, satisfdationis, versiculo, vel dic verius, nec obstat etiam text. in lege penult. ff. de aqua quot. & astina. quia tantum loquitur de cautione præstanda possessori, ne inquietetur durante lite super proprietate: nec obstat text. in lege tertia, §. in hoc interdicto, de itin. actuque priuat. quia ibi tantum dicitur, quod inquietator debet condemnari in interesse turbationis præteritæ, nec obstat etiam text. in lege harum, cum similibus, ff. si seruit. vend. quia loquuntur in actione confessoria, in qua actor vincens potest illam cautionem petere pro futuro tempore: quia ex natura obligationis tenetur reus pati seruitutem, vnde cum obligatio sit successiua cogitur satisfdare, quia aliter perfectè non adimplet.

Item adde, quod similiter actor potest agere actione iniuriarum ciuilitè vel criminaliter contra turbantem: text. est in lege iniuriarum actio, §. final. ff. de iniuriis, per quem ita tenet ibi Bartolus, Angel. de Perus. reputans esse notabilem & ibi Alexander in addit. ad Bartolum: probat etiam text. in leg. item apud Labeonem, §. si quis bona, eodem titulo, & ibi notat Bartol. & communiter Doctores, text. in l. qui pendentem, versicul. ceterum, ff. de action. empr. & ibi Paulus de Castro, & alij Doctores: tenet etiam Bartolus post antiquos in leg. hoc iure, ff. de reg. iur. idem Bartolus in leg. stat. ff. quod metus causa, prima columna, numero tertio. Angelus Imola, & Alexander. in lege cum filius, ff. de verbor. oblig. Glossa ordinaria in dicta lege vnica, Codice uti possidetis, in verbo, nec vi, & ibi communiter Doctores Glos. etiam ordinaria in §. hodie, Instit. de interdictis, & ibi communiter Doctores.

174 Item quæro quid debeat principaliter actor pro-

bare in hoc interdicto; & resolutiue dico, quod debet probare se possidere duobus temporibus, scilicet tempore probationis & tempore litis contestationis: textus est in lege 1. ff. uti possidetis: text. in §. est igitur, & in §. illud, & §. interdictum, eiusdem legis, textus in lege 2. eodem titulo: text. in l. si duo, §. creditores, eod. tit.

Item etiam tempore litis contestationis: text. est in §. hodie, Inst. de interd., & ita tenet Bartolus in lege 1. §. final. columna, numero 14. uti possidetis Platea in §. sed interdicto. Instit. de interd. final. columna prope finem. Angel. de Aretio in §. quadrupli, antepenultima columna, numero 48. Attende tamen singulariter quod licet in specie non probet actor se possidere tempore litis contestatæ, iufficit probare se possidere tempore turbationis, & sic ante cceptum iudicium quia cum possessio saltem ciuilis quæ sufficit in hoc interdicto retineatur animo, vt in l. clam possidere, §. qui ad nund. ff. de acquir. possess. illa præsumitur durare nisi reus conuentus probet actus, per quos censeatur amissa possessio, argumento text. in l. 3. §. in amittenda, & in l. quemadmodum, & l. peregrè & in l. si de eo, §. si fortè, & eorum quæ ibi notantur, eodem titulo, & ita reperio quod in terminis tenet Hostiensis in capitulo, cum ad sedem, de restitution. spoliator. tertia columna, num. 4. versiculo vel dic. Angelus de Aretio in §. retinenda, Instit. de interdictis, tertia columna, numero quarto: licet aliter distinguat ibi Faber. 7. columna, numero 21. Similiter attende quod licet actor non possit obtinere in hoc interdicto, si reus conuentus probauerit quod actor non possidebat tempore litis contestatæ, tantum illud intelligerem ego ad hoc vt non pronuncietur possessor nec condemnatur reus eum molestare, sed bene obtineret in hoc quod condemnatur reus in interesse turbationis præteritæ argumento textus in lege prima, post princip. & in l. si duo, §. final. ff. uti possid. sed hoc videtur mihi valdè dubium, nam cum non competat interdictum per quod veniat reus condemnandus in interesse, videtur quod non possit sequi condemnatio, argumento textus in leg. 4. C. depositi, cum similibus.

Item quintò & principaliter quæro, quis sit effectus, virtus, & natura huius interdicti & qualiter debeat ferri in eo sententia? in quo breuiter dico, quod si ex parte actoris reperiantur probata ea quæ suprâ diximus, iudex in sententia pronuntiabit actorem possidere fundum vel rem super qua est controuersia: ita probat text. in lege prima, in princ. ff. uti possidetis: text. in §. est igitur, & in §. illud, & in §. interdictum, eiusdem legis, facit text. in l. ex diuerso, paragrapho vbi autem, in princip. ff. de rei vend. & ibi Doctor. text. in l. Pompon. paragrapho 1. ff. de procur. text. in l. sicuti, §. sed si queratur, ff. si seruitus vindicetur. Præterea & secundò condemnabit reum vt è molestia præsentis desistat. Item & tertio, quod in futurum eum non molestet.

Item & quartò, condemnabit eum in interesse molestationis præteritæ: ita probat text. in dicta lege prima, in principio, ff. uti text. in l. si duo, paragrapho fin. eodem titulo text. in l. vn. Codice uti possid. textus in §. retinenda, Instit. de interdict. text. in cap. licet causam, in fine de probat. ita etiam tenet Bart. licet non tam perfectè in l. si duo, secunda col. num. 4. ff. uti poss. Angel. in §. fin. eiusdem legis, in fine. Item & quintò condemnabit eum vt præstet satisfdationem quod in futurum ipse, nec hæredes, vel successores eius eum molestabunt, secundum quod suprâ proximè dixi.

Attende tamen pro declaratione suprâ dictorum, quod illud quod suprâ dixi quod reus debet condemnari in interesse turbationis præteritæ, debet intelli-

gi vt æstimetur quanti interest actoris possessionem retinere & non esse turbatam, ita expresse determinat text. in leg. si duo, §. fin. ff. vii possid. ibi, sic accipimus quanti uniuscuiusque interest possessionem retinere, & ibi tenet Glos. ordinaria, in verbo retinere, & in gl. fin. vers. non tamen dico, & ibi Doct. probat etiam text. in l. 1. §. hanc verba ff. ne vis fiat.

176 Item adde quod tantum reus debet condemnari in interesse turbationis præteritæ, si petatur ab actore infra annum, computando a tempore turbationis vsque ad tempus litis contestatæ, nam postea non poterit petere, quia imputandum est actori qui tanto tempore negligens fuit, textus expressus in d. l. 1. ff. vii possideris, cuius verba sunt, nec pluris quam quanti ea res erit intra annum, quo primum experiendi potestas fuerit agere permittam: & intelligo de anno utili cum sit remedium prætorium, vbi probat ibi textus, dum dicit, quo primum experiendi potestas fuerit, &c. & tenet ibi Dinus, Albericus, Angelus, & Doctores, idem Angelus in leg. si duo, §. final. eodem titulo. Quod tamen singula intellige isto modo, nam pro turbatione præterita & interesse eius non potest actor agere nisi infra annum: & ita procedit ille textus, & communis opinio, sed pro sequentibus turbationibus a tempore quatum annus non est lapsus, semper & perpetuo poterit agere: quia turbatio semper instat: ita expresse tenet & declarat ibi Glos. ordinaria in verbo, nec plaris, & ibi Bartol. final. colum. in fine, versiculo, ulterius dicitur hic, tenet etiam & notabiliter declarat ibi Albericus 3. colum. in fine. Angelus ibi in fine, versiculo, conclude, &c. idem Angelus in l. si duo, §. fin. Rofred. in libellis suis, in titulo de interdicto, vii possid. 4. columna, numero 7. ita etiam tenet & declarat Albericus in l. prætor ait, §. fin. ff. de oper. non. nuntiation. nec obstat quod interdicta rei persecutoria sunt perpetua vt in lege penultima, ff. de interdict. quia verum est quando aliquid peruenit ad reum conuentum, secus alias, vt in nostro casu: quia tunc sunt annualia, vt dicit ibi text. & tenet & declarat Angel. & Doct. in d. lege prima, versic. 1. ff. vii possid. Ex quibus inferitur, quod si per decem annos me inquietasti in mea possessione, quod non condemnabit te iudex in interesse turbationis nouem annorum præteritorum, sed solum in interesse vltimi anni, & vt desistas nunc & in futurum me turbare & molestare & in specie ita declarat Albericus & Angelus in d. leg. 1. versic. 1. inferitur etiam, & secundò declaratio ad Glos. notabilem & communem opinionem in lege clam possidere, §. qui ad nudinas, ff. de acquirenda possessione, vbi habetur quod si ego habeo civilem possessionem, tu verò naturalem, quo casu possum agere hoc interdicto vt restituas mihi naturalem possessionem, sine qua semper dicor turbari: quod procedat respectu condemnationis & restitutionis: secus verò respectu interesse annorum præteritorum, quia in illo non potest reus condemnari.

Item adde quod istud interesse quod actor petit pro ista vi turbatiua seu inquietatiua potest probare solo suo iuramento in litem, quando dolo fuit adhibita molestia per reum: secus si culpa, ignorantia, vel ex alia causa: istam doctrinam & conclusionem colligo ex textu cum Glos. notabili in l. semper, §. in hoc interdicto, ff. quod vi aut clam, in verba iurauerit, vbi dicit text. quod si quis edificauit in re vel fundo alius clam, potest actor virtute illius interdicti petere destrui opus, & sibi solum interesse, quod potest probari iuramento actoris: & dicit Glos. si dolo fecit opus, secus si culpa: ex qua Glos. colligit Angel. de Perus. ibi regulam notabilem quod si actor agit pro quacunque violentia expulsiua vel inquietatiua, turbatiua vel compulsiua contra reum dolosum, interes-

se potest probari per suum iuramentum in litem: & in expresse istam conclusionem tenet Innocent. per text. ibi in capitulo final. quod metus causa. 1. col. numero 2. & per Glos. in d. l. semper, §. hoc interdicto, quod vi aut clam, & ibi tenent communiter Doctores tenet etiam notabiliter Salic. in lege si quando, C. unde vi, 1. colum. 2. questione princ. & in expresse istam conclusionem tenet Glos. in lege si duo, §. fin. in gloss. vii possid.

Item adde quod si virtute huius interdicti reus sit condemnatus, & forte postea molestat & inquietat, actor poterit petere executionem sententiæ contra eum pro damno & interesse molestiæ, & pro pœnis contentis in sententia: & hoc fundatur tali ratione: quia cum virtus huius interdicti & sententia in eo lata respiciat tempus futurum & molestiam successiuam, vt supra conclusum est, sequitur quod pro futura molestia potest sententia executioni mandari: alias quolibet die & hora oporteret litigare de nouo. Confirmatur etiam per textum singularem in proposito in lege inter Castellatum, ff. de arbitris, vbi est casus secundum communem intellectum, quod in his quæ habent causam successiuam non sufficit ab initio factum vel impletum nisi perseverantia subsequatur & continetur: & ad hoc notat ibi Bartol. Bald. Alb. & communiter Doct. & in specie ad hoc notat illum text. Bald. in l. Sed & si possessori, ff. de iureiur. 2. colum. in princ. vbi dicit quod quando pœna accedit sententiæ in iudicio reali vel mixto, non liberetur à pœna qui semel obtemperauit nisi perseveret: facit etiam text. in lege corruptionem, Cod. de usufruct. iuncta communi sententia, vbi habetur quod in seruitutibus ex eo quia non potest dari perfecta traditio, requiritur patientia successiua ex parte debitoris, dicitur impedire seruitutem, & in pœnam incidere si aliquo tempore resistat.

177 Præterea iuxta hoc in nostra materia quero de utili & subtili quæstione, si actor agit hoc interdicto vii possideris, & reus fuit absolutus, & post sententiam incipit reus molestare actorem: an actor possit iterum agere hoc interdicto contra reum absolutum, dicens quod de nouo turbatur, an reus possit eum repellere exceptione rei iudicatæ virtute sententiæ absolutoriæ latæ? & videtur quod non obstante sententia actor possit iterum agere, quia ista noua turbatio debet esse causa huius interdicti proponendi, sicut dicimus in rei vindicatione quod ex noua possessione datur rei vindicatio contra semel absolutum: text. est in l. procurator ad exhibendum, ff. rem rat. haber. textus in l. si rem meam ff. de except. rei iudic. text. in l. si quis ad exhibend. text. in l. sed & si postea, ff. de noxa. Contrarium tamen videtur, quia hoc remedium possessorium vii possideris competit actori ratione possessionis; & ista præsumitur eadem & continuata: vnde pro eadem videtur nunc istud remedium intentari, & sic videtur obstat exceptio rei iudicatæ, cum semper eadem re, causa, & inter easdem personas sit lata, argumento textus in lege cum quaritur, cum lege sequenti, & ff. de except. rei iudic. & in leg. qui iurasse, §. si pater, ff. de iureiurand. Sed pro vera doctrina & resolutione in hac quæstione dico, quod si sententia absolutoria pro reo est lata, ex eo quia non turbauit actorem prout in hoc interdicto requiritur, & non incipit turbare post sententiam absolutoriam latam: tunc optime potest actor de nouo agere contra eum ratione nouæ turbationis, nec obstat ei exceptio rei iudicatæ, quia cum ista sit noua causa, & turbatio: & nouum agendi principium, merito datur & competit actori istud remedium & interdictum vii possideris & tunc actor debet esse cautus vt probet turbationem esse factam post sententiam.

Si verò sententia absolutoria est lata pro toto ex defectu possessionis ipsius actoris, quia iudex absoluit ex eo quod actor non possidebat, vel absoluit quia deficiebat sibi qualitas iustificata possessionis in hoc remedio requisitæ, ut quia possidebat clam, vi, vel precario ab aduersario, & sic à reo absoluto tunc actor iterum non poterit agere, quia obstat exceptio rei iudicatæ, nisi velit agere ex noua possessione, vel ex noua causa & qualitate possidendi, per quam prima qualitas possidendi mutata sit: argumento textus in l. 3. §. illud, & in l. qui bona fide, §. 1. ff. de acquirenda possessione, & in leg. non solum, §. 1. ff. de usucap. & in lege 2. §. fin. ff. de usucap. pro emptor. & in l. penult. & fin. ff. si pars hered. perat. & in l. cum nemo, cum materia, C. de acquir. posses. & in lege final. in princ. ff. de precario, si verò nulla causa absolutionis fuit posita in sententia vel causa est dubia: quia iudex dixit, absoluo reum, quia actor non probauit: tunc similiter obstarat exceptio rei iudicatæ, quia debet intelligi de omni causa quæ incumbere actori probari: ita singulariter & in specie solus Baldus licet sic non declaret, in capite cum super de caus. pos. & propr. 2. col. numero 8. intelligo tamen istum finalem articulum & con. nisi ex actis possit apparere causa ex qua sententia absolutoria fuit lata argumento Glos. singularis in l. si quis ad exhibendum ff. de except. rei iud. quam ibi sequuntur Bartol. & communiter Doctor. & dicit singulariter Bald. in l. precedente, & secundum istam distinctionem debet intelligi Faber in §. retinenda, 10. columna, numero 31.

178 Item in materia nostra principaliter quæro, si hoc iudicio & remedio possessorio intentato vterque litigantium dicit & præ tendit se possidere & probat possessionem, & petit ab alio non molestari vel inquietari, & petit alia de quibus supra, qualiter iudex debeat tali casu proferre sententiam, & quis eorum veniat condemnandus vel absoluendus: & iste articulus est valde subtilis, dubius, & quotidianus: in quo resolutiue pono veras & magis communes conclusiones.

Prima conclusio, quod si vterque possidet iuste diuerso tamen titulo respectu possidendi, ut proprietarius & usufructuarius, & vnus turbat alium, tunc quilibet poterit agere hoc interdicto: ita probat textus in l. si duo ff. vti possidetis, & ibi Bartolus in princ. & melius in 2. columna, vers. si constaret, Alberic. Angel. Rainer. & communiter Doctores, text. in l. fin. versicul. 1. eodem titulo, ibi, & si aliter usufructum, alter possessionem sibi defendat, & ibi expressè tenet & notat Glossa ordinaria. Bartolus Alberic. qui legit illam l. in §. precedenti. Angel. & Rainer. & communiter Doctores Glossa notabilis ordinaria quæ benè declarat in capitulo licet causam de probat. in verbo, vti possidetis, post princ. & ibi Innocent. penult. columna prope finem. Hostiens. penult. columna, numero 67. Abb. antepenult. colum. numero 36. Glos. in l. unic. Codice vti possidet. in verbo, prohibebit post princ. & ibi Iacobus Butrigar. final. columna, in fin. versicule 2. casu. Bartol. fin. col. in princ. Alber. penult. columna, in medio. Salic. penult. colum. post princip. Rofred. in libellis suis in tit. de interdicto utrobi. secunda colum. in fin. Secunda conclusio si vterque probat se possidere insolidum eodemque iure possidendi tanquam verus dominus rei, sed vnus probauit per plures vel meliores testes ille tantum debet obtinere in hoc interdicto: & intelligo meliores testes secundum qualitatem & dignitatem personarum, vel secundum verisimilem depositionem & rationem testium secundum naturam & qualitatem negotij, argumento textus notabilis in l. ob carmen. §. fin. ff. de testibus ibi si verò ex his quidam eo-

rum aliud dixerint, licet in pari numero, credendum est secundum quod natura negotij conuenit, & ibi, & quæ rei aptiora & vero proximiora esse compererit, & ibi notat & reputat solemnem in materia nostra turbatæ possessionis Bartol. Odofred. Bald. Salicet. Iacob. de Sanct. Georg. & communiter Doctores textus in l. 3. §. eiusdem, ibi alias numerus testium, alias dignitas & autoritas, eodem titulo, & in expresso istam conclusionem tenet Bartol. in dicta lege si duo, 2. columna, versiculo quandoque vterque, & c. idem Bart. in leg. vn. C. vti possid. fin. colum. post princ. Iacob. But. notabiliter fin. col. post princ. idem Iacob. Butr. in l. incerti, C. de interdictis, 3. colum. post medium, Salic. in d. l. unica, C. vti possid. pen. col. in medio. Bald. in l. ordinarij, penult. colum. in princ. C. de rei vend. Tertia conclusio si vterque probat se possidere insolidum eodem iure possidendi tanquam verus dominus rei, & vterque probat per testes æquales numero & dignitate, sed vnus probat de possessione antiquiori quam alius, ille debet obtinere: quia secunda possessio præsumitur clandestina vel vitiosa, cum duo insolidum non possint possidere: istam conclusionem probat text. notabilis & capitalis in materia in cap. licet, causam de probat. vers. ex præmissis, & ibi Anton. 10. colum. numero 48. & alij Doctores & per illum textum istam conclusionem tenet Bartol. in l. si duo, ff. vti possid. secunda columna, vers. si verò testes idem Bartol. in lege vna. Cod. vti possid. fin. col. post princip. Iacob. Butr. ibi fin. colum. post princ. Cinius pen. colum. in fin. Angel. final. colum. in medio. Salicet. penul. col. in medio. Iacob. Butrigar. in lege incerti iuris, Cod. de interdict. 3. colum. prope finem. Baldus in l. ordinarij, Codice de rei vendic. pen. colum. in principio. Alber. in l. si de vi penult. col. in princ. ff. de iudicijs.

Quarta conclusio si vterque probat se possidere insolidum eodem iure possidendi, tanquam verus dominus per testes æquales numero & dignitate, & similiter probant de æquali tempore possessionis, & probat titulum iustum suæ possessionis, alius non, ille debet obtinere, quia censetur habere potiora iura, textus est notabilis & expressus in d. cap. licet causam de probat. vers. ex præmissis, & ibi notant Doctores & per illum text. tenet Bart. in d. l. si duo, ff. vti possid. 2. colum. vers. sed si vterque. Idem Bartol. in l. vna, Codic. vti pos. fin. colum. in medio. Iacob. Butr. fin. col. Cinius fin. col. in princ. Angelus fin. colum. in medio. Iacob. Butr. in leg. incerti, C. de interd. 3. col. in fin. Bald. in leg. ordinarij, C. de rei vend. pen. col. in princ. Alber. in l. si de vi, pen. col. in princ. ff. de indic. ex quo subtiliter nota, quod licet in isto iudicio & remedio possessorio non requiratur aliqua probatio proprietatis, quia causatur à sola possessione, tamen benè roboratur & fortificatur ex ipso titulo proprietatis, cum titulus proprietatis inducat in hoc iudicio prælationem & victoriam data paritate probationis ita subtiliter Bald. in l. incerti, C. de interdict. 6. colum. n. 1. in te eum voluit Bartol. in l. vno. C. vti pos. fin. colum. in medio. Iacob. Butr. in dict. l. incerti, C. de interd. 3. colum. in fin. voluit etiam Ant. & But. in d. c. licet causam de probat. 10. col. num. 45. Item adde quod ex hoc notabiliter infertur, quod si partes probarent æqualiter de possessione, & similiter probent titulum tamen vna ipsarum probat de antiquiori titulo illa præfertur & debet obtinere: quia præsumitur quod ei fuerit prius tradita possessio, argumento text. in d. cap. licet, & in specie ita singulariter tenet Alexand. in l. 1. C. de edict. diu. Adrian. toll. in princ. n. 2. & confirmatur ex sententia Iac. de Aret. Cini, & aliorum in l. quoties, C. de rei vend. vbi dicunt quod si pluribus sit res vendita, & vtrique tradita, & non apparet cui prius præsumitur prius tradita pri mo emptori.

Quinta conclusio si vterque probat se possidere in solidum eodem iure possidendi, tanquam verus dominus per testes omnino æquales numero & dignitate, & de æquali tempore possessionis, & nullus eorum probat titulum suæ possessionis, vel vterque ostendit & probat æqualem titulum; ista est valde subtilis & dubia quæstio in qua reperio aliquas diuersas opiniones. Prima est quod iudex simpliciter pronuntiet eos possessores, dicendo *vti possidetis ita possideatis*: & sic vterque argumento textus in lege *si duo in princip. ff. vti possid.* vbi si plures possident quilibet defenditur in possessione per hoc interdictum. Sed ista opinio aperte est falsa, quia textus in *d. leg. si duo*, loquitur eo casu quo plures possident diuerso iure possidendi, vt in casu primo concludo: vnde merito quilibet defenditur in sua possessione: in nostro verò casu vterque præten dit possidere in solidum eodem iure possidendi, vnde cum hoc videatur impossibile, vt in *l. 3 §. ex contrario, ff. de acquir. poss. cum similib.* non debet sic ferri sententia. Confirmatur etiam quia sequeretur, quod partes venirent ad arma quod iudex debet euitare vt in *leg. æquissimum ff. de usufruct. cum materia.* & ista consideratione istam opinionem reprobatur Bartol. in *dicta l. si duo secunda column. prope fin. ff. vti possid.* & Gloss. ordinaria in *dicto cap. licet causam, de probat. in verbo, vti possidetis, in medio.* Secunda opinio est, quod fortè dirimatur cui sit adiudicanda possessio, & ille defendatur in possessione, & alius inter iudicium petitorium rei vendicationis, argumento textus in *l. 3. in princip. Codice commun. de legat. textus in l. in tribus, cum l. sequenti, ff. de iudic. textus in l. quinta, ff. famil. herc. textus in l. generaliter. §. proinde, versiculo, quis ergo, ff. de fideicom. liber.* & istam opinionem tenet Gloss. ordinaria in *dict. cap. licet causam, de probat. in verbo, vti possidetis, in fine.* & ibi Hostien. *penultim. colum. prope finem,* & dicit hoc esse iustius, & quod per consuetudinem approbatur; idem etiam tenet ibi Ioannes Andr. *final. col. prope finem,* Felinus *penultima columna in fine*, qui dicit hanc esse magis communem opinionem. Sed ista opinio etiam est falsa, quia iudicium sortis nunquam habet locum quando vertitur dubium super facto, sed tantum quando est dubium super iure: ista est Gloss. reputata singularis in *l. vn. Codice vti possid. in verbo prohibebit, in fine,* quam dicit singularem Imol. in *leg. huiusmodi, §. fin. de legat. primo,* & ibi Alexand. *secunda colum. & melius Iason. 3. columna, num. 12.* Idem Iason. in *lege 3. Codice commun. de legat. 1. colum. in fine,* & per istam rationem istam opinionem reprobatur Gloss. in *d. lege vn. Cod. vti possid. Bartolus in dicta lege si duo, ff. vti possidetis, 2. columna, in fine.* Item etiam quia iudicium sortis nunquam habet locum nisi in casibus à iure expressis, vt in dictis iuribus notatur. Tertia opinio est quod in tali dubio casu iudex nullam debet proferre sententiam inter partes, nec continere se debet à iudicando, prohibendo eos non venire ad arma, & qui velit intentet petitorium, istam opinionem tenet Gloss. ordinaria in *dicta lege vn. Codice vti possid. in verbo, prohibebit, versic. 2. casu,* & tenet ibi Azor. in *summa illius titul. penult. colum. in fine, numero 22.* Iacob. Butr. *fin. colum. in medio.* Cinus *fin. colum. limitans hoc esse verum quando vterque agit: secus verò si vnus eorum, qui tunc alter absoluetur auctore non probante.* Ioannes Faber ibi in suo Breuiario, *penultim. colum. in fine.* Alber. *penult. colum. in fine.* Baldus *pen. columna in medio.* Angel. *fin. colum. prope finem.* Salicet. *penult. colum. prope finem.* Faber in *§. retinenda, Institut. de interdicit. 10. colum. numero 29.* Rofred. in *libell. suis, in titul. de interdicit. vtrobi. 2. col. num. 3.* & dicit ita tenere dominum suum Rogerium, istam

etiam opinionem tenet Cardin. in *cap. licet, de probat. fin. colum. in fine.* Imol. 5. *col. numero 28.* Specul. in *tit. de petitorio & possessorio, 7. colum. num. 32. versiculo & nota.* Quarta opinio est quod in isto casu data omnimoda paritate probationis iudex pronuntiet vtrumque possessorem illius rei pro æqualibus portionibus pro indiuiso: quia præsumuntur domini pro eisdem partibus. Pro qua sententia & conclusione 1. facit, quia si duobus vel pluribus est relicta eadem res in solidum faciunt sibi partes per concursum, & vterque habet æqualem partem in re, text. est in *l. si pluribus, ff. de legat. 1. text. in §. si eadem res Institut. de legat. text. in l. 1. §. interdum, ff. de usufruct. accres.* Secundo facit text. notabilis in *l. si finita, §. cum autem plures, de dam. infect.* vbi quando plures quibus debet caueri de damno infecto mittuntur in possessionem domus ruinosa ex primo decreto, intelliguntur immitti æqualiter pro indiuiso, & faciunt sibi partes per concursum. Tertio facit, quia quando res est diuisibilis & probationes sunt omnino pares, diuiditur inter eos, argumento textus in capitulo afferte de præscriptione & tenet Gloss. in *capite in nostra presentia, de re. ius, in gloss. magna in medio.* & ibi Doct. ita ergo fit in nostro casu, quia si isti possessores æqualem titulum ostendunt, videntur habere rem & possessionem pro parte: si verò nullum titulum ostendunt, saltem videntur habere titulum de iure gentium, quasi occupauerint rem vacantem quæ in nullius bonis erat: vnde merito vnusquisque dicitur habere æqualem partem in re, & æqualiter & communiter possidere pro indiuiso: & hoc casu si quis eorum velit intentare petitorium contra alium, poterit facere, cum ista sententia tantum feratur in possessione, istam conclusionem & opinionem in hoc dubio passu ponit expressè & magistraliter Bartolus in *dicta lege si duo, ff. vti possidetis, final. colum.* idem Bartolus in *lege vn. Codice vti possid. final. colum. in medio.* Angelus de Aretino in *§. quadrupli, penultima columna, in fine Institut. de action. Platea, in §. retinenda, Institut. de interdicit. finali columna, in principio,* & ante Bartolum & istos Doctores, istam opinionem tenuit Vincentus in *capite licet causam, de probat.* quem ibi refert Abbas *prima columna, numero 37.* & istam opinionem tenet & sequitur ibi Abbas, & ista opinio esset seruanda in iudicando & consulendo tanquam æqua & bene fulcita: & ista eadem quæstio & decisio potest esse in re mobili, & si quætas quomodo possint duo probare se possidere rem mobilem, vide notabiliter Rofred. in *lib. suis, in tit. de interdicit. vtrobi. final. quest. n. 7.* Et ex his potest inferri ad nouam quæstionem, quid si plures prætendant esse domini & possessores alicuius equi vel animalis, & vterque petit & vendicat à tertio detentato, & probat dominium & possessionem, quid faciet iudex vide singul. & melius quam alibi in iure Paris. de Puc. in *tractat. syndic. fol. 214. in verbo probatio, in principio,* vbi dicit quod ab alio ista quæstio non est tacta: vbi tenet quod ex aliquibus coniecturis vna probatio præfertur alteri, puta si sit equus vel animal quod liberè dimittatur & accedat ad domum vnus & non alterius, argumento *l. tertia, §. eiusdem ff. de testib. cum similib. & in §. pavonum, Inst. de rerum diuis.* sed ista non videtur concludens probatio, & fortè non vertitur lis super animal, sed super alia re vel posset dirimi iudicio sortis, argumento *l. 3. §. 1. c. mun. de leg. sed illud non habeat locum nisi in casibus à iure expressis: vnde tenerem quod sententia feratur pro vtroque & inter eos diuidatur per supra dicta.*

Item etiam ex his potest inferri ad quæstionem difficilem, quando duo vel plures reperiuntur instituti

instituti ab eodem testatore in diuersis testamentis eiusdem diei & horæ, quis eorum succedat, de quo vide suo loco. Item etiam infertur ad difficilem quæstionem, in articulo, si duo vel plures prætendunt se possidere, an interim pendente iudicio possessorio uti possidetis, possit iudex summarie cognoscere ut ille qui melius probet interim: defendatur in possessione de quo articulo vide infra istam l. in fine.

180

Interdictum verò recuperandæ possessionis competit possessori per vim deiecto à sua possessione rei immobilis pro ea recuperanda, & vocatur *unde vi*, textus in l. prima versicul. primo, ff. de vi & vi armat. cuius verba sunt, hoc interdictum proponitur ei qui vi deiectus est etenim fuit æquissimum vi deiecto subuenire, propter quod ad recuperandam possessionem hoc interdictum proponit textus in leg. secunda & per totum, Codice unde vi, textus in §. recuperanda. Institut. de interdict. & hoc procedit, nedum quando quis possidet per se verum etiam si per alium, ut colonum, inquilinum, filium, seruum vel alium, text. est in lege sin. ff. de vi & vi armat. cuius verba sunt, si colonus tuus vi deiectus est ages unde vi interdicto: textus in lege prima, §. quod seruus eodem titulo, & natura, virtus & effectus huius interdicti est, quod spoliatus restituatur in suam possessionem, & quod aduersarius condemnetur in omni damno interesse quod spoliatus prætenderit, etiam si excedat valorem ipsius rei, textus est in lege prima, §. qui autem, ff. de vi & vi armat. cuius verba sunt, qui autem vi deiectus est, quid damni senserit ad hoc quod vi deiectus est recuperare debet text. in §. non solum eiusdem textus, melior de iure in l. in interdicto, eodem titulo, cuius verba sunt, in interdicto unde vi, tanti condemnatio facienda est quanti inter sit possidere: & hoc iure nos uti Pompon. scribit, id est, tanti rei videri quanti actoris inter sit possidere: quod aliàs minus, aliàs plus: nam sæpe actoris plurius interest hominem retinere quam quanti is est veluti cum quæstionis habendæ aut rei probandæ gratia, ut hæreditatis ad eundem inter sit eius eum possidere facit etiam bonus text. in leg. si quis uxori, §. si seruus qui surreptus, ff. de furtis, text. in lege 3. ff. de condict. furt. text. in lege inde Neratius, in princ. ff. ad l. Aquil. text. in §. illud. Institut. de lege Aquilia, hoc autem interdictum recuperandæ duplex est, vnum de vi armata quod de vi publica appellatur, alterum de vi priuata vel de quotidiana, quæ sine armis infertur, ut ex Cicerone in oratione pro Cecinna, & lib. septimo familiarium ad Trebatium obseruant Alciatus lib. 1. Parergon. capite 34. Duarenus libro 1. dispunct. capitulo 20. Cuiacius libro quinto sententiarum titulo sexto, versiculo, vi deicitur, Robertus lib. 3. sententiarum cap. 20. Menochius de recuper. remed. 1. ex numero 2. quod non obscure significat rubrica de vi & vi armata, qua significatur in illo titulo agi de duplici vi, altera priuata vel quotidiana, altera armata & publica, de quarum prima agitur in l. 1. de altera in l. 3. eiusdem tituli, ideoque sub illo titulo duo contineri interdicta scribit Paulus Consultus in l. 2. §. recuperanda, ff. de interdictis, inter quæ duo interdicta singularis erat differentia, quod interdictum de re priuata & quotidiana, ei tantum dabatur, qui possidebat l. 1. §. interdict. autem de vi & vi armata, interdictum de vi armata dabatur etiam creditori in possessionem misso, & colono, ut rectè probat Cuiacius vbi supra, rursus etiam interdictum de vi quotidiana, ei tantum competebat qui ab aduersario nec vi nec clam, nec precario possidebat, d. l. 1. §. qui à me vi. interdictum de vi publica sine vlla acceptione dabatur etiam ei qui à me vi, clam vel precario possidebat, leg. sed si vi armata 14. ff. vi & vi

armata, quæ iura sic concilianda esse ex Cicerone, vbi supra, & Paulo dicto lib. 5. sentent. titul. 6. versicul. qui vi, obseruant Alciatus, Duarenus & Cuiacius vbi supra. Huius interdicti causa constitui erant iudices qui reparatores appellabantur, ut docet Cicero in d. orat. pro Cecinna, quamuis pro aliis etiam causis reparatores dari consueuisse doceat Signorolus lib. 2. de antiquo iure ciuium Romanorum, cap. 18.

181

Requiritur tamen ad hoc ut competat hoc interdictum, quod deiectus possideat tempore deiectionis ciuilitè & naturaliter, vel naturaliter tantum, vel ciuilitè tantum: unde ille qui tantum est detentator, non potest agere hoc interdicto, text. est in l. prima, §. deicitur, ff. de vi & vi armat. cuius verba sunt, deicitur is qui possidet, siue naturaliter, siue ciuilitè possideat & in fine dum dicit, non tamen si colonus sit text. in §. siue autem corpore eiusdem legis text. in §. idcirco eiusdem l. & in possessione naturali exemplum est clarum quod euidenter quis potest ab ea deici. Sed in possessione ciuili videtur dubium cum animus possidentis nullo modo videatur recipere violentiam: sed subtiliter respondeo quod possessio ciuilis ex dispositione iuris retinetur animo quando potest libere uti re & uti possessione naturali: unde quando datur talis impotentia merito & necessariò debet amitti, quia deficit fundamentum in quo talis ciuilis possessio insistebat: & licet ipse ciuilitè possidens nolit animo desinere possidere, sua voluntas seu protestatio esset nullius momenti tanquam contraria actui naturali & iuris ordinationi, cum talis animus videatur fundari super impossibili: & in hoc consistit vera & subtilis ratio articuli huius pro qua mea ratione facit bonus textus in lege tertia, §. si quis autem versiculo proinde eodem titulo textus in lege non solum, §. si dominus, ff. de vsucap. textus in lege clam possidere in fine cum lege sequenti, ff. de acquir. possessione probat etiam textus rectè ponderatus in lege tertia, §. Nerua filius eodem titulo, & reperio quod in terminis istam rationem ponit Baldus in l. licet secunda lectura in finalibus verbis Codice de acquirenda possessione istam etiam rationem apertè voluit Socinus in lege 3. §. Nerua filius, ff. eodem titulo, secunda columna versic. tu considera, & maxime in versicul. in quibus infertur, & ante eos voluit Rosfred. qui notabiliter loquitur in rubr. de interdict. unde vi 1. col. num. secundo. Ex quibus infero quòd si quis nec animo nec corpore possideat, sed tantum per vim prohibitus sit ingredi aliquam rem & adipisci possessionem eius, cum forte hæres vel emptor, vel alius successor particularis, qui habeat licentiam propria autoritate ingrediendi possessionem, non competit sibi hoc interdictum, unde vi contra impediendum, textus est notabilis in leg. 1. §. eum qui ff. de vi & vi armat. cuius verba sunt, nec animo, nec corpore possidebat, ingredi autem & incipere possidere prohibeatur, non videri deiectum verius est: deicitur enim qui amittit possessionem, non qui non accipit. Adde tamen quòd si immediate ipso tempore deiectionis non probet expulsus possidisse, sed ante deiectionem debet obtinere, quia cum possessio retineatur animo semper præsumitur possidere saltem ciuilitè: ita notabiliter tenet Faber, in §. restituta, in fin. Institut. de fideicommiss. hæred. secunda columna. Idem adde quòd licet principaliter non competat hoc interdictum unde vi, pro rebus mobilibus, tamen benè competit secundariò & accessoriè, quando res mobiles continentur in re immobili, unde sicut datur, & competit pro re immobili, ita pro re mobili in ea contenta, textus est in leg. 1. §. illud iuncto, §. planè, ff. de vi & vi armat. cuius verba sunt, illud utique in dubium non uenit interdictum hoc ad res mobiles non pertinere: planè si qua res

in

in fundo vel in adibus, unde quis vi deiectus est earum etiam rerum nomine interdictum competere, non est ambigendum, textus in §. si fundus & in §. quod autem ait prator, eiusdem legis textus in lege merito eodem titulo. Item adde, quod si vertatur dubium super damno, quod possessor passus est per violentiam aduersarij in prædictis rebus itabitur iuramento ipsius possessoris expulsi, facta taxatione à iudice secundum qualitatem personæ textus est in lege si quando Codice unde vi textus in cap. fin. quod metus causa, & utrobique vide latè per Doctores de materia: & idem expressè disponit lex 9. in fin. titul. 10. 7. part.

182 Item adde, quod agenti interdicto unde vi, non obstat exceptio domini, imò ante omnia spoliatus est restituendus: unde si reus conuentus excipiat de dominio & offerat, se in continenti probare, non est audiendus: sed probata violentia, itatim debet fieri restitutio, reseruato iure domini & proprietatis ipsi reo, textus est capitalis in l. si quis ad se fundum, versicul. primo, Codice ad leg. Iulian. de vi, ibi, ante omnia violentia causam examinari præcipimus, & ibi notat Gloss. ordinaria in verbo, violentia in princip. Bartolus secunda colum. prope finem Iacob. Butr. prima columna post princip. opposit. Alber. in princip. Angel. 3. colum. versic. 3. casu text. in leg. prima, Cod. super vim vel alio modo, text. in l. si maritus la prima Codice de donat. inter virum & uxorem. text. iuncta Gloss. & ibi Alber. Angelus & communiter doctores in leg. prima in princip. versiculo hoc interdictum ff. de vi & vi arma. text. in cap. 1. & ibi communiter Doctores de restit. spol. text. in cap. in litteris eodem titul. ibi, quia prado etiam est secundum rigorem iuris restituendus. & probant omnia iura illius tituli: & idem hodie disponit lex fin. titulo 107. part. tenet Bartol. in leg. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. possess. secunda colum. in fin. numero 3. & super eo communiter doctores idem Bartol. in leg. si de vi. in fin. ff. de iudic. & ibi communiter doctores tenet etiam Cinus Paul. Iason. & communiter Doctores in leg. 2. Codic. de edict. diui Adrian. tollen. vbi ponunt generalem doctrinam & theoreticam, quod licet in iudicio possessorio adipiscendæ regulariter obstat exceptio domini, quando in incontinenti offertur probanda, argumento text. in l. 3. §. ibidem ff. ad exhibend. & in l. ille à quo §. si de testamento, ff. ad Trebellian. & in leg. si is à quo in princip. ff. ut in possess. legat. tamen in iudicio possessorio recuperanda non admittitur, etiam si incontinenti veniat probanda, facit etiam Gloss. notabilis, & eius doctrina in l. fin. in fin. ff. de rei vendic. vbi dicit quod vbi remedium possessorium datur actori in pœnam rei conuenti non admittitur exceptio domini etiam si in continenti veniat probanda: de qua glossa dixi interdictum adipiscendi possessionem, & istam conclusionem & doctrinam quæ habet, quod agenti interdicto recuperandæ non obstat exceptio domini, amplia & extende duobus & viginti modis quos ponit & cumulat Ripa in dict. §. nihil commune 8. col. n. 46. cum sequentibus.

183 Item adde, quod in tantum spoliatus ante omnia est restituendus, quod licet non intentet remedium possessorium recuperandæ, sed tantum remedium petitorium rei vendicationis & non probet dominium, quod est fundamentum illius actionis: sed probet solum spoliationem sibi factam ab aduersario, debet obtinere in ipsa rei vendicatione & fiet sibi restitutio: iste est casus vnicus in iure in lege si quis emptionis, §. sed hæc contra super illis. Codice de prescript. triginta vel quadraginta annorum, quem ad hoc reputat singularem & vnicum Bartol. in principio legis & Baldus ibi in principio & Angelus, ibi, secunda columna numero 4. notat etiam ad Ant. Gomez ad leg. Tauri.

hoc ibi Gloss. ordinaria Salic. & communiter Doctores: illum etiam ad hoc dicit vnicum Angelus in lege 1. §. hoc interdictum el. 1. in fine, ff. de vi & vi armata notat etiam & commendat Bartol. Paul. Alexand. & communiter Doctores in lege si alienam ff. solut. matrim. imò quod magis est, in tantum causa, spoliationis est priuilegiata vt actor qui dicit se spoliatus si intentauit hoc remedium recuperandæ possessionis, non possit ab aduersario conueniri, vel reconueniri quouis alio iudicio vel actione reali vel personali, nisi super alia spoliatione quam ipse actor commisset in alia re, textus est notabilis in cap. fin. de ordin. cognit. cuius verba sunt, super spoliacione conuentus aduersus restitutionem petentem, non est nisi super quæstione spoliacionis si eum reconueniat audiendus, & ad hoc eum notat, & commendat ibi Glossa ordinaria Innocent. Hostien. Ioann. Andr. Card. Abbas Anton. Anchar. Imol. & communiter Doctores Bartol. in lege naturaliter, §. nihil commune 7. columna in principio 1. combinatione, ff. de acquir. possess. & ibi communiter repetentes, idem Bartolus in lege si quis ad se fundum, Cod. ad leg. Iuliam de vi 2. columna numero secundo. & ibi Angel. 3. columna in medio, & communiter alij Doctores Hanc regulam latissimè prosequitur Ripa in l. naturaliter, §. nihil comm. numero 46. Bolognetus 2. parte ex numero 95. Menochius de recuperanda possess. remed. 1. per totum. Portius libro secundo conclusionum, concl. 44. Socinus reg. 466. Gabr. libro 5. conclusionum, 1. Perez in rubr. titulo 14. libro tertio ordinam. & in lege 5. eodem titulo, & libro primo glossa verbo, luego restituyan. Limita tamen istam conclusionem quæ habet quod agenti interdicto unde vi, non obstat exceptio domini, sed ante omnia spoliatus est restituendus, vt non procedat. Primò quando ipse actor agens hoc remedio possessorio recuperandæ, patiatur super illa exceptione domini procedi: quia tunc probato dominio actor excluditur: ita probat textus in capitulo primo de restitut. spoliat. & ibi tenent communiter Doctores: notat etiam & commendat Bartol. in lege si quis ad se fundum, Codice ad leg. Iuliam. de vi. 2. columna, prope finem, & ibi Iacob. Butr. in principio. Angel. 3. columna, versiculo 3. casu per quos vide bonam rationem, idem Bartol. in lege si duo patroni, §. idem Iulianus, secunda columna numero decimo, ff. de iureiuran. vbi benè declarat Iacob. Butr. notabiliter in lege incerti iuris, Cod. de interdict. tertia columna post principium versicul. caue tamen. Paul. de Castr. in lege secunda, Cod. de edict. diui. Adrian. toll. fin. columna, prope finem idem Paul. in lege si de vi. ff. de iudic. 5. columna, in princ. Angel. in lege prima, §. hoc interdictum, el. 1. ff. de vi & vi armata n. 4. contrarium tamen tenet expressè Bald. qui subtiliter loquitur in l. ordinary, C. de rei vendic. fin. col. n. 14. vbi dicit quod etiam si non replicetur sed patiatur procedi super exceptione domini, quod ante omnia actor spoliatus est restituendus: quia hæc est allegatio iuris & consistit in mera & propria natura ipsius interdicti recuperandæ, & ideo exceptio domini non procedit, licet non interueniat replicatio, nec obstat secundum eum textus in dicto cap. primo, de restit. spol. in quo se fundat communis opinio quia ibi expressè actor voluit admittere reum opponentem de dominio & super eo litigare. Sed hoc non obstante teneas superiorem communem doctrinam, quia eadem ratio est quando tacite consensit actor admittendo exceptionem domini & probationis fieri super eo, & ex ista ratione reprobat sententiam Bald. Aretinus, in dicto §. nihil commune quarta columna, in medio, versic. & quia, vbi notabiliter loquitur & ibi etiam tenet Ripa. 1. col. n. 72. Secundò limita nisi agenti possessorio recuperandæ obstaret

notorius defectus proprietatis : quia de iure communi non potest habere dominium in illa re text. est in cap. ad decimas, de rest. spol. lib. 6. vbi Episcopus vel clericus spoliatus quasi possessione decimandi extra suam diocesim non debet restitui, quia de iure communi habet praesumptionem contra se : & ad hoc illum text. notat ibi Glos. ordinaria Anchar. & commun. Doctor. & ad hoc etiam illum text. notat Bald. in dicta l. naturaliter, §. nihil commune, in addit. suis, cuius lectura hodie non reperitur : & refert & sequitur ibi Alexand. numero 21. Salicet. qui notabiliter loquitur, in l. si quis a se fundum, C. ad legem Iuliam de vi. tertia columna. 7. opin. Paul. in l. si de vi. ff. de iud. quinta columna, in fin. vers. 10. casus. Bald. notabiliter in lege 1. Codice de appellat. fin. colum. numero 11. quam etiam limitationem confirmat Glos. in capit. ad decimas, de restit. spoliat. in verbo praesumantur, versic. idem videtur lib. sexto, quam sequuntur Cardinalis in cap. in literis de restit. spol. numero 9. & communis quam resoluit Covarr. in 4. 2. part. cap. 7. §. 5. n. 10. & in practicis, cap. 23. n. 4. Greg. in l. 27. tit. 2. part. 3. glos. verbo, que le entre-gasse, Menochius de recuper. remed. numero 113. & num. 222. Lancellotus de attentatis, 3. pag. cap. 24. quest. 1. num. 28. cum seqq. contrariam tamen sententiam defendunt Francus num. 9. in dict. cap. ad decimas, Gomezius in reg. de no. iudicando, q. 5. ad fin. & alij relati à Puteo lib. 2. dec. 184. n. 9. Beroio in d. c. in litteris, n. 74. Corn. num. 70. Fabro n. 47. Bolognin. n. 24. quas opiniones conciliat ex mente Panormitani & aliorum Ant. Gabr. lib. 5. communis opinio tit. de restit. spol. concl. 1. n. 10. verior tamen concordia est, vt prior opinio pro cedat, quando notorius tituli defectus spoliato obstat & fundat intentionem spoliantis, posterior verò quando spoliantis intentionem non fundat : pro qua interpretatione facit textus in l. 1. §. quia me vi, in l. colonus, & in l. cum fundum de vi, & vi armat. in §. recuperanda inst. de interd. in l. sequitur, §. si tu, vers. si dominus de usucap. Ex quo clare subinfertur quòd in omnibus casibus in quibus exceptio dominij opposita per violentum possessorem contra spoliatum, est manifesta & notoria in iure vel in facto, puta quia constat de dominio excipientis per sententiam diffinitiuam, latam contra agentem ante ipsam spoliationem, quia tunc non debet fieri restitutio, ita expressè & singulariter tenet Cuman. in dicto §. nihil commune, 3. columna, vers. ex hoc, & ibi latè Alexand. 6. & 7. colum. vbi dicit hanc esse magis communem opinionem & istam dicit magis communem opinionem Iason. ibi 9. columna, num. 49. idem etiam tenet Paul. in lege permiserit, in fin. eodem titulo idem Paul. melius quam alibi in lege si de vi, pen. col. in medio, vers. 2. casu, ff. de iudic. & ista opinio tanquam communis est tenenda, idem est si per instrumentum publicum & contra id nihil obiiciatur, quia tunc spoliatus non erit restituendus, vt habetur in Rora decisione sub titulo de restit. spoliat. dec. 16. in nouis. & ex variis probat Menochius de recuper. remed. 1. numero 223. licet Bart. in dicto §. nihil commune, 2. columna, n. 3. expressè teneat contrarium, sed reprobat communiter à Doct. & idem esset si constaret per possessionem partis, quia agens interd. recuperandæ confiteatur aduersarium esse dominum, sed hoc non obstante petit restitutionem sibi fieri : quia tali casu obstat ei exceptio dominij ita tenet notabiliter Innocent. Ioan. Andr. in c. constitutus, de filiis presbiterorum, tenet etiam & reputat singulariter ibi Card. Anch. Abb. & communiter Doctor. tenet etiam Angel. in l. dolo facit, numero 2. ff. de doli except. Angel. in l. 1. §. hoc interd. el. 1. ff. de vi, & vi armat. n. 5. tenet etiam Paul. in d. l. si de vi, 5. col. vers. 9. casus,

ff. de iudic. in cuius confirmatione facit textus in cap. significasti, de diuo. text. in lege §. rediguntur, ff. quorum legat. text. in lege diuo, ff. de doli except. Nam cum confessio sit verior & potentior probatio omnibus, l. fin. C. de fideicommiss. lege generaliter §. sed iuramentum, versic. si quidem, de rebus creditis, lege generaliter, Codice de non numer. pec. vt latè tradit Mascardus, de probation. quest. 7. per totam, si per confessionem constat de dominio spoliat, spoliator non erit restituendus, vt cum communi resoluit Menochius de recuper. remed. 1. num. 215. cum pluribus sequentibus. Tertio limita quòd ita demum spoliatus ante omnia est restituendus, quando ageret tantum interd. recuperandæ pro restitutione rei : secus verò si ageret simul petitorio & possessorio accumulando rei vendicationem per quam dicit se declarari dominum & remedium possessorium recuperandæ per quod petatur restitutio rei, quæ cumlatio admittitur : quia cessant omnes regulæ impeditiæ, vt in lege cum fundum, vers. final. ff. de vi & vi armat. & ibi Glos. ordinaria finalis, & communiter Doctores & benè & magistraliter Bartol. in dicta lege naturaliter, §. nihil commune, 7. columna, numero 17. & 6. columna. 3. combinatione, numero 22. qui tres regulas impeditiæ refert in l. edita, C. de edendo, & in dicto §. nihil commune, & ibi communiter Doctores probat textus & ibi tenet Glosa ordinaria, & communis opinio in capite cum dilectus de caus. poss. & propriet. quia tunc reus conuentus & sic violentus possessor potest obiicere de dominio, & si probauerit non tenetur restituere, sed defendendus est in sua possessione, quantumcunque violenta : ita probat text. in c. cum Ecclesia surrina, de caus. posses. & propr. text. in c. cum super eod. tit. & in expresso istam conclusionem tenet Glos. ordinaria in c. constitutus, de filiis, pres. in glos. 2. & ibi Abb. 2. col. n. 7. & alij Doctor. facit etiam Glos. in c. pastoralis, in glos. magna, in fin. & in c. cum dilectus, de caus. pos. & per istam conclusionem tenet Paul. de Castro, in l. si de vi, ff. de iud. pen. col. post princ. Angelus in l. 1. §. hoc interd. el. 2. num. 7. ff. de vi & vi armat. Verum in hac quæstione tres fuerunt Doctorum opiniones, prior Azonis & Ioan. quos refert Bart. in §. nihil commune, n. 14. existimantium possessorium & petitorium nunquam posse cumulari, sed semper possessorium præcedere debere : alia fuit Petri, & Cini relati à Bartolo vbi supra asserentium omne possessorium cum petitorio cumulari posse. Quæ duæ opiniones communiter ab interpretibus reuiciuntur, & prior conuincitur ex Iuribus pro secunda adductis, & secunda ex iuribus adductis pro prima. Vnde fuit communi ferè omnium consensu admittæ sententia Martini distinguentis inter possessorium adipiscendæ & recuperandæ & interd. retinendæ, nam duo priora concurrere possunt cum petitorio, de quibus intelligenda sunt iura citata pro opinione Petri, vltimum verò non concurrat cum petitorio, de quo intelligenda sunt iura citata pro opinione Azonis & Ioannis : quæ distinctio probata est à Romano Pontifice, in capite pastoralis de causa possessionis, & proprietatis, eamque defendunt Bartolus & cæteri magis communiter, vt testatur Iason. in dicto §. nihil commune, numero 97. Ripa 131. Bolognetus 1. p. num. 63. & 2. p. numer. 266. ex quibus omnibus colligunt regulam quòd petitorium & possessorium retinendæ concurrere non potest, quæ limitari solet sex casibus quæ colliguntur ex sex interpretationibus traditis ab Accursio in dicto §. nihil commune, vbi videndus est Bartolus ex prima combinatione, numero 16. vbi vniuersum tractatum concursus & cumulationis petitorij possessoriij septem combinationibus comprehendit.

Quartò quod ita demum spoliatus ante omnia debet restitui, præterquam si restitutio rei petite non posset fieri sine irreparabili præiudicio: quia tunc exceptio dominij per reum opposita impedit fieri restitutionem si in continenti veniat probanda textus est notabilis in capite litteras de restitu. spol. vbi si maritus petit se restitui ad quasi possessionem vxoris quæ ab eo diuertit, & vxor opponat matrimonium esse contractum in gradu prohibito, & offert se probare incontinenti, non debet fieri restitutio: quia esset periculum animæ propter copulam & idem est quando esset tanta scæuitia viri, quod probabiliter timetur de morte vxoris, cui non sit plene consultum per cautionem vel satisfactionem mariti & ad hoc illum reputat ibi singulariter Abb. 2. colum. ultimo not. & communiter alij Doct. & illum text. in prædicto casu finali dicit vnicum Abb. in cap. 1. de diuortijs. Ex quo text. & superiori conclusione inferebat singulariter Paul. de Castr. in l. 2. in fin. C. de edict. diu. Adrian. toll. quòd si ageretur interdicto recuperandæ, pro aliqua re fortissima & difficilis recuperationis, cuius proprietates seu dominium non esset saluum post restitutionem, vt quia esset castrum vel fortalitium, tunc bene admitteretur exceptio dominij si incontinenti probetur, argumento text. in dict. cap. litteras & illud dictum Paul. sequitur & exaltat Iason. ibi in dicta l. secunda, de edict. diu. Adrian. tol. 1. col. in medio. dicens non esse ab alio tactum: tenet etiam & commendat Alex. in dicto §. nihil commune, 10. colum. num. 21. & ibi Ripa 12. colum. numero 75. & istæ sunt valde substantiales & principaliores limitationes in materia: alias tamen quinque, & viginti limitationes ponit Ripa, in dicto §. nihil commune, 10. colum. numero 69. quas vide per text. & quinquaginta limitationes ponit Anton. Corsetti in tractatu Fallentiarum, ad regulam spoliatus ante omnia restituendus est, posito in secundo volumine tract. fol. 103. 4. col. Sed attende quod contra prædicta indistinctè & subtiliter facit l. 27. tit. 2. 3. part. quæ apertè vult quod agenti remedio possessorio recuperandæ: & sic interdicto unde vi, benè obstat exceptio dominij saltem quando incontinenti venit probanda: quia lex in hoc videtur terribilis, & etiam apud peritissimos valde dubia: sed ea non obstante adhuc teneo superiorem communem conclusionem maximè cum sit approbata per aliam legem partitæ posteriorem scilicet l. fin. tit. 7. part. & ad prædictam l. 27. tit. 2. 3. part. respondeo valde notabiliter sequentibus modis. Primo modo, quòd illa lex intelligatur quando actor agit interdicto adipiscendæ possessionis, quo casu admittitur exceptio dominij si in continenti veniat probanda, sic etiam hanc legem partitæ intellexit Gregorius ibi verbo, que le entre-gasse, & vide Pelæz de Mieres in tractat. maiorat. 3. p. 9. 15. numero 14. Vel aliter quod illa lex intelligatur, quando agens interdicto recuperandæ, dicebat se dominum, & intentabat, & cumulabat simul petitorium & possessorium recuperandæ: quia tunc reus conuentus potest opponere exceptionem dominij, & si offerat se incontinenti probare admitti debet, & impeditur restitutio possessionis: quod patet, quia supra illa lex in hoc casu locuta est, vnde quod postea dicit ad aliud debet referri, & secundum hoc est ibi lex partitæ expressa pro tertia limitatione notabili & principali, quam supra proximè posui.

184 Item adde, quod in tantum spoliatus debet restitui in sua possessione per hoc interdictum, vnde vi, vt procedat, nedum quando spoliatus est præsens & agit, verum etiam si sit absens & aliquis propinquus, amicus, colonus, inquilinus, seruus, retinebat pro eo possessionem: nam si talis detentator sit

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

expulsus & possessio fuerit domino ablata, poterit ille detentator qui fuit expulsus etiam sine mandato: imò licet non sit legitima persona itandi in iudicio: quia seruus ageret hoc interdicto, vnde vi, nomine absentis, vt restituatur possessio domino absentis! & non solum hoc potest petere ipse detentator, imò quilibet alius tertius etiam seruus qui non detentabat: textus est notabilis in lege prima, Codice si per vim, vel alio modo, & ibi notat & commendat Bartol. Cin. Bald. Salic. & communiter Doctores nec distinguitur an talis possessor sit absens ex causa necessaria probabili vel voluntaria, secundum Glos. ibi in verbo, quolibet modo, & communiter Doctores imò talis amicus vel seruus poterit agere nomine absentis sine aliqua cautione de rato: ita ibi notabiliter Salic. prima colum. numero 4. quod videtur probari ex illa lege, cum de facili seruus qui nihil habet in bonis non posset reperire fideiussores vnde videtur quòd illa lex hoc nouum inducat in casu spoliationis, vt ille personæ possint agere sine cautione: & ista est opinio & mihi videtur verior, licet Glos. ibi in verbo serui, in fin. & ibi Bart. Cin. & magis communiter Doctores. teneant contrarium.

Item adde, quod istud interdictum datur & competit hæredibus actiue, vnde mortuo possessore, vi deiecto & expulso, hæredes & successores eius possunt agere hoc interdicto, pro recuperanda possessione, quæ defuncto fuit ablata, & pro dotali interesse pro quo ipse defunctus potuit agere, textus est in lege prima, §. interdictum hoc, ff. de vi & vi armat. facit textus in lege prima, §. hæredem, ff. de prædictis delictis, textus in l. quod diximus, §. primo, versiculo hec actio, ff. quod metus causa, textus in §. non autem versic. sed hæredibus, Instit. de perpet. & tempor. action. Similiter etiam transit contra hæredem eius qui commisit violentiam, non tamen vt intentetur hoc interdictum unde vi, sed actio in factum si aliquid ad eos peruenit, non alias, vnde agitur contra eos pro recuperanda ipsa re si ad eos peruenit, & pro recuperando eo, quòd ex bonis possessoris expulsi ad eos peruenit, non verò agetur contra eos pro aliquo interesse vel damno quod possessor expulsi passus fuit, cum hoc non peruenit ad prædictos hæredes expulsi: textus est in lege prima, §. final ff. de vi & vi armat. cuius verba sunt, ex causa huius interdicti in hæredem & bonorum possessorem ceterosque successores in factum, actio competit in id quod ad eos peruenit: textus in lege si plures: eodem titulo. textus in lege tertia, §. hac actio, eodem titulo facit textus in dicta lege quod diximus, §. si. al. ff. quod met. caus. textus in lege in hæredem, ff. de calumnia, text. in l. prima, §. fin. ff. ne vis fiat ei, text. in l. scuti poena, ff. de reg. iur. text. in l. vna, in fine, C. de delict. defunct. text. in l. hæredem, ff. de dolo, & tali casu competit perpetuo cum detur pro eo quod ad eos peruenit, vt in dictis iuribus.

Item adde, quòd istud interdictum unde vi, non datur contra particularem successorem, vnde si ille qui commisit violentiam, vendidit, vel donauit alteri illam rem vel quouis alio titulo oneroso vel lucratio per contractum inter viuos vel per vltimam voluntatem alienauit, non poterit primus possessor expulsus agere hoc interdicto contra illum tertium particularem successorem, sed tantum contra expulsorem qui violentiam commisit, licet rem ipsam possideat: textus est notabilis in l. cum à te, ff. de vi & vi armat. cuius verba sunt, cum à te vi deiectus sim, si quis vi eandem possessionem possidere ceperit, non possum cum alio quam tecum interdicto experiri: quem text. ad hoc notat ibi Glos. ordinaria Bartol. & communiter Doctores. Ang. in leg. si vi met. la. 1. vbi dicit illam legem eod. tit. cuius ratio est, quia regn-

lariter interdicta sunt remedia personalia : text. est in l. 1. vers. penultim. ff. de interdict. cuius verba sunt, *interdicta omnia licet in rem videantur concepta, vi tamen ipsa personalia sunt, & ad hoc notat ibi Bart. Alber. Angel. & communiter Doctor. & licet alia interdicta sint in rem scripa istud tamen est merè personale, vt aperte probat textus, in dicta l. cum à re, ff. de vi & vi armat. & ibi communiter Doctor. vnde cum sit remedium merè personale, meritò non transit contra particularem successorem, vt in l. final. §. fin. ff. de contrahen. emp. cum similib. quod intellige quando primus violentus possessor & deiiciens est soluendo, alias secus argumento text. in l. itaque fullo, in princip. ff. de furtis, ita Glos. ordinaria in d. lege cum à re, & ibi Bart. Doctor. Angel. in d. l. si vi me, 2. columna, eodem titul. idem Angel. in l. si de fundo, eod. titulo in fine, quod tamen subintelligo pro re, non verò pro interesse, contra expulsorem autem indistinctè potest agere pro re & similiter pro interesse, modo possideat rem ablatam modo non, etiam si sine dolo vel culpa amiserit possessionem : textus est in l. si vi me, la 2. ff. de vi & vi armat. & ibi Bartol. Angel. & communiter Doctor. vel poterit agere contra tertium, vel rei vindicatione, vel alio remedio reali competenti : cuius probatio est difficilis, sed hodie de iure Canonico, & eius æquitate inductum quod possit violenter expulsus agere contra quemlibet tertium possessorem, eo casu quo scienter habuit rem à prædicto violento possessore : vnde secus est si ignoranter ab eo habuisset rem, textus est, notabilis in cap. sape de restit. spol. & ibi Glos. ordinaria Innocent. Hostiens. Abb. Anton. Cardin. Anchar. & communiter Doctor. Glos. in cap. cum ad sedem, & ibi communiter Scribentes eod. tit. nec obstat si dicatur, quod violentia ita afficit rem quod non potest vsucapi vel præscribi, nisi redeat in potestatem primi possessoris à quo fuit ablata, vt in l. certè §. Julia, ff. de precario, vnde non videtur esse vitium merè personale, & per consequens remedium non deberet esse personale : quia respondeo, quod illud est verum, quoad effectum vsucapionis & præscriptionis, quia illud vitium afficit rem aded, quod non potest vsucapi nec præscribi, nisi purgetur vitium violentiæ redetundo in potestatem possessoris expulsi, & licet res furtina debet reuerti in potestatem domini, vt in lege sequitur, §. quod autem, ff. de vsucap. cum similibus, tamen res vi ablata debet necessariò reuerti in potestatem possessoris expulsi text. est singularis & vnicus in iure in d. lege certè §. Iulianus, ff. de precario. secundum Bart. Angel. & Doct. ibi, ita tenet Bart. & communiter Doct. in l. sequitur, §. si dominus, ff. de vsucap. Paul. de Castr. & Doct. in §. quod autem eiusdem leg. Bartol. & Doctores in lege si partem, Codice de vsucap. pro empt.*

Item adde quod licet de iure antiquo per vim deiectus atque spoliatus tantum possit agere contra violentum possessorem interdicto *unde vi*, vt supra dictum est : tamen hodie de iure nouo codicis poterit agere remedio *l. si quis in tantam*, Cod. *unde vi*, qua canetur, quod si inuasor sit dominus, amittat dominium illius rei & applicetur expulso : si verò non sit dominus, tenetur ei reddere possessionem ablatam & insuper æstimationem eiusdem rei : & ad hoc notat ibi Glos. ordinaria & communiter Doctores text. in §. sed ex constitutionibus Instit. de interdictis, textus melior & clarior cæteris in §. quia tamen Instit. vi bonorum raptorum, & idem disponit lege 10. titulo 20. 7. part. & lege secunda, tit. 14. libro 3. ord. & si quæras in quo erit hodie utile interdictum *unde vi*, cum materia sua, cum plenius sit spoliato consultum per text. in d. l. si quis in tantam, &

per iura similia, maximè quod interdictum *unde vi*, requirit dolum in committente violentiam, scilicet quod sciat rem nec possessionem sibi non pertinere : remedium verò text. in lege *si quis in tantam cum similibus*, procedit & competit sine dolo : hoc est licet credat rem vel possessionem eius ad se pertinere, & sibi licere de iure rem propria autoritate auferre, vel alio errore ductus fecerit, ita text. expressè in dicto §. quia tamen Instit. vi bonorum rapt. & tenet Glos. ordinaria in d. l. si quis in tantam, in gl. magn. in finalib. verb. & ibi communiter Doct. Rursus etiam interdictum *unde vi*, est annale, vt supra dictum est : remedium verò text. in d. leg. si quis in tantam cum similib. & est perpetuum & durat per 30. annos, cum sit ciuile, vt tenet etiam Glos. in d. lege si quis in tantam, in gl. mag. in fine, & ibi communiter Doctor. Respondeo, quod in electione possessoris expulsi erit vnum vel alterum remedium eligere, & quodlibet eorum potest esse suo casu vtile, nam interdictum *unde vi*, competit ad restitutionem rei ablatæ, & insuper ad totale interesse, quod potest esse longè maius quàm vera æstimatio & valor rei, vt supra dixi & probaui : remedium verò text. in d. l. si quis in tantam cum similib. competit contra spoliatorem, vt amittat ipsam rem si fuerit dominus eius, vel condemnatur in valore & æstimationem eius. si non fuerit dominus, etiã nullo probato interesse per acto. rem expulsum, & sic valde vtile erit sibi eligere inter istia remedia.

Item adde, quod si quis relinquat rem quam possidebat vacantem, taliter quod per absentiam eius omnem possessionem amittit tam ciuilem quàm naturalem, his modis, quibus de iure perdi potest, & alter eam ingressus est, sciens rem esse alienam, & ad eum non pertinet, licet ignorat cuius sit, tunc licet de iure antiquo nullum competeret remedium vel interdictum primo possessori, qui vacantem rem reliquit : quia non *unde vi*, cum illud requirat violentiam commissam in personam : non *uti possidetis*, cum ipse nullam possessionem habeat, cum vtraque vacat : non *adipiscenda*, cum semel iam habuit possessionem, & fortè non habuit rem ex titulo vniuersali, vltimæ voluntatis à quo causatur illud interdictum adipiscendæ, vt dixi suo proprio loco : & sic de iure antiquo nullum in hoc casu erat in iure prædictum remedium : sed hodie per Iustinianum est nouum introductum remedium scilicet quod detur & competat primo possessori qui rem vacantem reliquit, remedium text. in l. fin. C. *unde vi*, quo teneatur ingressus eam restituere primo possessori, cum totali interesse, tanquam si violenter à possessore rem auferret : & denique tenetur ad omnia quæ veniunt in interdicto *unde vi*, & ille text. sua in decisione non est alibi, cum sit vna de legis decisionibus Iustiniani : quem ibi ad hoc notat, & sic intelligit, Glos. ordinaria, in verb. *uacuum*, vers. *tu dic.* & ibi Bart. Petr. Cin. Alber. Bal. Sal. & communiter Doct. Azo. in summ. illius tit. pen. col. n. 31. Ros. in rubric. de constit. cum querebatur qua est vltima rubrica sui operis, 3. col. in princ. ex quo infertur, quod illa lex non haberet locum, quando sola possessio naturalis vacaret : quia dominus vel possessor primus retinere possessionem ciuilem in absentia : quia hoc casu competeret domino vel possessori interdictum *uti possid.* pro tuenda sua ciuili posses. in cuius consequentiam fieret sibi restitutio naturalis, vt late conclusum est in interdicto *uti possid.* Vnde non competeret ei remedium *d. l. fin.* & hoc est de mente Glos. ibi in verbo *uacuum* vers. *tu dic.* pro qua doctrina & declaratione facit Glos. singularis & vnica in §. quod autem Instit. de vsucap. in glos. *secunda*, quæ dicit, quod possessio interdictum dicitur plena, vt est illa quæ possidetur : interdum

dum femiplena, vt est illa in qua aliàs ex causa legatorum vel rei seruandæ: interdum vacua, & hoc contingit tribus modis: propter absentiam, vel propter negligentiam, vel quia sine successore quis decedat, quam ibi sequuntur Doctores, & illam Glos. dicit vnicam Ang. in l. si me in vacuam de acquir. poss. & Alex. & Ias. in l. in conuentionalibus, §. 1. de verb. oblig.

Secundò infertur, quòd non haberet locum quando quis in absentia retinet vtramque possessionem, mediante seruo, filio colono, vel inquilino: quia tali casu daretur interdictum *unde vi*, ipsi absenti: vel ipsis expulsis competeret interdictum *unde vi*, nomine possessionis absentis, vt supra dictum est per textum in l. 1. cum materia, C. si per vim vel alio mod. in quo vno notandum est, quòd hoc casu, quando absens relinquit domum, fundum, vel rem vacantem & alius ingressus est & possessionem occupauit quod non poterit aliquis pro absente agere interdicto *unde vi*, vel conditione l. fin. C. unde vi, nec alio quouis remedio possessorio, sed oportet quòd ipse absens reuersus vel eius procurator agat competentem remedio, scilicet remedio, l. fin. Cod. unde vi, quia imputandum est ei qui vacantem rem reliquit, licet eo casu quo absens possidere per colonum, inquilinum, seruum vel amicum quem ibi dimiserit, si quis ingressus sit, potest agi contra eum, per eos quos ibi dimittit, imò per quemlibet extraneum sine mandato, vt in d. l. 1. si per vim vel alio modo, quia magis fauendum est ei qui possessionem suam per alium voluit conseruare.

Item adde, quòd prædicta lex fin. Cod. unde vi, ¹⁸⁹ habet locum & procedit tam in re mobili quam immobili: ita Iacob. Butr. in d. l. fin. 1. col. in fin. Bart. 2. col. numero 7. Salicet. 2. colum. numero 10. Rofred. in rubri. de constitutione, cum querebatur sexta columna numero 5. Alex. vbi dicit hanc esse communem opinionem in l. que nobis, ff. de acquir. possess. secunda columna numero 5. Iason. ibi 2. col. in fine, numero 4. licet Glos. in dicta l. fin. Cod. unde vi, in verbo, quod vi aut clam, velit Contrarium Vnum tamen est quòd licet agenti remedio possessorio recuperandæ non obstet exceptio dominij: licet veniat in continenti probanda, tamen secus est in agente remedio & conditione prædictæ legis fin. Cod. unde vi, pro possessione clandestina: quia ei bene obstat exceptio dominij: ita probat text. vnicus in iure in l. si de eo, §. fin. ff. de acquirenda possessione, & illum text. ad hoc dicit vnicum Bald. in l. vita, Cod. de acquir. possess. 1. colum. num. 6. idem Baldus in l. si quis emptionis, §. sed hæc contra super illis, C. de præsc. 30. vel 40. annor. & ibi Ang. in princip. legis secunda col. numero 4. & istam communiter tenet Bart. licet non alleget illum text. in l. sine vi, ff. de indic. in fin. numero tertio, & ibi Paul. qui ita colum. in princip. versic. primus est. Glos. ordinaria in d. l. fin. in verbo, per ignorantiam in fin. C. unde vi, & ibi Bart. pen. colum. num. 11. vbi adducit notabilem rationem, quia cum possessio vacabat non reputatur tam graue delictum. Item etiam, quia remedium illius legis habetur instar adipiscendæ possessionis, cum omninò vacabat & sua culpa possessionem amiserat: idem etiam tenet ibi Ang. col. in fin. Sal. 3. col. num. 15. & ista est communis opinio licet inaduertenter contrarium teneat Iason in l. clam possidere supra isto tit. 2. col. n. 5. allegando Anton. de But. in cap. item cum quis de restit. spol. Item adde quòd licet ille qui occupauit rem vacantem teneatur eam restituere tanquam prædo ad instar interdicti *unde vi*, conditione prædictæ l. final. Cod. unde vi, tamen res illa non afficitur vitio reali: vnde licet eo casu quo interuenisset vera & realis violentia talis res violenter possessa non

Ant. Gomez ad leg. Tauri.

posset præscribi, vt in l. certè §. Iulianus, ff. de precario, & supra dictum est, tamen secus est in hac possessione clandestina in re vacante acquisita: quia bene potest præscribi per quemlibet bonæ fidei possessorem: ita notabiliter probat textus in l. furtum, §. fundi, ff. de usucap. & ibi Bart. & communiter Doctores idem tenet Bart. & communiter Doctores in l. sequitur, §. item si occupaueris, eod. tit. Glos. ordinaria in l. Pompon. §. cum quis in verbo, vitius, ff. de acquir. possession. & ibi Bartol. & communis opinio Glos. in l. vitia, Codice de acquirenda possess. & ibi Bald. Angel. Salic. & communiter Doct. Glos. in d. l. fin. C. unde vi in verbo, ut pradonem, & ibi communis opinio probat etiam text. in §. quod autem Instit. de usucap. & ibi Faber in fin. & communis opinio licet ibi Glos. velit contrarium, istam etiam opinionem tenet Ias. vbi dicit hanc esse communem opinionem in l. clam possidere col. ff. de acq. poss.

Item adde, quòd quando quis vult possessorem vi ¹⁹⁰ à sua possessione expellere, potest talis possessor ei de facto resistere, quia licite videtur facere pro defensione suæ possessionis: imò si iam deiectus & expulsus sit, potest propria autoritate recuperare, dummodo faciat in continenti, non ex interuallo: text. est in lege 3. §. cum igitur, ff. de vi & vi armat. cuius verba sunt, cum igitur qui cum armis venit possimus armis repellere: sed hoc confestim non ex interuallo, dummodo sciamus non solum resistere permissum ne deiciatur, sed & si deiectus quis fuerit eundem deicere non ex interuallo sed in continenti, & ad hoc eum notat ibi Glos. ordinaria Bart. Ang. & communiter Doct. text. in l. 1. §. vim vi eod. tit. text. in l. 1. Cod. unde vi: & adde, quòd intelligitur in continenti & non ex interuallo, quando recuperat suam possessionem, quam primùm potest, antequam ad actus extraneos diuertat, ita Glos. ordinaria, in dicto §. cum igitur, argumento textus in lege continuus in principio, ff. de verborum obligationibus textus in lege duos §. primo, ff. de duabus rebus textus in lege quòd ait §. quod ait, ff. de adulter. textus in lege heredes palan, §. finali de testament. sed clariùs & propriùs dic, quòd in materia voftra in continenti dicitur arbitrio boni viri, secundum quod commodè fieri potest, attenta qualitate eius qui vi deiectus est, & rei ex qua fuit expulsus, & eius qui vim commisit: ita Bartol. in dicto §. cum igitur, & ibi notat Angel. qui valdè commendat Petrum in lege prima, Codice unde vi, prima columna, post principium, Cinnus ibi penultim. colum. Iacob. Butr. fin. columna Faber secunda columna Salicet. prima columna numero 4. & meliùs secunda columna numero 10. Aretinus in lege prima, §. qui presens, ff. de verborum obligatione secunda columna in fine, ex quo singulariter infertur, quòd si Rex & Princeps vel Dux per vim expellat possessorem de aliquo territorio, castro, vel loco suo, licitum est ei quandocunque propria autoritate recuperare etiam post decennium: istud fuit dictum originale & famosum Hugutionis in capite ins naturali prima distinctione, in glossa sua antiqua: & sequitur & commendat Baldus in lege final. Codice de his qui à non domino manum, secundal. numero tertio, illud etiam dictum sequitur & reputat mirabile Imola in lege prima §. qui presens, Digestis de verborum obligatione prima columna, numero secundo. Angel. de Aretin. in Paragrapho quadrupli, Institut. de actionibus octaua columna numero vigesimonono tenet etiam & valdè commendat Iason, in lege clam possidere Paragrapho qui ad nundinas septima columna numero trigesimo sexto, Digestis de acquirenda possessione Romanus in lege si de eo, §. si forte secunda columna eodem titulo Montalius in lege prima titulo undecimo, libro 2.

foro, ff. & in tantum est vetum, quod expulsus potest suam possessionem in continenti recuperare, ut nullam videatur amisisse possessionem, sed semper retinere saltem civilem in animo, quia sequuta recuperatione in continenti præsuntur semper habuisse animum possidendi: ex quo subtiliter inferitur, quod non erit interrupta præscription vel usucapio incepta: & in expresse ita determinat Gloss. singularis in lege si quis ad se fundum, Codice ad legem Iuliam de vi in gloss. fin. quam ibi notat & commendat Bartol. final. columna, numero quinto, Salicet. penultim. columna, numero 26. & ibi communiter Doctores Glossa etiam ordinaria in lege tertia, §. cum igitur, ff. de vi & vi armat. in glossa final. & ibi Angel. & communiter Doctores Gloss. etiam iuncto text. in lege qui possessionem, eodem titulo, & ibi Bartolus, Angelus, & alij Doctores, tenet etiam Bartolus & communiter Doctores contra Glossam ibi, in lege qui fundum, §. qui bona fide, versiculo idem iuris, ff. de usucapion. pro emptor. Iacobus Butricar. in lege prima, Codice unde vi final. colum. & ibi Bald. 3. colum. numero octavo, Salicet. 1. columna, numero tertio, imo quod magis est dicebat Salicet. in dicta lege si quis ad se fundum, Codice ad legem Iuliam de vi, quod etiam naturalis possessio non videatur amissa nec effectus eius, argumento text. in dicta lege qui possessione, sed ego intelligo quod licet eam amiserit, tamen præsuntur & fingitur à iure non amisisse.

¹⁹¹ Aduertendum tamen, quod superior conclusio procedit & habet locum quando propulsatur iniuria realis: secus verò quando propulsatur iniuria personalis, quia offensus ab alio vult se defendere: quia tantum est ibi permittum se defendere in ipso actu & crimine flagrante, non tamen potest post iniuriam sibi factam propulsare & vindictam sumere: ita probat textus notabilis in l. quod ait lex, ff. de adult. vbi dicitur quod licet pater possit filiam & adulterum interficere, debet intelligi quando eos deprehendit in ipso crimine, & per eum istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. in dicta l. 3. §. eum igitur, ff. de vi & vi armat. licet corruptè alleget illam legem, & ibi Ang. de Pernf. Bald. in l. petens, C. de pactis, penultim. colum. numero 49. Bart. in leg. 1. C. unde vi penult. colum. numero 9. & ibi Cinus Albericus, Faber, Salicet. & communiter Doctor. Faber in §. ius autem gentium Instit. de iure natura gent. & civil. 2. col. n. 3.

Item adde quod hoc interdictum unde vi, nedum competit pro rebus corporalibus, sed etiam pro rebus incorporalibus: unde si fructuarius sit deiectus à fundo in quo habet usumfructum, poterit intentare hoc interdictum directum, text. est in l. tertia, §. unde vi, ff. de vi & vi armat. si verò sit deiectus ab alio iure & quasi possessione eius, ut seruitutis: vel alterius iuris incorporalis, competit hoc interdictum saltem utile: quia in iuribus incorporalibus licet non cadat vera & propria possessio, bene tamen cadit quasi possessio respectu illius iuris, ratione cuius dantur & competunt remedia possessoria: text. in l. quoties, la segunda, ff. de seruit. & ibi Bart. & communiter Doctores text. in l. 2. §. final. ff. si seruit. vindicetur, text. in l. si sicui, §. Aristo. eodem titulo, & in expresse hanc sententiam & conclusionem tenet Bartol. in l. tertia, §. unde vi, ff. de vi & vi armat. & ibi Ang. de Pernf. tenet etiam notabiliter & melius quam alibi Rosfred. in libellis suis, in rubrica de interdicto unde vi, num. 23. Confirmatur per Gloss. notabilem & ordinariam in lege 1. in glossa prima. ff. uti possid. & ibi communis opinio, quæ habet quod pro tuenda possessione iurium incorporalium habet locum interdictum uti possideris. Confir-

matur etiam, quia pro tali quasi possessione iurium incorporalium competit conditio legis, si quis in tantam, Codice unde vi, & in expresse ita tenet ibi Gloss. ordinaria & communis opinio in gl. magn. 2. q. & ratio per quam usufructuarius habet directum interdictum, alius verò qui habet aliud ius vel seruitutem habet utile interdictum, est, quia fructuarius possidet rem ipsam naturaliter, non verò ille qui aliud ius vel seruitutem habet, ut in l. naturaliter, ff. de acquirenda possessione, & ibi communiter Doctores, & in terminis tenet Angel. in l. 3. §. unde vi, ff. de vi, & vi armat.

Dubium tamen singulare & subtile in materia est ¹⁹² si forte res mobilis vel immobilis quam ego antea possidebam, reperiatur nunc penes alium & probem eam ante possidere, si eo ipso præsuntur clandestinè vel vitiosè esse penes illum, ut teneatur mihi restituere nulla probata violentia, clandestinitate, vel vitio possessionis eius: & videtur quod sic.

Primò per text. singularem in l. fin. C. unde vi, vbi probatur quod talis possessio præsuntur clandestina: & sic erit notabilis practica, quod agant conditione ex illa lege, asserendo me dominum, & quod possedi antea, & immediatè illam rem, & quam nunc reperitur penes illum sine iusta causa: quare peto mihi fieri restitutionem, & in expresse ita tenet Bart. in d. leg. fin. 2. colum. num. Paul. de Cast. in leg. improba, C. de acquir. poss. idem Paul. in l. cum res, C. de probationibus, fin. col. idem Paul. vbi valde commendat in l. ex stipulatione, ff. de acq. poss. 2. col. n. 3. & ante eos Specul. in tit. de restit. spoliat. §. 1. §. colum. versic. octauum est, num. 19. Confirmatur etiam per textum cum materia in capit. licet causam de probation. & per ea quæ tradit Bartol. in l. si duo, ff. uti possid. 2. col. vers. si verò testes.

Secundò & principaliter pro ista sententia & conclusione, facit text. in capitulo, reintegranda, tertia, questione prima, vbi disponitur quod semper & regulariter est retinendus ille, qui iniuste amisit suam possessionem: unde in nostro casu, secunda possessio illius præsuntur iniusta & vitiosa, & merito debet fieri restitutio anteriori possessori: & per illum textum ita tenet Innocent. in cap. sape de restit. spoliat. prima columna, vers. imò plus, & ibi Hostiens. secunda columna, Ioan. Andr. 2. colum. versic. plus etiam, Abbas qui valde commendat in capit. cum ad sedem, eod. tit. 9. colum. num. 28. idem Abb. in cap. si diligenti, de prescript. quarta colum. n. 17. Bald. in lege penultim. Cod. si à non compet. iud. final. colum. vbi dicit quod eo ipso, quod actor probet de antiquiore possessione, re ipsa videtur spoliatus Ias. qui bene loquitur in l. rem qua nobis, ff. de acquirend. possessione 4. colum. numero 19. & ibi Socin. nona columna, versiculo Aliquando & 13. columna, versiculo circa septimam questionem. Tertio & principaliter pro hac sententia & conclusione facit text. in l. si coloni, Codice de agric. & censib. lib. undecimo vbi habetur quod si coloni adscriptitij à domino vel possessore aufugerint, & reperiantur apud alios quoslibet possessores vel detentatores, debent restitui priori domino vel possessori, conductione ex illa lege vel iudicis officio: & per eam tenet Hostiens. in dicto capite sape de restit. spoliat. secunda columna. & ibi Ioan. Andr. 2. col.

Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam, imò quod in calu & questione proposita non debeat fieri restitutio possessionis anteriori possessori si non probet violentiam, clandestinitatem, vel aliud vitium in persona secundi possessoris, imò genericè dico, quod hoc casu nullum remedium in iure nostro proditum est, pro

pro consequenda tali possessione, sed necessario recurrendum est ad remedia proprietatis scilicet rei vendicationem, Publicianam, confessoriam, vel similia: imò alias illa remedia nunquam essent necessaria: quòd apertè probatur à sufficienti partium enumeratione, nam hoc casu non concurrunt requisita interdicti *adipiscende*: item nec *retinenda*: item nec *recuperanda*, vt ex natura eorum satis ex superioribus patet, ergo, &c.

Secundò etiam pro hac sententia & conclusio, quam teneo facit bonus text. & eius ratio, in *l. sin autem §. si duobus cum materia*, ff. de Publiciana & in *l. si ea res §. final.* ff. de action. empr. vbi quando agitur pro quasi domini actione reali Publiciana, potior est causa actualiter ultimo loco possidentis: & ex ista consideratione istam sententiam & conclusionem tenet expressè Bartol. in *l. rem qua nobis*, ff. de acquirenda possessio. 1. column. numero 2. & ibi Cuman. 2. column. idem Bartol. in *leg. fina. §. sed cum in secundam*, Cod. de furtis 2. column. num. 5. Angel. in dicta *l. sin autem §. si duobus*, ff. de Publicia. secunda columna. Et tenendo hanc partem quam teneo, non obstant superiora fundamenta, quæ inuitabiliter videntur contrariam sententiam fundare: & Primò; non obstat text. in dicta *l. final. C. vnde vi*, inducendo, vt supra: quia respondeo quòd ad hoc vt remedium illius legis habeat locum pro forma, requiritur vt probetur, quòd possessio illius rei erat penes primum possessorem, actorem & postea eius absentia vel alia causa cœpit vacare, & statim & immediate tempore quo vacabat fuit per illum secundum possessorem, & sic reum conuentum, occupata: & certè ista est qualitas formalis in qua fundatur decisio illius text. & verissimus & realis intellectus eius, & in expresso reperio, quòd ita illum text. intelligit & declarat ibi vno verbo Ioan. Faber in Breuiario 1. column. in fine dicens *caue*: quia in hac constitutione requiritur dolus qui præsumitur, probato quòd fuit occupata tempore quo esset vacans: & apertè hoc idem vult ibi Salic. *final. column. & quest.* Rosfredus in libellis suis in rubric. de constitutione cum querebatur finali column. & quest. n. 16. Innocent. in cap. *sapè de restit. spoliator. prima columna post. princ.* Hostiens. ibi, *prima columna prope finem* Ioan. Andr. 2. column. post princ. Abba. *fina. column. in princ.* Anton. 3. col. in medio, ita etiam in expresso tenet & declarat Bald. in *l. incerti iuris*, Cod. de interdictis 6. col. n. 24. Secus tamen quando simpliciter actor probat aliquando possessionem fuisse penes eum, & nunc reperiri penes reum conuentum vt in quæstione proposita, quia tali casu cessat ius qualitatis & extremum requisitum tam ex parte actoris quam rei conuenti possit fundari iudicium inter eos & ferri sententia: quia fortè reus conuentus, qui nunc reperitur possidere, habuit ex iusta aliqua causa quam ignoramus.

Secundò, non obstat text. in dicto capitulo, *reintegranda tertia quæstione prima*: quia loquitur, & debet intelligi quando possessor amisit possessionem, vi, dolo, metu, vel alio quouis vitio vel delicto: vnde meritò restituendus est & reducendus in pristinum statum suis propriis remediis contra spoliatorem: putà si vi est spoliatus, interdicto *vnde vi*: si dolo actione *de dolo*: si metu, actione *quod metus causa*: & sic de aliis: & sic nullum remedium possessorium de per se ponit ille text. ita Innocent. in *c. cum ad sedem secunda column. num. 6. de restit. spoliator.* Vel aliter & secundò respondeo quòd ille text. intelligitur quando quis amisit possessionem vi, dolo, vel metu, vel alio vitio, & reperitur res penes tertium possessorem: nam tenetur remedio illius Canonis restituere possessionem, etiam si ignoranter & bona

fide rem possideat, nec fuerit particeps vel sciens huius vitij, licet de iure antiquo ciuili nec Canonico ante illum text. nullum esset proditum remedium: istum intellectum tenet Glossa ordinaria in dicto cap. *sapè in gloss. 3. de restit. spoliator.* & ibi communiter Doct. Gloss. in capit. *cum ad sedem eodem titulo in gloss. magn. in medio*, & in specie istam dicit communem opinionem & intellectum Imola in dicto cap. *sapè fina. column. num. 4.* Abb. in dicto *c. cum ad sedem 8. column. num. 26.* qui dicit quòd ab isto communi intellectu non est recedendum in iudicando & consulendo. Nec obstat si replices, quòd si hoc esset verum ad quid fuit necessaria decisio text. in dicto *c. sapè de restit. spoliator.* cum sit posterior: maxime cum text. & eius remedium in *c. reintegranda*, generaliter, & indistinctè competit contra quemlibet tertium possessorem, etiam si ignoranter & bona fide rem possideat text. verò & eius remedium in dicto cap. *sapè*, tantum detur & competat, quando scienter habuit rem à violento possessore, & sic scienter successit in vitium: quia notabiliter respondeo quòd text. in dicto cap. *reintegranda*, tantum procedit & debet seruari in rebus Ecclesiasticis, vel in rebus clericorum & in eorum foro propter eorum priuilegium: non verò in aliis rebus profanis laicorum: text. verò in cap. *sapè*, & eius remedium procedit in quibuscunque rebus & personis & vtroque foro, propter euitandum peccatum, cum scienter habeat rem à violento possessore: ita Gloss. notabiliter ordinaria in *d. c. cum ad sedem in gloss. mag. in medio*, & ibi Abb. 8. column. num. 26. Calderinus in dicto cap. *sapè*, Card. *fin. column.* Anchar. *fin. column.* Iason qui plures auctoritates allegat in *l. rem qua nobis 3. column. n. 16. ff. de acquirend. possess.* & istam partem ego sequor, licet postea Ias. in eadem *l. rem qua nobis 4. column. num. 19. dicat & 5. column. num. 20.* ibi Ripa 5. column. num. 25: dicant magis communem opinionem esse in contrarium: imò quòd habeat locum in quibuscunque rebus, etiam profanis laicorum. Nec obstat etiam text. in *l. si coloni*, Cod. de agricol. & cens. lib. 1. quia respondeo quòd ibi tales coloni fecerunt furtum vel vim ipsorum, aut fugiendo sine voluntate domini, vnde meritò debent restitui priori domino vel possessori, conditione ex illa lege ad instar remedij *recuperanda*. Nec rursus obstat si replices, quòd illud esset verum si ageret vt contra ipsos colonos vel alios tertios violentos possessores, sed ille textus præsupponit quòd possit agi contra quemlibet tertium, etiam bonæ fidei possessorem: quòd videtur contra text. cum materia in dicto *leg. cum à re. ff. de vi & vi armata*, quia respondeo quòd quando vis committitur in re inanimata, non potest agi contra tertium bonæ fidei possessorem, sed tantum contra principalem qui violentiam commisit: secus verò quando violentia committitur in re animata, vt quia seruus, vel colonus adscriptitius fecerint furtum ipsorum aufugiendo à domino: quia hoc casu si reperiuntur penes alios possunt indistinctè à possessoribus auocari, remedio & conditione illius legis, si coloni, ne in potestate eorum si dominos sua possessione priuare, argumento textus & eorum quæ ibi notantur in *l. prima, C. de seruis fugi. & in l. 1. §. per seruum qui in fuga*, ff. de acquirend. possess. & in *l. 3. §. Nerua filius eodem titulo & in l. rem qua nobis eodem tit.* & istam solutionem & intellectum ponit ibi Lucas de Penna. 4. col. in fine, & Bart. in dicto *l. rem qua nobis*, & ibi Socinus & alij Doctor. & Abb. & Canonistæ in dicto cap. *sapè de restit. spoliator.* Ex quibus apertè & subtiliter patet in quæstione proposita, nullum subesse remedium possessorium anteriori possessori contra eum qui sine vitio reperitur rem possidere & certè in puncto iuris ista videtur verior opi-

nio licet superior sit æquior & tenenda in practica.

Quod intelligo quando apertè constat primum amisisse iam possessionem, & secundum habere lapsu temporis vel alio modo: secus verò aliàs, quia cum semel primus habuit possessionem civilem, semper censetur continuata, argumento textus in *l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquirend. possess.* & in lege si de eo si forte eodem titulo, & eorum quæ ibi notantur: & per consequens competeret interdictum *uti possideris*, pro conseruanda ciuili possessione, & in consequentiam fieret restitutio naturalis, vt supra dictum est in interdicto *uti possideris*.

Pro complemento autem finaliter dico, quod prædicta procedant & habeant locum quando agitur hoc interdicto *unde vi*, ciuilitè ratione possessionis ablata: secus vetò si agatur criminaliter ad pœnam propter violentiam commissam: quia tunc diuersimode punitur inuasor, & sic delinquens vt magistraliter suo loco dictum est in materia delictorum in *cap. 4. de violentia*.

(Materiam sub hoc numero 118. pagina 186. columna 4. promissam, vna cum aliis octo numeris subsequentiibus, hic iam ob oculos tibi ordine propofitos habes candide Lector.)

118 Quibus visis, præsuppositis, & examinatis, nunc principaliter quæro, an successor maioratus, in quem virtute huius legis est translata possessio habet remedium vel interdictum possessorium contra tertium detentatorem rerum maioratus: & primò quæro, an tali successor maioratus competat interdictum vel remedium adipiscendæ possessionis, scilicet *quorum bonorum*, quòd datur hæredi vel successor vniversali pro adipiscenda possessione, vt in *l. 1. ff. quorum bonorum in leg. 1. & per totum, 1. C. eod. in §. sequens diuisio vers. adipiscenda Instit. de interd. etis*. de quo interdicto & eius natura & effectu dictum est: & videtur quòd non: quia istud remedium datur hæredi non possidenti pro adipiscenda possessione: vnde si possidet nullo modo datur istud remedium, imò quòd magis est, si hæres semel adeptus possessionem, licet postea cadat ab ea & sit penes alium non competit sibi istud interdictum, vt probant prædicta iura: sed iste successor maioratus in ipso instanti, quo moritur defunctus possidet ciuilitè & naturaliter ipso iure, mediante ista lege: ergo non posset intentare istud remedium & interdictum adipiscendæ contra illum tertium detentatorem: sed in contrarium est veritas, imò quòd talis successor maioratus possit intentare interdictum & remedium possessorium adipiscendæ contra illum tertium simplicem detentatorem, pro adipiscenda possessione rerum maioratus, & in terminis ita tenet & determinat Cinus in *l. ea lege, Codice de cons. ob causam 1. colum. in medio*, & ibi Baldus *4. colum. numer. 10.* & notat ibi Salicet. *5. colum. numer. 12.* istam etiam conclusionem tenet Baldus in *rubr. de caus. possess. & prope 2. colum. in medio, numer. 11.* idem Baldus in *rubr. extra de consuet. 2. colum. numer. 14.* istam eandem conclusionem tenet Paul. de Castr. in *lege si sorori fin. quast. num. 4. Cod. de iure deliber.* & ibi Alexand. & ibi notat Iason. *2. colum. tenet etiam Alexand. in lege cum hæredes ff. de acquirend. possessio. 1. colum. numer. 3.* Ioan. Faber. in *§. sui Institut. de her. qua. & disse. 2. colum. post. princ.* idem Alexand. in *cons. suis 2. volum. conf. 82. 2. columna, numer. 5. & 6.* idem Alexand. in *eodem 2. volum. conf. 83. 5. columna, numer. 9. & 10.* Idem tenet Paulus Parisius *consil. 41. libro 1. numer. 8.* Cassaneus in *consuetudinibus Burgund. Rubr. 7. §. 1.* Boërius in *consuetudinibus Bituricensibus titul. de testamentis, §. 6. gloss. 1. Couarr. leg. 3. variarum, cap. 6.*

num. 6. versic. est tamen circa. Molin. l. 3. cap. 13. n. 3. hodieque sententiam probat *l. 9. titulo 7. lib. 5. vbi Matiençus glossa 1. num. 1. id aduertit & in l. 8. tit. 7. gloss. 2. numer. 4.* vbi latè possessoria maioratus successor competere probat Suarez in *titulo de las herencias num. 18. part. 448.* Tiraquellus in *tractat. de morte 6. part. declaratione 2. n. 1. cum sequent.* Azeued. in *leg. 8. tit. 7. lib. 5. num. 19.* & adde quòd eodem modo competit successor maioratus remedium *l. final. Cod. de edict. diu. Andrian. tollen.* putà si sit institutus vniversaliter & in hæreditate sunt bona maioratus, nam poterit petere se mitti in possessionem bonorum virtute d. leg. fin. ita in specie determinat Baldus reputans esse notabile in *c. 1. de success. feud. 2. col. num. 5.* Idem remedium ei competere probat Tiraquellus, plures referens in *tractatu de morte 6. par. declarat. 2. num. 2. & 6. part. 244.* Cassaneus in *consuet. Burg. rubr. 7. le mort saist §. 1. n. 1. fol. 224. col. 2.* licet de hac sententia dubitet Mierez in *tract. maiorat. 3. part. in initio numero 11.* eandem sententiam confirmat Gregorius in *l. 2. tit. 14. in gl. luogo part. 6. verbo. propiedad.* Azeued. in *l. 8. tit. 7. lib. 5. num. 20.* competit etiam vocato ad maioratum Carbon. edictum, secundum Glossam, in *dict. l. verbo, propiedad.* & Menesium, in *leg. eam quam, n. 122. Cod. de fideicom.* Suarez in *tit. de las herencias, n. 18. part. 448. Mol. lib. 3. cap. 13. num. 25. & 26. cum seq.* Azeudus vbi supra numero 21. & ratio vera & mentalis in qua se fundant prædicti Doctores est, quia licet mediante lege vel statuto ipso iure transeat possessio in hæredem vel successorem, tamen ex eo quòd penes alium est ipsa naturalis detentio, non videtur esse plena vel omninò perfecta possessio penes talem hæredem vel successorem quousque verè & naturaliter apprehendat, & propter hoc datur ei prædictum remedium possessorium adipiscendæ. Pro qua communi sententia & ratione. Primò facit textus & communis opinio in *lege prima, Cod. commun. de legat.* vbi licet in legatarium transeat ipso iure dominium per legem tamen sibi competit actio personalis & rei vindicatio ex eo quòd est dominus de iure speciali & non per verum actum traditionis licet aliàs actio personalis non detur domino qui per aliquem actum verum est factus dominus, vt in *§. sic itaque Instit. de actionibus & in lege final. ff. de vendit. ob causam cum similibus*, & in effectu ita tenet & declarat notabiliter Cinus in *dict. leg. 1. colum. 2. post princip.* & ibi Bartolus *leg. 2. colum. Paulus 2. colum. Salicet. in fin. Corneus pen. colum. numer. 8.* & ante eos fuit declaratio Alberti de Saluis, quem ibi refert Cinus tenet etiam notabiliter Alex. in *l. 1. ff. de leg. 1. fin. col. vers. 3. modo.*

Secundò facit textus notabilis in *lege prima, Codice de donat. qua sub modo*, vbi habetur quòd si donatarius non adimplet conditionem alimentorum, ipso iure donatio reuocatur, & dominium rei donatæ transfertur in donatorem, & ei competit rei vindicatio & similiter actio personalis scilicet conditio ob causam pro restitutione, & sic ex eo quòd ibi competit dominium de iure speciali beneficio illius legis, non est inconueniens quòd etiam concurrat actio merè personalis pro perfecta restitutione faciendâ: & ad hoc notat Cinus & communiter Doctores ibi: & in specie ita illum textus inducit & applicat ibi Salicet in *fin. num. 10.*

Tertiò facit textus in *leg. fin. Codice de sacrosanct. Eccles. in fin. versiculo*, in his autem omnibus, vbi habetur quòd ex titulo venditionis, donationis, vel simili, ipso iure transit dominium in Ecclesiam vel piun locum: & pro tali re competit Ecclesiæ rei vindicatio, & similiter actio personalis: & dicit ibi Bartol. *3. colum. numer. 16.* quòd ratio vera est, quia ibi competit

competit dominium de iure speciali, & ideo non excludit beneficium iuris communis, vnde illa remedia possunt concurrere, & cum Bartol. transeunt ibi ceteri Doctores. Quartò facit text *in leg. qui mortis caus. ff. de don. causa mor.* vbi dicitur quod si fiat alicui donatio causa mortis, alicuius rei, & sit in eum translatum dominium, & postea renocatur illa donatio, re transfertur ipso iure dominium in donatorem: & competit sibi rei vendicatio & actio personalis ex eo quòd dominium fuit translatum de iure speciali, secundum Paul. & Doctores. ibi quem lege cum superiori. Quintò facit bonus text. *in leg. in rebus, Cod. de iure dot.* vbi habetur quod soluto matrimonio dominium rerum dotalium transfertur ipso iure in mulierem sine aliqua traditione, ex eo quòd naturaliter res erant suæ, & in illo casu competit mulieri vendicatio & hypothecaria actio: quæ licet non possit competere domino, *vt in leg. nec pignus de reg. iur. in l. si rem alienam, la secunda de pignor. actio.* tamen competit, quando de iure speciali sine traditione fuit per legem factus dominus.

Sextò pro ista parte facit text. notabilis *in leg. in libello, §. si quis seruum, ff. de captiuis & postlimin. reuers.* vbi si quis sua pecunia redemerit seruum alienum captum, statim efficitur eius dominus, & tali casu competit etiam redimenti hypotheca in prædicto seruo, *vt in l. senatus, §. fin. ff. de legat. 1. & in leg. qui testamentopost princip. ff. de testament. & in l. secunda, C. de postliminio reuersis,* & ista remedia vel iura contraria compatiuntur, quia redimens non est perfectè dominus, sed tantum de iure speciali per legem: & ad hoc ista iura sic notat & considerat Bartol. *in dict. leg. in libello, §. si quis seruum in fin.*

Septimò facit text. *in leg. commissoria Cod. de pactis inter empt. & vend. iuncta commun. opinione* vbi probatur quòd si in contractu emptionis, & venditionis apponatur pactum legis commissoriæ, vt si emptor statuto tempore non soluat pretium, res sit inempta, venditor consequitur dominium ipso iure pretio non soluto, & competit sibi vendicatio & similiter actio personalis ex contractu, & ita in specie declarat Paul. *in l. 1. eodem titulo 1. column. in fin.* Præterea & finaliter pro hac sententia & conclusionem, quòd successor maioratus, in quem virtute huius legis est translata possessio possit petere à iudice se mitti in veram & naturalem possessionem rerum, & ad hoc intentare remedium adipiscendæ possessionis, putà quorum bonorum, vel remedium *l. fin. Cod. de edict. diui. Adrian. toll.* modò sint, penes aliquem tertium detentatorem modò sint vacantia & ab aliquo non occupata, allego & considero text. singularem in iure iuncta Gloss. secundum primam lecturam *in l. 1. Cod. de Carboniano edicto,* vbi probatur quòd sicut bonorum possessio ex Carboniano competit filio minori contra tertium possessorem vel detentatorem pro adipiscenda possessione, ita competit filio minori, qui actualiter est in possessione, vt confirmetur & defendatur in ea auctoritate iudicis, & ad illum text. summè notat & commendat ibi Bartol. *1. columna n. 1. & illum text. ad hoc reputat singularem Ang. de Peru. in princ. & notant & commendant communiter Doctores, ibi, ex quo infertur singulartis declaratio & extensio ad text. cum materia in l. fin. Cod. de edict. diui. Adrian. tollen.* vbi habetur quod hæres scriptus in testamento potest petere à iudice se mitti in possessionem bonorum defuncti, vt etiam possit hoc petere licet talis hæres sit in possessione & detentatione rerum propria auctoritate quam apprehendere potuit, vt suo loco dixi, nam poterit intentare remedium illius l. fin. & petere se confirmari & defendi auctoritate iudicis in sua possessione quam habet: ita expressè & notabiliter determinat Cinus

*in d. l. 1. Cod. de Carbon. edict. 1. column. in fin. num. 6. Alb. 2. columna in medio Iacob. Butr. in princip. Bartol. 1. columna n. 1. Bald. 1. column. in princip. Paul. 1. column. num. 2. Alexand. in princ. num. 2. Corne. 2. column. in princ. Iason. 2. column. in fin. quicquid teneat Rom. eandem communem per illum text. tenet Bartol. in l. 3. §. missum ff. de Carbon. edict. idem Bartol. in l. 1. §. fin. ff. quorum legatorum, idem Bartol. in leg. de pupillo §. qui opus 1. column. ff. noui oper. nun. & ibi Paul. & latius Alexand. 1. column. n. 3. Bald. in l. fin. Cod. unde legitimi 4. column. in fin. idem Bartol. in leg. fin. Cod. de edict. diui. Adrian. toll. 4. column. num. 9. Iacob. But. ibi 3. column. post princ. Alb. ibi 9. column. in medio, Bald. ibi 6. column. 7. oppo. no. ibi Salic. penultim. column. in fine, Alexand. fin. column. in fin. Corn. 3. column. post princ. Ias. 7. column. n. 18. & in expresso per istam rationem casu nostro tenet Bald. in l. ea. leg. Cod. de condit. ob causam, confirmatur etiam per text. singularem & vnicum in l. quos, C. de decurionibus lib. 10. vbi probatur quòd partes possunt petere à iudice confirmari contractum per eas celebratum, licet de se fuerit validus: & ad hoc illum text. dicit vnicum Bartol. ibi num. 1. & Plat. 2. column. in princ. Ias. in l. 1. Codic. de Carbon. edicto. 3. column. in princip. facit etiam quòd tradit Innocent. & Doct. in capite 2. de confirm. utili vel inutil. Confirmatur etiam ex notabili sententia Angel. in l. si finita post. princip. num. 1. ff. de damn. infect. vbi dicit quòd quando quis est in tenuta & detentatione vel possessione rei, & petitur ab aliquo aduersario reuocari, quia fortè est nulla vel non ritè apprehensa, poterit detentator vel possessor petere quòd non reuocetur, imò quòd confirmetur per iudicem si alleget vel probet causam per quam de nouo esset sibi danda, & iudex tali casu debet eam sibi confirmare: & istam eandem sententiam & conclusionem tenet Paul. de Castr. in l. qui bona fide §. fin. n. 4. ff. de damno infect. & dicit esse menti tenendum, & hoc pluries practicatur: & tenet Angel. in §. quadrupli. decima quarta column. n. 46. in medio Instit. de actio. Alexand. qui melius & notabilius quàm alius loquitur in puncto *in d. leg. si finita 2. column. num. 5. vsque in finem,* facit etiam doctrina notabil. Bartol. & communis *in leg. si expressis, ff. de appellat. fin. column. Bart. in leg. si vt proponis, la prima quomodo & quando iur.* & ibi communis opinio vbi potest iudex superior reformare sententiam nullam: & ex superioribus ego reprobò sententiam Glossa notabilis *in leg. ab emptione, ff. de pactis in gloss. fin. in medio,* vbi dicit quòd si in contractu venditionis venditor se constituit nomine emptoris possidere, non potest amplius venditor conueniri actione personali ex vendito, vt tradat rem, sed debet conueniri rei vendicatione: vel vti possidetis, ex eo quòd per constitutum emptor est factus dominus & possessor: vnde actio personalis ex vendito non potest sibi competere: & istam communem Glossam sequitur & dicit multum notabilem Bartol. ibi *2. column. in fine num. 7. & illam tenet & commendat ibi Iason. 6. column. num. 12. & dicit quòd eam tenet etiam ibi Salicet. & Fulgos. & dicit Iason quòd cum illa glossa tenent communiter Doctores ibi & facit gl. in Authentic. sacramenta puberum, Cod. si aduersus ven. in gloss. penultim. gloss. in l. si cum fundum in gloss. penult. ff. de contra. emptio. vbi dicitur quòd re semel tradita amplius non competit actio ex eo contractu contra venditorem, sed per constitutum habetur pro tradita, ergo, &c. & istam etiam conclusionem per istas GG. tenet & commendat in practica Angel. de Aret. in §. primo Institut. de emptio. & vend. fin. column. in fin. idem Angel. in §. actionem Institut. de actio. 4. column. numero 9. idem tenet & valdè commendat ibi Iason. 20. column. num. 148. Sed certè illa conclusio**

Glossæ & Doctorum est falsa, quia cum emptor non sit factus dominus per actum verum & naturalem sed fictè, bene potest sibi compere actio personalis ex vendito, vt perfectè & naturaliter res sibi tradatur, & hoc apertè & clarè fundatur ex superioribus & in expresso ita tenet ibi Angel. de Perul. 2. *columna, in fine*, Paul. de Castr. *final. columna in fine*, & iste est sensus Bartolus, 3. *columna in medio*, idem tenet Paul. in l. *Iulianus, §. ex vendito, in fine, num. 5. fin. de action. emptor.* idem etiam tenet notabiliter Cinus, in *lege prima, Codice quando liceat emptor. dis. fin. col. & quest.*

119 Secundò principaliter quæro, an tali casu quando res maioratus sunt penes tertium detur successorii maioratus remedium recuperandæ possessionis, scilicet, *unde vi.* cum pœna & effectu eius? & breuiter dicendum est quod non: nam cum successor iste possideat, nec per alium sit priuatus illa legali possessione, non potest competere istud remedium: vnde si illud intentaret succumberet: & in specie ita tenet Baldus in *Authentic. defuncto, Codice ad Tertullian. 2. colum. 6.* & tenet Iason. in *lege sisorori, Cod. de iure deliber. 2. colum. vers. secund. limita & signa.* & tenet Alexand. in 1. *volum. conf. consil. 37. 2. col. numer. 4.* Socinus in *litem qua nobis, ff. de acquirend. possessor. 1. 1. colum. vers. 4. & ultimo conclude*, quòd tamen intelligo, quando ille tertius penes quem sunt res maioratus non interuertisset possessionem successorii maioratus, secus tamen esset si interuertisset possessionem eius, & taliter resisteret quòd amitteret suam possessionem successorii maioratus, quia tunc sibi competeret contra eum interdictum & remedium recuperandæ, vnde *vi*, argumento textus in *leg. 1. §. sine autem corpore, ff. de vi & vi armat. textus in §. deicitur, eiusdem leg. text. in leg. cum fundum, ff. de acquirend. possessor. text. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas in fin. iuncta Glossa & communi opinione supra isto titulo.*

Hoc interdictum recuperandæ, sine distinctione maioratus successorii dandum esse testatur Guid. Pap. *quest. 552.* Boerius in *consuetud. Bituricen. tit. de restam. §. 6. gloss. 1.* Decius *conf. 84. colum. 1. & 2.* Sonus in *leg. rem, qua nobis, num. 13. fol. circa 5. ff. de acquirend. possessor.* Ripa communiter receptum id afferens in *lib. 1. recept. cap. 1. numer. 84. & sequenti, Cassa. conf. 10. dubio 12.* Anton. Crass. in *consilia Cale. conf. 65. colum. 3. verbo competit etiam quintum, Guillel. Bened. in repet. cap. Raynut. verbo, mortuo itaque testatore 2. numer. 73.* Paul. Paris. sibi contrarius *consil. 41. numer. 13. numer. 1.* Tiraquell. in *tractatu de morte 4. declarat. 6. part. num. 3. & 4. Afflict. decis. 199. num. 9.* Iason. sibi contrarius *consil. 85. colum. 1. lib. 3. & consil. 146. colum. 1. lib. 4.* Baldus si parum constans in *rubr. extra, de caus. possessor. & proprietatis colum. ultim. vbi Ripa numer. 24.* Couart. *libro 3. resolut. cap. 5. num. 6. vers. sic & in interdict. recuper.* Mencha. *de suc. creat. §. 21. num. 89.* Palac. *hic n. 26.* Castil. *verbo tomada la possession, X Suarez, in l. 8. tit. de las herencias, lib. 3. fori num. 15.* Molina *lib. 3. cap. 13. num. 6.* Mier. in *tract. maior. in initio 3. partis numer. 11. ad fin.* vbi plures allegat Azeued. alios plures referens in *l. 8. tit. 7. lib. 5. num. 25.* tam contrariæ, quam huius opinis Authores.

120 Tertio principaliter quæro, an in casu nostræ lege, quando res maioratus sunt penes alium, detur successorii maioratus interdictum & remedium retinendæ possessionis scilicet *vti possidetis*? & videtur quod non: quia virtus & substantia huius interdicti est, vt solum competat possessori contra molestantem & perturbantem eum in sua possessione, vt pronuntietur possessor & alter desinat à molestia. §. in *lege prima, in princip. Digestis uti*

possidetis in lege vna, C. eodem titulo & in §. retinenda, Instit. de interdictis, & dixi latè & magistraliter supra ista *l. in interdicto, vti possidetis.*

Sed in casu nostro ille tertius non molestat nec perturbat successorii maioratus in sua possessione ciuillissima legali, imò fortè tacet & facto nec verbo non contradicit nec resistit suæ possessioni, nec aliquo modo eum inquietat, ergo non possit contra eum competere istud remedium seu interdictum possessorium *vti possidetis*. Præterea dico quòd dato quòd huic successorii maioratus competat hoc interdictum *vti possidetis*, nullum videtur sibi afferre effectum, nam dato quòd per eum pronuntietur possessor mediante ista lege & ille tertius detentator condemnatur, vt de cætero non molestat nec perturbet eum, non per hoc consequetur restitutionem rerum: quia istud interdictum nullam habet naturam recuperandæ, vt in iuribus supra allegatis: vnde ille tertius detentator poterit dicere, quòd ipse nullo modo vult molestare, vel inquietate successorii maioratus in sua prædicta possessione, sed quòd quietè & pacificè habet eam, sed quòd vult sibi habere & tenere detentionem quam habeat omnium rerum, quam nullo modo vult nec tenetur restituere mediante remedio *vti possidetis* intentato, cum ad hoc non extendit effectum nec virtutem eius. Sed his non obstantibus ego teneo pro veritate, quòd in casu nostræ legis competit successorii maioratus contra tertium detentatorem rerum interdictum & remedium retinendæ *vti possidetis*: imò dico quòd istud magis propriè & iuridicè competit & à peritioribus aduocatis proponitur in vsu & practica, & in expresso quòd istud remedium & interdictum competat in nostro casu, tenet Faber in *§. sui Instit. de hered. qua. & dis. 2. colum. post princip.* & tenet singul. & subtiliter Ancharra. in *c. 2. de consuetudine 2. colum. in princip.* tenet etiam Guid. Papæ *decis. Delphinatus 552. col. 2.* Guillel. Bened. in *repetit. c. Raynut, verbo, mortuo itaque testatore, el. 2. num. 72. de test.* Carolus Ruinus *conf. 18. in fin. lib. 1.* Tiraquell. in *tract. le mort. 1. declarat. 6. part. vbi neminem ex scribentibus dicere asserit Cassa. Burgun. rub. 7. §. 1. n. 7.* Boer. in *consuetud. Bituricens. tit. de test. §. 6. gloss. 1.* Couar. *lib. 3. resol. c. 5. n. 6. verbo, item & hic possessor*, vbi hanc asserit communem Palacios *Rub. hic, n. 27.* Greg. in *leg. 7. gloss. magna, verbo item, & huic possessori tit. 4. p. 5.* Molina *lib. 3. de primog. c. 13. n. 6.* Mier. in *tract. maior. in initio 3. p. n. 11. verbo, competit*, nec obstant superiores rationes. Prima, in qua dicebam quòd ille tertius detentator non molestat nec perturbat successorii maioratus in sua ciuillissima possessione: quia respondeo, quòd imò nimis turbat & molestat ex eo quòd actualiter retinet bona & non restituit illa successorii maioratus, & non sinit vti frui prædictis bonis & sua possessione, argum' o text. in *l. si duo §. hoc interdictum sufficit, ff. vti possidetis ibi etenim videris mihi possessionis controuersiam facere, quod prohibes me vti mea possessione*, bonus text. in *§. si videamus, versiculo etenim, eiusdem l. text. in §. si vicinus, eiusdem l. text. melior de iure in l. vim facit, ff. de vi & vi armat. cuius verba sunt, vim facit qui non sinit possidentem eo quòd possidebat vti arbitrio suo, siue inferendo, siue in redigendo, siue in arando, aut quid edificando, siue quid omnino faciendo per quod liberam possessionem aduersarij non reliquit*, facit etiam doctrina Bartoli, & communis in *l. 1. §. huius autem interdictum in principio, eodem titulo*, vbi dicit quòd istud interdictum *vti possidetis* datur contra quemlibet inquietantem, licet non contendat se possidere: & dixi supra ista lege tractando propriè de materia huius interdicti: ergo meritò in nostro casu successorii maioratus dabitur contra illum tertium istud remedium

remedium & interdictum *uti possidetis*. Non obstat etiam secunda subtilis ratio, in qua dicebam quod istud interdictum non habet naturam recuperandi, & ideo nullum consequetur effectum, talis successor maioratus nec recuperabit rerum detentationem, quia notabiliter respondeo quod hoc casu recuperabit plenum effectum & rerum restitutionem, & sic non solum pronuntiabitur legitimus possessor, sed in consequentiam fiet sibi plena restitutio rerum, & hoc casu prædictum interdictum habet mixtam naturam scilicet retinendæ & conservandæ possessionis, & insuper restituendæ & recuperandæ: & ratio est, quia nunquam dicetur ille tertius detentator desistere à molestia vel inquietatione, nisi actualiter restituat omnes res quas habet & detinet successor maioratus: quam rationem tradit Gloss. optima *in lege male agitur, Cod. de præscriptione 30. vel 40. annor.* quam ibi sequuntur Cinus, Baldus, Salic. & communiter Doctores & in hoc consistit tota virtus & intelligentia huius articuli, & istud est proprium remedium, quod in casu nostræ legis debet intentari & ita consulo quod fiat. Pro qua sententia & declaratione allego & considero Gloss. notabilem & expressam *in l. clam possidere, §. qui ad nundinas in gl. fin. prope fin. ff. de acquir. poss.* ubi dicit quod civiliter possidenti datur istud interdictum *uti possidetis*, contra tertium naturaliter tantum possidentem, ut declaretur possessor & restituatur sibi illa naturalis possessio sine qua semper diceretur molestari in sua civili: & ibi tenet Bartol. *fin. colum. in med.* Alb. *fin. col.* & tenet & commendat ibi Ang. 2. *col. num. 4.* & ad hoc illam Gloss. reputat ibi singularem Ioan. de Imol. *fin. col. in fin.* & reputat singularem Roman. 1. *colum in fine*, tenet etiam & notabiliter ibi declarat Paul. *fin. col. num. 7.* Cuman. *penult. col. post medium*, & tenet ibi Alexand. 7. *columna numero 17.* qui dicit hanc esse notabilem practicam, tenet etiam & commendat Iason ibi 15. *col. n. 11.* similiter Gloss. est expressa *in leg. naturaliter, §. nihil commune in gloss. final. in fine. ff. de acquirenda possessione.* & ibi Bartolus 5. *colum.* Alber. 1. *colum.* Paul. *penult. colum.* Aretin. 7. *colum.* Alexander 17. *colum. num. 47.* Ias. 18. *col. n. 86.* Vincent. 27. *colum. num. 58.* Ripa 22. *col. num. 135.* similis Gloss. est *in l. unic. Cod. uti possidetis, in verbo, nec vi in medio*, ibi, *ratione enim civilis qua sibi turbatur habet Dominus interdictum uti possidetis*, & ibi tenet & reputat mirabile Bartolus 3. *col. num. 4.* Bald. ibi 4. *col. n. 11.* Angel. *fin. col. in fine*, Salicet. 4. *columna numero 18.* Similis Gloss. est, licet non soleat allegari, *in l. si duo §. fin. in gloss. 1. ibi, ut illam naturalem dimittat, ff. uti poss.* & ibi eam ad hoc notat & commendat Ang. de Perus. & istam sententiam & conclusionem tenet & declarat notabiliter Bartol. *in leg. prima, §. interdictum pen. col. in fin. n. 9. ff. uti possidet.* & ibi Angelus de Perus. *in fin. idem Bartolus in leg. si prius, ff. de oper. novi nunt. fin. col. & quest.* tenet etiam & valde commendat Anton. de Butr. *in cap. item cum quis de restitut. spoliat. 2. col.* & ibi Imola 1. *colum. num. 3.* Abbas 2. *col. post medium*, tenet etiam Cinus *in l. ordinario, Cod. de rei vendit. 2. col. in medio*, & ibi Bald. 3. *col.* Salic. 2. *col. 4. oppos.* Paul. de Castro 2. *col. in fine*, Iacob. But. *in leg. incerti iuris, Cod. de interdictis 3. col.* & ibi Bald. 4. *col.* Salicet. 5. *col.* & est vera & communis opinio in prædictis locis.

Secundo pro hac sententia & conclusionem allego & considero etiam Gloss. valde notabilem *in l. male agitur, Cod. de præscript. triginta vel quadraginta annor. in gloss. ibi, sed uti possidetis interdictum, &c.* ubi expressè determinat quod si colonus, vel inquilinus: commodatarius vel depositarius emphyteuta vel ille qui habuit rem precario finita conditione,

emphyteusi, vel reuocato precario, non restituat detentationem rei vel possessionem naturalem quam ille haberet, potest per dominum conveniri interdicto *uti possidetis*, ut non turbetur dominus in sua civili possessione vel in utraque, & in consequentiam quod restituatur sibi naturalis possessio vel sola detentatio, quæ esset penes conventum: & ibi tenet & sequitur Cinus *in fin.* Bald. Salic. & communiter Doctores & in specie istam conclusionem tenet & sic declarat Bartol. licet illam Gloss. non alleget, *in l. 1. §. fin. si. colum. n. 17. ff. uti possidetis.* Tertio, facit illa Gloss. notabiliter *in l. ab emprione, ff. de pactis in gloss. fin. in medio*, ubi dicit quod si in contractu venditionis vel alio habili ad translationem dominij venditor se constituat nomine emptoris possidere, & non tradat rem, potest emptor agere contra eum *uti possidetis*, & in hoc communiter approbatur licet in alio non sit vera in quantum tenet quod non competet actio personalis ex vendito, ut supra dixi: & Glossa in illo casu declararet virtutem vel effectum huius interdicti, dico quod virtus & effectus huius remedij erit quod emptor dicit se possessorem virtute clausulæ constituti, vel virtute alterius actus ficti, & petet non molestari per venditorem, & in consequentiam quod restituatur sibi res vendita: & in terminis ita declarat ibi Paul. de Castr. *pen. col. in princ. n. 17.* Quarto facit text. *in l. 1. & in l. de pupillo §. nuntiationem & in l. prator ait & quasi per totum, ff. de operis novi nunt.* ubi habetur quod si post denuntiationem sibi factam quis ædificat, cogitur demoliri mediante interdicto *uti possidetis*: quia per hoc conservatur eius possessio: de quo vide in propria materia quam per me habes examinatum.

Ex quibus remanet iudicio meo iste passus & articulus bene & utiliter expeditus, & quod successor maioratus in casu huius legis poterit agere contra tertium, penes quem sunt res maioratus interdicto & remedio *uti possidetis*, concludendo in libello & petitione sua isto modo, quod ipse est verus & legitimus successor maioratus, & quod mediante nostra lege & eius dispositione fuit in eum translata utraque possessio, & quod iniuste prædictæ res detinentur ab aduersario, quod petit eum pronuntiare talem successorem, & possessorem, & quod aduersarius condemnetur ut eum non molestat, perturbet, vel inquietet in sua possessione, & in consequentiam actualiter restituat sibi prædictas res & earum detentationem: quia sine dicta restitutione non dicetur cessare à prædicta molestia, & quod condemnetur in fructibus & interesse molestationis præteritæ à tempore quo detinet prædictas res: & istud est proprium & iuridicum remedium quod debet intentari in casu huius legis & ita è peritioribus practicatur.

Et si quæras & dubites quod remedium est utilius, & in quo consistat utilitas & effectus cum utrumque remedium scilicet adipiscendæ & similiter retinendæ, possit competere successor maioratus, & per utrumque assequetur ipsas res maioratus & earum detentationem, ut supra dixi & probavi: dico quod istud remedium retinendæ *uti possidetis*, erit longè utilius: imò quandoque necessarium, quia remedium siue interdictum adipiscendæ scilicet *quorum bonorum*, & simile, ut remedium *leg. fin. Codice de edict. diu. Adrian. toll.* & petitio hereditatis non poterit competere contra tertium detinentem res maioratus cum titulo quia illa remedia non dantur contra titulo possidentem: textus est *in leg. 1. ff. quorum bonorum*, ibi, *quod ex his bonis pro herede aut pro possessore possides, &c.* & ibi notat Bartolus & ibi Franc. de Ripa. 2. *colum. num. 2.* & per illum

illum textum tenet etiam Bartolus in l. 1. Cod. quorum bonorum fin. colum. in finalibus verbis, ad idem est textus in l. 2. Codice eodem titul. per quem ita tenet ibi Angel. Salicet. & communiter Doctores & Baldus in rubr. Cod. eod. titul. textus in l. regulariter, ff. de petit. hared. textus in leg. pro hared. cum, §. fin. eodem titul. textus in l. 2. & in leg. hareditatis, Cod. de petit. hared. & utrobique communis opinio. Nec obstat si dicas quod titulus habitus in re maioratus esset nullus, cum sit res prohibita alienari, & petitio hareditatis, & per consequens prædicta remedia adipiscendæ benè dantur contra possidentem titulo, quando habetur pro non titulo, ut in lege nec ullam §. omnibus, ff. de petit. hared. quia responde, quod tempore tituli habitus non constabat esse res maioratus, tamen remedium siue interdictum uti possidetis, competit successoribus maioratus: etiam contra tertium detentatorem qui haberet & detineret rem cum titulo, quia istud remedium uti possidetis, datur contra quemlibet detinentem rem, etiam cum titulo, imò etiam contra verum dominum eius: unde si possessor turbatur à domino verbo vel facto, vel possessor habet tantum civilem possessionem dominus verò naturalem, clandestinam, vel vitiosam: vel possessor habet utramque possessionem, dominus verò solam detentionem, talis possessor potest agere hoc interdictum uti possidetis, etiam contra dominum ut non molestetur, & in consequentiam fiat sibi restitutio naturalis possessionis vel detentionis, & dominus non potest opponere exceptionem tituli vel dominij ista est Gloss. singularis & unica in leg. si de eo. §. fin. ff. de acquirend. possess. in gl. fin. quæ expressè vult quod interdictum uti possidetis, datur & competit contra dominum molestantem & inquietantem: & agenti interdictum, uti possidetis, non obstat exceptio dominij, etiam si in continenti probetur: & ad hoc notat & commendat ibi Bartolus 2. colum. n. 2. & dicit singularem & unicam Ioan. de Imol. ibi 1. colum. & ante eum ibi Rainer. in fin. tenet etiam & declarat ibi Cuman. 2. colum. Aretin. 2. colum. in med. sequitur etiam & reputat singularem Alexand. ibid. fin. colum. num. 4. & per illam Gloss. ita tenet Bartol. in lege naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirend. possess. 2. colum. in medio, & ibi Cuman. 2. colum. Vincent. 5. colum. num. 15. Ias. 11. colum. n. 49. Franc. de Ripa. 15. col. n. 98. tenet etiam Bart. in cons. suis cons. 81. num. 4. idem Bartolus in lege si de vi, ff. de iudic. in fin. & ibi Paul. fin. col. Bald. in l. ordinary, Cod. de rei vend. pen. col. & ibi Salicet. pen. colum. idem Salicet in l. si quis ad se fundum, Cod. ad l. Iulian. de vi. 3. col. Baldus in l. si quis conductionis, Cod. locati 2. colum. in fin. Abb. Panor. in c. in literis de restitut. spol. 2. colum. in fin. & ante eos tenet Iacobus Butricar. in l. incerti iuris, Cod. de interdictis: tertia columna, in medio: & ibi Salicetus octava colum. n. 21. tenet etiam & reputat singulare & quotidianum Angelus de Aretin. in §. quadrupli. Institut. de actio. fin. columna. Contrarium tamen expressè tenet Dinus in regula dolo facit de regulis iuris in 6. idem Dinus in regula, quia ad agendum, eodem titulo fin. colum. & quæst. vbi expressè dicit quod sicut agenti interdictum adipiscendæ, obstat exceptio dominij, quando in continenti probatur, ut in l. 2. cum materia, Cod. de edict. diui Andrian. tollen. ita similiter obstat agenti interdictum retinendæ uti possidetis, idem tenet Angel. de Perus. in leg. dolo facit, ff. de exceptione doli, idem Angelus in dicta lege si. de eo. §. fin. ff. de acquirend. possess. & ibi Paul. 2. colum. numer. 4. Richard de Salicet. in lege si de vi. ff. de iudic. Cinus in lege 2. Cod. de edict. diui Andrian. tollen. in fine pro qua sententia & conclusione aliqui peritissimi literati in hoc regno ponderant legem 27. titulo secundo, tertia

parte in versiculo, E si por aventura. Sed certè illa lex in illo versiculo tantum loquitur in remedio adipiscendæ, ut ex verbis eius & ratione colligitur & probatur ibi, dum dicit, El que la tuuiesse otro qualquier que la razonasse por suya, & sic apparet quod ista est valdè dubia opinio cum in ea tot, & tanti doctores inuicem sint contrarij: unde reperio quod per alios eligitur media via & datur talis concordia, scilicet, quod si ex isto remedio & interdicto uti possidetis, nulla est restitutio faciendæ, quia actor omninò possidet & detentat, sed tantum molestatur verbo vel facto à domino, tunc semper debet obtinere actor, nec obstat ei exceptio tituli vel dominij: & ita procedat prima opinio: si verò ex isto remedio & interdicto proposito esset aliqua restitutio faciendæ, quia actor possideat tantum civiliter, vel civiliter & naturaliter: sed apud dominum conuentum est naturalis possessio clandestina vel detentatio quam tenetur restituere in consequentiam, tunc benè obstat exceptio dominij & probato dominio incontinenti non tenetur dominus conuentus restituere: & sic hoc casu non habet locum contra eum interdictum uti possidetis, sicut non haberet locum interdictum adipiscendæ: & ita procedat secunda opinio contraria: & in specie istam doctrinam & concordiam tenet Anton. de Butric. cap. in literis de restitutione spol. 4. columna numero 22. quem refert & sequitur Alexandrinus in dicto §. nihil commune 11. columna, numero 35. & ibi Socius tertia columna. Sed his non obstantibus indistinctè ego teneo primam conclusionem Gloss. & Doct. imò quod in nullo casu agenti interdicto uti possidetis, obstat exceptio dominij vel tituli: imò quod restitutio realiter sit faciendæ per iura, fundamenta, & rationes suprà assignatas: & hanc primam opinionem & conclusionem Glossæ, & Doct. dicunt magis communem Franciscum de Aretin. in dicta lege si de eo. §. fin. 2. colum. ff. de acquirend. possess. & in expresso pro hac sententia & conclusione Gloss. & communi quam teneo facit textus in lege prima in fine Codice si per vim vel alio modo, quem ibi ad hoc, notat & ponderat Bartolus in fine num. 12. idem Bartol. Imola & alij Doctores in dicta lege si de eo. §. fin. Secundò ego considero vltra Doctores textum expressum in lege prima, §. huius autem interdict. ff. uti possidetis, vbi probatur quod istud interdictum datur possessori contra dominum vel alium habentem rem legitimo titulo. Tertio facit text. in l. ordinary, Cod. de rei vend. Quarto text. in leg. incerti iuris, Codice de interdict. Quintò textus in §. retinenda Inst. eodem titulo. Sextò textus in ratione sui, in dicto §. nihil commune. Pro qua communi sententia & conclusione vltra fundamenta superiora considero viam & subtilem rationem: nam semper & principaliter hoc interdictum uti possidetis, competit pro tuenda & conseruanda possessione contra molestantem, vel inquietantem, ut designata molestia: & licet aliquo casu de suprædictis veniat restituendæ detentatio vel naturalis possessio, tamen non est iudicium adipiscendæ nec recuperandæ, sed retinendæ: quia illud fit in consequentiam pro defendenda & conseruanda possessione civili vel vtraque: unde vtroque casu merito datur contra damnum, & non amittit suam primordiam naturam, istam tamen sententiam & conclusionem communem limita & intellige, quoniam agens interdicto, uti possidetis, probauit de sua possessione, aduersarius verò non: vel quando agens melius probauit: secus verò si probationes in possessorio essent omninò pares, quia tunc ille vincet qui melius probaret de dominio, ita Bart. in d. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. & ibi moderni: tenet

tenet etiam Aretin. & Cuman. in d. l. si de eod. §. fin. eod. tit. Secundò limita & intellige quando illa non est exceptio notoria & manifesta, secus verò si dominium esset notorium, vt quia reus conuentus habet sententiam definitiuam pro se, in qua est declaratus dominus in lite agitata contra actorem: quia tunc illa exceptio dominij obitat agenti interdicto *vti possidetis*: ita singulariter tenet & declarat Cuman. in d. l. naturaliter, §. nihil commune 2. col. in fine, & ibi Paul. de Cast. fin. col. n. 7. Alexand. 1. 1. colum. num. 34. Ripa 15. col. n. 9. Confirmatur etiam, quia idem est in interdicto recuperandæ, quia benè obstat exceptio dominij quando venit in continenti probanda per manifestam & notoriam probationem, argumento text. in capite ad decimas de restit. spoliat. lib. 6.

123

Item quæro, si talis successor maioratus potest intentare petitionem hæreditatis contra tertium detentatorem rerum: & breuiter teneo quòd sic: quia succedit in maioratu tanquam hæres & iure hæreditario, vt probat textus in cap. significauit de rescript. textus in cap. licet de voto & vtrouque Doctores & concludit notabiliter Oldrad. in consiliis suis, cons. 94. col. 2. in fine, & Andreas de Iser. in cap. primo de feudo Marchia 2. column. versiculo possent etiam reduci ad consonantiam, vsque in finem & Mart. de Laudem in suo tract. de primogenitura 3. col. 8. principali, & voluit eleganter Bald. in l. ex hoc iure 2. colum. numero 4. ff. de iustit. & iure, sed petitio hæreditatis datur hæredi vel successori vniuersali, vt in lege 1. 2. & 3. & per totum ff. de petit. her. ergo dabitur & competit huic successori maioratus. Aduertendum tamen est quòd hoc debet intelligi, quando est successor maioratus vniuersalis in totum, vel in quota hæreditatis: modò succedat mediatè: ita probat textus notabilis in l. 3. versiculo sed & si Titio, ff. de petit. hered. vbi subtiliter Bald. & Doctores text. in leg. licet nimiam eodem titulo, text. in leg. 1. §. 1. ff. si pars hered. petat. non tamen competeret successori maioratus in aliqua re vel rebus certis & determinatis: quia tali Gloss. non est successor vniuersalis in solidum nec in quota, argumento text. in l. si quis seruum, §. fin. cum lege sequenti, ff. de legat. 2. & in lege mulier, qua §. fin. ff. ad Trebell. & isto modo intelligo, quòd successori maioratus possit competere interdictum adipiscendæ quorum bonorum, de quo supra dixi: quia illud tantum datur hæredi & successori vniuersali non particulari, vt probat text. in l. 1. versicul. 1. ff. quorum bonorum, ibi dum dicit, & ad vniuersitatem bonorum, non ad singulas res pertinet, &c. Item quæro, an talis successor maioratus possit intentare fideicommissariam hæreditatis petitionem, de qua in l. 1. & per totum, ff. de fideicommiss. hered. petit. & breuiter dico quòd sic, sicut dixi in petitione hæreditatis. Vnum tamen est, quòd si defunctus cui succedit successor maioratus relinqueret hæredem ex testamento vel ab intestato ipsum successorem maioratus, & in sua hæreditate essent illa bona maioratus & subiecta restitutioni, licet constaret maioratus in re vel rebus certis, benè possit talis successor intentare petitione hæreditatis pro hæreditate in qua succedit, & iunctim petere omnia bona tam maioratus quàm hæreditatis, quia in tali petitione & remedio omnia venirent & intelliguntur comprehendi: ita probat Gloss. noua iuncto text. in l. item videndum §. fin. in gloss. final. ff. de petit. hered. vbi dicit quòd bona feudalia veniant in petitione hæreditatis quam ibi sequuntur & declarant Ang. de Perus. Alber. Paul. de Cast. & alij Doctores, & per eam ita tenet & notat Bald. in cap. 1. 2. columna, numero 5. de success. feud. in vsibus feud. Ioan. de Plat. in §. actionum, Instit. de action. penultim. co- Ant. Gomez ad Leg. Tauri,

lumna, numero 79. & numero 80. Nec obstat quòd petitio hæreditatis non datur nec competit hæredi vel successori post semel ademptam possessionem vè est Gloss. singularis in lege 1. ff. de fideicommiss. heredit. poss. & ibi Bartolus & Doctores & posui latè in materia petitionis hæreditatis, sed iste successor maioratus possidet per nostram legem, ergo ei non possit competere petitio hæreditatis: quia respondeo quòd non est effectus possessor naturaliter per actum proprium & verum apprehensionis, sed fictè, & artificialiter per legem, vt notabiliter dixi supra, dum tractauimus, an competat interdictum adipiscendæ possessionis.

124

Item circa istam legem vtiliter & necessariò quæro, an successor maioratus possit propria authoritate bona auferre à tertio detentatore, & per vim eum expellere: & videtur quòd sic. Primò quia licet possessor possit iudicem adire pro rebus ab alio occupatis consequendis, & eo casu nullam amitteret possessionem, tamen poterit ab eo propria authoritate auferre: Gloss. est notabilis in l. 1. §. interdictum autem in verbo vltro, ff. vti possidetis & ibi tenet Bartol. secunda columna, num. 3. vbi singulariter & magistratè dicit, quòd si possessio rei omninò vacabat, & quis eam occupauit, non potest dominus & primus possessor propria authoritate ab eo auferre: text. in lege sequitur, §. autem si occupaueris, ff. de vsucap. iuncta Gloss. & communi opinione: facit bonus text. in lege 1. §. cum qui, ff. de vi & vi armat. aut possessio rei omninò non vacabat, sed per occupationem eius qui ingressus fuit priuatur primus possessor vtraque possessione, quòd contingit in re mobili, vt in lege si rem mobilem, ff. de acquirenda possessione, & in lege 3. §. Nerna filius eodem titulo, & tunc primus possessor potest illam rem ab eo auferre in continenti, postea verò non argumento text. in lege, vt vim, ff. de iust. & iur. cum similibus: & in expresso facit bonus textus in lege si quis in seruitute in fine, ff. de furtis, si verò possessio rei omninò non vacabat, sed quis habebat vtramque possessionem, licet non sit in re, sed propè, vel saltem habebat ciuilem in absentia, quo casu per apprehensionem vel occupationem alterius non priuatur possessor sua possessione ciuili & naturali, vel ciuili tantum quòd contingit in re immobili, vt in lege clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquirenda possess. & notatur per Gloss. & Doct. in lege 1. eodem titulo, tunc poterit possessor ab illo ingresso propria authoritate rem auferre, ita procedit & ita debet intelligi Gloss. in dicta lege 1. §. interdictum autem, ff. vti possidetis, & ista est notabilis resolutio Bartoli ibi in hoc articulo: & cum hac doctrina & distinctione Bart. transit ibi Angel. de Perus. & in expresso tenet Paul. in dicta lege clam possidere, §. qui ad nundinas 2. columna post princip. & melius & singulariùs ibi Romanus 2. colum. licet dicat quòd tutius & sanctius esset quòd dirigeretur via iustitiæ propter rixas & scandala euitanda & istam doctrinam & distinctionem Bartol. tenet ibi Iason, in dicto §. qui ad nundinas 4. columna, & 4. not. & istam conclusionem tenet Imol. post Innocent. in capite olim el. 1. de rerum spol. 2. columna numero 10. istud etiam tenet & reputat singulare Angel. in §. quadrupli, Institut. de action. penult. columna, in medio, & istam doctrinam & distinctionem tenet & dicit communem Alexand. in lege quemadmodum, ff. de acquirenda possess. 2. columna, numero 3. Sed iste successor maioratus mediante ista lege possidet tam ciuilitèr quàm naturaliter, ergo possit propria authoritate expellere ingressum. Secundò pro ista sententia & conclusione facit ratio euidens, quia si ille qui ingressus est rem maioratus, vel aliam, non admittit possessio-

rem, eo ipso committit vim, *ut in l. clam possidere, §. qui ad nundinas in fine, eodem titulo, & sic possessor licite eam repellere & propulsare potest, ut in leg. ut vim, ff. de iust. & iur. textus in lege 1. §. eum qui versiculo vim vi, ff. de vi & vi armat. text. in l. 3. §. eum igitur, eodem titulo, text. in l. 1. C. unde vi, text. in l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad legem Aquil. text. in l. si plagis, §. 1. eodem titulo, facit etiam Gloss. Bartol. & communis opinio in l. cum fundum, ff. de de vi & vi armat. vbi si colonus vel inquilinus interuertit possessionem domino, & recusat rem restituere, potest propria auctoritate expelli: imò quòd magis est, licet possessor habeat possessionem quaesitam per clausulam constituti vel alium actum fictum: potest à detentatore propria auctoritate rem auferre si recuset eam restituere: Gloss. est notabilis in l. cum creditor, ff. de furtis, quam ibi ad hoc notat & commendat Angel. de Perus. & communiter Doctores ad hoc etiam eam notat Salicet. in l. creditores, Cod. de pignor. 4. colum. num. 12. & in l. possessionem, C. ad legem Iuliam, de vi. Tertio & notabiliter pro hac sententia & conclusione facit, quia si aliquid fiat in re mea à me possessa per quod mea possessio inquietatur, possum propria auctoritate auferre, licet non possim tollere illud quod supra rem meam pendet, si illam non tangit, textus est notabilis in l. quemadmodum, §. si protectum, versiculo aliud est dicendum, ff. ad l. Aquiliam, & tenet ibi Odofred. Bart. Alb. Bald. & Flor. & dicit ibi Bald. istud est maximum commodum possessionis, quia possessor habet ius resistendi propria auctoritate: & reputat esse mirabilem Flor. ut idem est textus in l. fin. §. si ad ianuam, ff. quod vi aut clam, & ibi tenet Bartol. & Alber. & ante eos Oldrad. quem refert Alber. ut latius dixi in materia operis non nun. Quarto pro ista sententia & conclusione, quòd successor maioratus possit propria auctoritate res auferre à quolibet detentatore, facit, quia quando quis est in nuda & simplici detentatione rei potest verus possessor eum propria auctoritate expellere, & suam possessionem intrare: quia in hoc non delinquit, sed suam possessionem defendit: textus est valde notabilis in iure in l. si seruus in fine, Codice quòd cum eodem, vbi si seruus sine voluntate & consensu domini concessit alicui facultatem habitandi domum domini sui, nullum ius quaeritur habitanti, sed potest dominus propria auctoritate ingredi & occupare domum suam liberè & impune: ex quo textu infert ibi Bartol. 2. lectura, quòd colonus vel inquilinus qui habet rem conductam ab aliquo tertio sine mandato domini potest per ipsum dominum expelli propria auctoritate: & sequuntur ceteri Doctores ibi: & ita per illum textum tenet Bartol. in lege 1. §. nuntiatio, ff. de noui oper. nunt. 2. columna, numero 7. & ibi notabiliter Alexand. 3. columna, numero 12. & ibi Iason. post princip. numero secundo, imò est ibi textus valde notabilis quòd si possessor qui expulit talem detentatorem propria auctoritate timentem ne expulsus redeat & eum inquietat, poterit super hoc implorare protectionem & officium iudicis, ut in possessione defendatur: & ad hoc illum textum in fine considerat & commendat Iacob de Arenis, Cinus, Bald. Angel. & Salicetus quòd est notabile pro extensione huius conclusionis in successore maioratus, facit etiam textus in l. si super possessione, Codice de transact. in versic. fin. cuius verba sunt, cuius rei gratia vir clarissimus praeses pronincia interpellatus vim fieri, & prohibebit, & ibi notat Bald. Paul. Salic. Alexand. & Iason. facit text. in l. sed inter te, ff. de seruit. urban. prad. & ibi Bart. & Doctores ordinarij bonus textus in l. fin. in princ. ff. quòd metus causa, & ibi notat Bart. Bald. Angel. & Doctores facit etiam text. in l. 1. &*

per totum, ff. ne vis fiat ei, facit etiam text. singularis in l. si pater, Cod. qui bon. de poss. vbi ille qui pro debito alterius, timet granari, potest officium iudicis implorare, ut iudex inhibeat ne fiat, quem ad hoc summè notat & dicit non alibi, Bald. ibi: ad hoc notat etiam & commendat Iason. in lege fin. super possessione, Codice de transact. secunda columna, num. 6. Sed his non obstantibus videtur quòd eo ipso quòd detentator qui praedictas res occupauit resistit & recusat restituere, possit successor maioratus eas propria auctoritate auferre: quia dicitur suam possessionem defendere: & non inuadere nec violentiam committere, per iura & fundamenta superiora: tamen si detentator non resistit nec vnquam ab eo aliquid petitum est, non possit successor maioratus praedictas res ab eo auferre propria auctoritate: quia non reperitur iure cautum quòd civilis possessor possit propria auctoritate expellere clandestinum possessorem vel detentatorem, nisi post denegatam & interuersam possessionem: ita in expresso tenet Dinus in d. lege 1. §. interdictum autem, ff. uti possideris, & ibi Rainerius, & Alber. in fin. tenet etiam Cinus in l. 1. C. unde vi, 2. colum. Aretin. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquirenda possessione, 4. colum. numero 11. tenet etiam Cinus in l. unica, Codice uti possid. 5. colum. numero 10. Secundo pro ista parte facit textus in lege si alius, §. bellissime, ff. quod vi aut clam. vbi disponitur quòd aedificium factum ab alio clam in fundo meo, non possum tollere & destruere propria auctoritate nisi ex magna causa: & supplet & declarat ibi Gloss. Bartol. & alij Doctores scil. quando non esset copia iudicis, vel quando esset periculum quòd ex mora vel dilatione res occupatae deteriorarentur, & dominus & possessor pateretur graue damnum in dilatione: & illum textum etiam ad hoc considerauit Aretinus in dicto §. qui ad nundinas, 4. columna, in fine, dicens quòd fortissimè vrget. Tertio facit, quia si ex pacto vel qualitate actus competit alicui ius apprehendendi rem propria auctoritate non potest eo uti sine cognitione iudiciali, & liquidato prius iure eius & per iudicem declarato: textus est notabilis in lege prima, Codice si mancipium ita veniat ne prostituatur, quem ad hoc notat & commendat ibi Bartol. Bald. Angel. de Perusio, sed in nostro casu, ad hoc ut in successorem maioratus transeat possessio requiritur duplex qualitas necessaria. Prima quòd sit verus & legitimus successor maioratus. Secunda, quòd bona ipsa sint comprehensa in maioratu, & in hoc se fundat nostra lex, ut aperte ex ea colligitur, ergo ante omnia oportet quòd ista liquidentur coram iudice, & antea non potest sibi competere ius & facultas apprehendendi propria auctoritate praedictas res & alteri fieri iniuria & violentia. Quarto confirmatur ista pars subtili consideratione, quia forte ille tertius detentator ex iusta causa recusat vel recusare posset restitutionem rerum: quia forte dicit vel praetendit se esse successorem verum maioratus: vel quòd praedictae res non sunt inclusae in maioratu: sed liberae & non subiectae restitutioni: vel quòd sunt suae propriae: vel fundat si in aliqua alia iusta ratione vel causa, nam tunc non videtur quòd possit expelli, argumento textus notabilis in lege prima, §. si quis ideo à possessione, ff. ne vis fiat, ei vbi dicitur quòd non incurrit quis poenam illius edicti, quando ex iusta causa prohibet alium intrare vel habere possessionem rei, licet in ea fuerit missus, vel mitti iussus iudicis mandato: cuius verba sunt: si quis ideo à possessione prohibuerit, quia suam putabat, vel sibi obnoxiam vel certè non esse debitoris consequens est ut hoc interdicto non teneatur. & ad hoc notat ibi Bartolus, Albericus, Angelus de

de Perus. Confirmatur insuper, quia si successor maioratus posset propria autoritate prædictas res ab alio auferre, sequeretur maximum inconueniens, quòd semper quis posset dicere se successorem maioratus, & hoc colore res alienas inuadere: imò quòd magis est per supra dicta videtur, quòd indistinctè talis successor maioratus, non possit propria autoritate prædictas res ab alio auferre, modò ille detentator recuset restituere, & sic videatur possessionem interuertere, modò non: quia prædicta fundamenta maximè vrgent, & concludunt in vtroque casu: imò si talis possessor sit expulsus debeat in continenti restitui, sicut quilibet possessor aliarum rerum, quia in dubio bona præsumuntur libera & non vincitata: vnde meritò interim debet restitui: & ille qui dicit & præten dit se successorem maioratus debet agere via ordinaria: sed licet ista quæstio ardua & periculosa videatur, tamen in ea speculatiuè cogitando resolutiuè mihi videtur, quòd licet titiùs & sanctiùs faciet talis successor maioratus vel quilibet alius, qui præten dit habere possessionem rerum, quarum detentatio est penes aliquem tertiam eas consequi via ordinaria iustitiæ, quam propria autoritate eas auferre & occupare: tamen in puncto iuris teneo pro firma & vera sententia, quòd possit propria autoritate prædictas res auferre & apprehendere, dum tamen sine offensa alicuius personæ faciat, modò ille tertius detentator recuset restituere, modò non: & hoc per fundamenta & iura pro prima parte adducta quæ sunt expressa, & est communis opinio. Nec obstat primum motiuum pro contraria parte adductum, in quo dixi quòd secundum aliquos Doctores non reperitur iure cautum, quòd ciuili s possessor possit expellere propria autoritate clandestinum possessorem vel detentatorem: quia imò benè reperitur iure cautum per superiora prima fundamenta. Secundò non obstat textus in dicto §. *bellissime*, quia ille textus debet intelligi, quando dominus non possidebat rem vel locum, in quo ædificium factum erat, nam tunc licet in eius præiudicium sit factum, non potest propria autoritate tollere nisi ex magna vel necessaria causa quæ consideratur in exemplis glossæ Bartol. & Doctorum ibi: si verò dominus possidebat rem vel solum, benè potest propria autoritate tollere: & ita procedunt prima iura, & per consequens nostra conclusio: ita in specie Alber. in dicto §. *bellissime*, & ibi Angel. de Perus. post antiquos & tenet Iason in dicta lege *clàm possidere*, §. *qui ad nundinas*, ff. de acquirenda possessione, §. *columna numero 24*. Tertio non obstat textus in dicta lege 1. *Cod. si mancip. ita vener. ne prostituat*. quia respondeo, quòd ibi ille qui volebat rem propria autoritate auferre ex pacto, non erat effectus possessor: vnde non potest propria autoritate sine iudice apprehendere, sed quando esset possessor, licet solum ciuili s, benè posset: ita solus Bald. *ibi in fine*, sed in nostro casu iste successor maioratus est possessor rerum ciuili s & naturalis, ergo possit. Quarto non obstat illa mea subtilis consideratio in quarto fundamento adducta quia notabiliter respondeo quòd ex euentu & successu probationis, apparebit an iuste vel iniuste fecerit: nam si eo casu quo detentator expulsus conqueritur de sua expulsionem & iniuria, successor maioratus qui rem occupauit & ab eo abstulit, probauerit se verum & legitimum successorem maioratus, tunc impunè potuit facere, & nullam pœnam incurrit: imò in prædictis rebus defendendus est: si verò non probauerit se successorem maioratus, & res fuisse inclusas in eo, tunc non potuit alium expellere vel ab eo prædictas res propria autoritate auferre: & secundum qualitatem expulsionis & apprehensionis tene-

Ant. Gomez ad leg. Tauri.

bitur interdicto *vnde vi*, vel remedio legis, si quis intantam, vel alio iuris remedio, quod tali casu competat. De ista quæstione vide Molinam libro 3. capite 12. numero 12. Gregor. in lege 7. titulo 4. p. 5. verbo *possession*. Matiençum in lege 8. titulo 7. libro 5. gloss. 6. numero 2. Tiraquell. in tractatu de morte, 4. par. declar. 3. numero 17. Ægidium Bossium qui in decreto Mediolanensi loquitur in tit. de princ. & eius priuileg. numero 297. Anton. Gabr. libro 5. commun. opinionum, conclusione, 9. numero vigesimo secundo.

Præterea iuxta prædicta, vtiliter & necessario, ¹²⁵ quæro si duo vel plures dicunt & contendunt se successores maioratus in solidum, & sic sibi inuicem contradicunt: & inter eos est maxima contentio, adeo quod speratur rixa, & discordia, & ad arma venire, quia vterque præparat se & suos pro adipiscenda actuali possessione & detentatione rerum, quæ erunt partes iudicis in isto casu, an poterit ex officio vel ad partis petitionem eos inhibere sub aliqua pœna, ne ad fundos & res maioratus accedant: & eas ponere in secreto apud aliquem tertium, donec per iudicem determinetur cui competat possessio sine præiudicio iuris vniuscuiusque: & certè dico, quod sic, argumento textus qui est moralis & notandus in lege *aquissimum*, in princip. ff. de usufruct. vbi si inter duos fructuarios est quæstio super usufructu & qualiter eo vti debeant, iudex potest & debet se intromittere ne veniant ad arma: cuius verba sunt, *cur enim, inquit Iulianus, ad arma & rixam procedere patiatur prætor quos potest iurisdictione sua compescere? ergo idem sit in quibuscunque aliis attendentibus super aliqua possessione*: & ad hoc illum textum notat & commendat ibi Bartol. in §. *suprà proximo*, & ibi Alber. qui ponit istam practicam in dicto §. 2. *columna, versiculo & ex hoc*, & Bald. ibi in dicta lege *aquissimum*, in princ. & ibi Angelus de Perus. in dicto §. *suprà proximo*, & ante omnes ad hoc notat & commendat Odofred. ibi in principio legis: & per illum textum tenet etiam Specul. in titul. de sequestran. poss. & fruct. versicul. 1. Innocent. in cap. in presentia, de probat. 1. *columna numero 2*. licet corruptè alleget illum text. & ibi Ioann. Andr. 2. *columna, in princ.* Hostiens. 2. *columna, in medio*. Cinius in lege vn. *Codice vti possid. fin. columna, in fine*. Iacobus Butr. ibi *fin. columna, in medio*. Alberic. penultima *columna, in fine, post ibi in verbo, prohibebit*. Alber. in lege penult. ff. vbi pupill. educ. deber. Bald. in lege final. *Codice de edict. diui Adriani toll. 2. col. post princ.* idem Bald. vbi hoc reputat notabile, in lege secunda *Cod. de summa Tril. & fin. capite numero 2*. Ancharranus in cap. cupientes, *paragrapho ceterum, 2. columna, de elect.* facit optimus text. in leg. *communi diuidendo paragapho cum de usufruct. ff. commun. diuid. text. in lege 1. §. apud Iulianum, ff. depositi, text. in lege final. ff. de tabul. exhiben. text. in lege congruit. in princ. ff. de offic. prat.* Vide Molinam idem docentem de primog. lib. 3. cap. 13. numero 71. Matiençum in lege 9. titul. 7. lib. 5. gloss. 1. num. 2. Couarr. in practicis cap. 17. num. 5. & in simili casu vide Parisium consil. 41. *columna, versic. nec audiendi, n. 16. lib. 1. conf.* Tiraquellus in tract. de morte 6. p. declar. 9. pag. 276. Mieres in tract. maioratum 3. p. 9. 7. per totam facit etiam bona ratio, quia si ex causa permilla esset sequestratio personæ, vt est text. notabilis in l. 3. §. *Iulianus, versic. si verò utraque persona, ff. de liberis exhiben. text. in cap. cum locum de sponsat. text. in cap. ex transmissa de restit. spon.* ita etiam erit permilla sequestratio rerum. Vnū tamen est quod ista conclusio & doctrina debet intelligi quod non constaret quis eorum possideret, vel quando sumus certi quod neuter eorum possidet, &

uterque præparat se ad arma: secus tamen est quando constaret quod vnus eorum possidet vel esset in actuali detentatione, ex qua præsumatur possessio quia tunc licet alter se præparet ad arma & speretur rixa, non debet fieri sequestratio possessionis, sed possessor defendendus est per iudicem: ita singulariter Bald. in l. quidam estimauerunt, ff. si cert. pet. 2. column. post medium versiculo 2. casu. argumento textus qui notabiliter facit in lege final. ff. de offic. procur. Caesar. idem Baldus in lege ordinarij, Cod. de de rei vend. 4. colum. versicul. sed hic quero. idem Baldus in cap. 2. de vita & honest. cle. 2. colum. numero 8. idem Baldus in cap. 1. de sequest. posses. & fruct. 3. colum. in medio numero 9. & ad hoc tenet & reputat esse notabilem & quotidianum Iason. in dicta l. quidam estimauerunt, ff. si cert. petat. 3. column. post princip. & ante eos reperio quod ita in expresso tenet Albert. in dicta lege aqvisissimum quam legit. in §. antecedenti 2. columna & ex hoc sæpe per rationem quia alias frustra esset per dictum interdictum *vti possidetis*: & aperte hoc voluit Innocent. in capit. in presentia de probat. prima columna numero 2.

126 Præterea circa nostram legem & totam materiam possessionis vtiliter & necessariò quero, si duo vel plures asserunt se successores maioratus in solidum, & habere possessionem ciuilem & naturalem virtute huius legis, modò prædictæ res maioratus sint in sequestro penes tertium, iudicis mandato propter timorem rixæ, vt in quæstione supra proxima, modò non sint in sequestro: quia detinentur ab aliquo eorum, vel ab aliquo tertio, modò res sint vacantes respectu detentationis, & vterque præten dit se habere possessionem, & vterque intentat coram iudice remedium possessorium, & sic interdictum, *vti possidetis*, in quo dicit se possessorem, & petit in ea defendi, & in consequentiam petit detentationem earundem rerum, & fortè habet iudicium possessorium, moram, & longam dilationem habebit, an interim lite super possessorio pendente possit iudex ex officio vel ad partis petitionem sine præiudicio inris ipsarum partium summarie, breuiter, & simpliciter recipere probationem super prædicta possessione, vt ille qui melius probet statim declaretur & mittatur in actuale possessionem & detentationem rerum, & in ea defendatur donec definitiòe lis super remedio possessorio plenarie decidatur: & ista eadem quæstio habet locum in quibuscunque rebus, licet non sint maioratus, quando in eis plures dicunt se habere possessionem, & quilibet intentat interdictum *vti possidetis*. Et certè iste articulus est valde singularis & vtilis in isto regno: & quotidie videmus, quod versatur in practica: nam videmus quòd partes periti iudicis in tali casu iubent, quòd partes producant coram eo certum numerum testium super prædicta possessione, & visis testibus declarat possessorem illum qui melius probauit & eum in actuali possessione defendit, vt colligat & percipiat fructus, & pacifice vtatur re & consequatur omnes alios effectus possessionis, interim lite durante super plenario iudicio possessorio *vti possidetis*, & sine præiudicio eius: & sic ad remedium interim dictum denenitur, de quo videas Conar. pract. quæst. cap. 17. & Matiençum in stylo cancellarie tit. 3. cap. 1. §. 27. gloss. 4. vbi vndecim differentias inter hoc remedium & *vti possidetis*, tradit: hoc autem remedium quod pro tenuta, seu actuali possessione rerum maioratus consequenda ad nostræ legis 45. executionem conceditur in prima instantia, apud iudices supremi consilij infra quinquaginta dies terminari debebat, in gradu vero supplicationis intra 40. & eo iudicio finito causa ad regios conuentus remitteba-

tur, quoad possessionem & proprietatem deducenda, hodie autem hoc iudicium interim non est omnino sine remedio ex lege 45. competente: cum in eo non solum, de tenuta, sed de vera possessione agatur, & sola proprietatis causa ad regios conuentus remittitur, ex lege 10. titulo 7. libro quinto recop. quam vltra Matiençum ibi, late explicat Molina libro 3. de primog. cap. 13. per totum. & licet ita ab aliquibus peritis iudicibus practicetur tamen non reperio ita in specie nec clarè hunc articulum in iure decisum. Sed teneo quod ista practica & conclusio sit optima & vera, quam de iure intendo fundare sic. Primò per textum singularem in iure in l. libertis §. si quis ex seruitute, ff. de libera causa. vbi disponitur, quod quando lis vel quæstio vertitur inter dominum & seruum, quia seruus proclamat in libertatem, dominus verò dicit eum seruum, & dubitatur quis eorum debeat probare intentionem suam in proprietate, iudex summarie & sine libello potest, & debet cognoscere quis eorum fuerit in possessione, quia si seruus fuerit in quasi possessione libertatis, dominus debet agere & probare seruitutem eius: si verò dominus fuerit in possessione seruitutis, seruus ipse debet agere & probare se liberum: & illum textum, in suo proprio casu notat & commendat ibi Bartolus, Albertus, & Rainerius & illa decisio textus habet locum in qualibet alia causa: nam si duo vel plures asserunt se dominos alicuius rei, & vterque dicat se possidere, & nolit assumere onus probandi, iudex cognoscit summarim de possessione, & possessorem defendet in sua possessione, & iubebit alterum agere & probare de proprietate, prout est de mente omnium Doctorum ibi: & si dicas, quòd illa decisio sic intellecta nullam vtilitatem vel nouitatem adducit, cum de hoc sint plura iura idem dicentia, vt est casus expressus in l. ordinari, Codice de rei venditione, textus in lege incerti iuris, Codice de interdict. textus in lege tertia, Codice finium regund. textus in leg. exitu, ff. de acquirenda possessione. textus in leg. inter litigantes, ff. de iudic. textus in §. retinenda. Institut. de interdict. Respondeo, quod textus in dicta lege libertatis, §. si quis ex seruitute, ff. de lib. caus. hoc singulare adducit de nouo, quod quando quis simpliciter conqueritur iudici de sua possessione turbata, & petit simpliciter & summarie in ea defendi, aduersarius petit idem: vel quando iudex ex officio visa discordia vult cognoscere quis sit in actuali possessione: quia nullus eorum vult esse actor, tunc iudex in vtroque casu potest breuiter, & summarie, & sine libello de possessione cognoscere, & interim possessorem tueri & defendere in possessione, & prohibere alterum, ne ad rem vel fundum accedat: & attende benè quod hoc casu nullum præiudicium fit alteri parti in proprietate nec in possessione, cum non sit diffinitiuia sententia in aliquo lata: vnde altera pars, vel qualibet earum poterit plenarie & iuridicè agere vel petitorio proprietatis vel possessorio remedio *vti possidetis*, libellum offerendo & iudicio plenario procedendo, & sententia definitiuia ferri quæ plenum præiudicium afferat in prædicta possessione: ita debet intelligi textus, in dicto §. si quis ex seruitute. alia verò iura superius allegata loquuntur & procedunt quando vterque vel aliquis eorum agit iudicio plenario possessorio, *vti possidetis*, & interim durante lite nulla est controuersia inter partes: & ista practica & doctrina potest habere locum, & verificari, modò lis sit orta super remedio possessorio plenario *vti possidetis*, modò adhuc non sit orta: quia quolibet casu poterit iudex ad petitionem partis vel ex officio cognoscere breuiter & summarie de possessione, & illū in ea defendere interim, hoc est durante lite mota vel

vel motiunda : & ista est intentio practicae huius regni sic fundata ex dicto §. *si quis seruitute*. & licet certè ille textus hoc non probet nec eius intentio fuit eam particularem disponere, sed tantum concordare cum aliis iuribus supra allegatis : tamen in expresso per illum textum ita reperio quod tenet Speculat. magister practicae in titulo de libellorum conceptione §. *nunc dicendum est*. 4. column. versiculo 22. & ibi notabiliter Ioann. Andre. in addit. idem tenet Specul. in titulo de petitorio & possessorio §. 1. final. column. versicul. in summa. & videtur esse de mente Innocent. in cap. presentia. de probat. 1. column. in medio, numero 2. & eiusdem Innocent. in cap. cum venissent. de instir. 1. column. numero 1. versicul. vel dic quod ambae partes. idem etiam reperio quod tenet Baldus qui singulariter loquitur, licet non alleget Specul. in l. ordinary, Cod. de rei vend. 4. column. versicul. sed hic quero, duo asserunt, &c. & reputat esse multum notabile, idem tenet ibi Paul. de Castr. 1. column. numero 2. dicens quod istum casum pluries habuit de facto, & ista est intentio Bald. quem omnino vide in leg. fin. Cod. de edict. diui Adrian. toll. 2. column. numero 4. versicul. & est notandum, tenet etiam Bald. in leg. quisquis. C. quorum appellat. non recip. & magis in expresso quam alius reperio, quod istam doctrinam & practicam ponit Franc. de Aret. in c. in presentia. de probat. 5. col. in fin. num. 34. vbi dicit quod si iudex cognouit de possessione incidenter & simpliciter quoad effectum, vt pars quae possidet vtatur & fruatur possessione, & altera pars non accedat ad fundum, nec eam molestat, tunc ista declaratio & praecipuum iudicis non facit plenum praerudicium in possessione, quia fuit iudicium summarium intentatum ad alium finem, argumento text. in leg. penult. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. vbi sententia lata in causa summaria alimentorum non praerudicat in causa filiationis : & argumento text. in capit. veniens el. 2. de testibus. vbi probationes factae in iudicio summario non plene praerudicant in plenario : si verò iudex cognouit principaliter de possessione ad hunc finem, vt determinaret quis possideret remedio proprio possessorio, tunc sententia eius erit definitiua, & plenum faciet praerudicium, argumento textus in dicta leg. ordinary cum similibus, licet ipse eas non alleget : & argumento textus quem ipse reputat singularem in capit. 1. §. si res de pace tenenda, in vsibus feud. & isto casu dicit ipse quod potest intelligi text. in dicto. §. si quis ex seruitute. & istam conclusionem etiam tenet Paris. de Puteo in tract. syndica. in parte index fol. 176. praeterea pro hac sententia considero text. singularem in leg. penult. ff. de aqua quotid. & aestiua. vbi dicitur quod quando lis vertitur super seruitute, ille qui est in quasi possessione eius, debet defendi & sibi cauere de non impediendo durante lite donec finiatur : & ad hoc notat Glossa ibi Bartol. Alber. Rainer. Angel. & communiter doctores & per illum textum ita tenet Glos. notabiliter in l. 1. §. hoc interdicto, in gloss. 1. magna. in medio. versicul. tamen dic. ff. de itinere actusque pri. & ibi Bartol. 2. column. n. 2. Angel. ibi 2. column. num. 2. Paul. in l. sicuti §. sed si queratur, ff. si seruitus vend. 2. column. in fine numero 9. Cœpola in tract. seruit. in cap. de seruit. itineris 11. column. num. 35. Item etiam pro ista parte facit text. in c. 1. & 2. vt lite pen. text. in c. cum ecclesia sutrina. vers. clericos de caus. & pro. text. in c. cum persona §. quod si tales de prinil. lib. 6. vbi expresse probatur quod quando quis est in possessione rei, iurisdictionis, census vel alterius iuris, debet in ea defendi & nullo modo inquietari durante lite super proprietate : & ibi tenent & notant Doctores & per illa iura istam doctrinam ponit Innocent. & communiter doctores in c. peruenit in princip. de Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

centibus, ergo eadem ratione idem dicamus in nostro casu, quando vterque ageret remedio possessorio, quod durante lite defendatur in ea ille qui interim melius probauerit. Item & quarto pro ista sententia & practica facit textus singularis in capite cum venisset, de institutionibus, secundum secundam lectionem. Innocent. quam ibi ponit in prima column. in medio. secundum quam ibi probatur quod licet sit actum tantum petitorio, nihilominus si in processu negotij constat iudici reum esse in possessione, potest iudex ex officio suo pronuntiare illum in ea esse tuendum vsque ad finem causae, ex eo quia omnia quae emergunt & accidunt post litem contestatam, pertinent ad officium iudicis & ad hoc illum textum summe notat & commendat ibi Abbas penultim. column. versiculo secundae lectionis. Huius autem praxis autor fuit Iacobus Butri. in l. incerti. Cod. de interdictis quem sequuntur Baldus in leg. ordinary. numero 9. Cod. de rei vendicat. & in leg. fin. numero 10. Codice de edict. diui Adrian. toll. Castrensi consilio 3. libro secundo & plures alij relati à Couarr. pract. quest. capite 17. à numero 1. Menochio de recap. possess. in preludiis numero 24. & sequentibus. Et de retinenda rem. ult. ex numero 1. Sarmien. lib. 2. selectarum cap. 13. numero 9. & hoc iudicium alij preparatorium iudicij possessorii principalis, alij summarissimum possessorium appellant Galli recedentiam, vel casum nouitatis. Hispani interim, o entretanto, vt ex variis obseruant Menochius d. rem. ult. retinenda ex num. 3. Couarr. vbi supra, veteres autem hoc iudicium vindiciarum appellant, vt ex Cicerone, Asconio Pediano obseruant Budeus in leg. 2. de origine iuris. Alexan. ab Alexand. libro 6. genialium dierum c. 10. Alciatus libro primo Parergon. cap. 9. & libro 6. c. 24. Othomanus in §. appellamus inst. de interdictis. Rebardus ad leges prima tabularum cap. 12. & plures quos refert & sequitur Menochius de recuper. in preludiis n. 31. & de retinenda remed. 3. num. octauo, & remed. ult. n. decimo, ex quibus venit intelligendus text. in l. 2. §. cum placuisset, ibi, vindicias filia sua, à se abdicasse, ff. de origine iuris. Et hæc hæctenus de numeris nouem his infertis : nunc ad 193. ac 194. ob id in terminos, rectè reuertimur.

Item quero qualiter probetur possessio : in quo articulo magistraliter & resolutiue dico, quod potest probari sequentibus modis. Primò modo quando probatur per testes vel instrumenta actus verus & naturalis, puta ingressus in rebus immobilibus, vel apprehensio in rebus mobilibus, vt supra plene & magistraliter in quolibet actu visum est. Secundo modo quando probatur aliquis actus fictus translatus possessionis, de quibus plene & magistraliter dictum est, vel probatur aliqua qualitas rei ex qua resultet acquisitio & translatio possessionis sine aliquo actu vero vel ficto, vt in nostro casu & lege scilicet in rebus maioratus. Tertio modo quando non probatur aliquis actus primordialis possessionis verus vel fictus, sed probatur quod quis habet & tenet aliquam rem : quia ex illa probatione facti & nudae detentationis resultat vera & liquida probatio iuridicæ possessionis, modò testes per quos sit talis probatio sint rustici, modò periti : & modò sciant & cognoscant quod sit possessio, modò non. Ex quo deducitur & infertur quod bene sufficit testes deponere de aliquo nudo actu facti, quem percipiunt sensu corporeo si ex eo resultat ius de quo queritur : & in expresso istam sententiam & conclusionem probat textus in leg. 1. ff. de acquir. possess. textus in §. adipiscemur eiusdem l. textus leg. 3. eodem titul. textus in §. ex contrario, eiusdem legis. vbi ex sola detentatione facti arguit & infert consultus ad veram & iuridicam possessionem.

text. in l. 3. *vers. dare, ff. de usufruct.* Confirmatur, quia probato aliquo actu, semper censetur probatum illud quod ex tali actu ex iuris dispositione resultat text. est in l. illud, ff. de acquirend. rer. textus in l. ad legatum, & in l. ad rem mobilem, ff. de procur. Confirmatur etiam ex definitione possessionis quam supra suo loco deduxi: & in terminis istam conclusionem tenet Glos. finalis & ordinaria in l. stipulatio ista, habere licere, §. hac quoque in verbo, stipuletur, ff. de verbor. oblig. licet non ita fundet nec declarat: & ibi Bartol. Bald. Angel. Imol. Roman. Paul. Alexand. & Ias. & ultra omnes illam Glos. dicit ibi vnicam Rainer. qui notabiliter eam declarat, illam etiam Glos. ad hoc notat & commendat Bartol. in l. 1. ff. si cert. pet. 3. col. num. 14. & ibi notat Bald. & communiter Doctores, idem Bartol. in tract. de testam. 2. colum. *vers. testis dicit aliquem possedisse.* Bald. in l. 1. C. de seruis fugit. pen. col. n. 23. idem Bald. in l. data opera, 7. col. n. 32. C. qui accus. non poss. idem Bald. in c. 1. §. possessiones, 1. col. n. 4. de pace constantia, in *vers. feud.* Imola Doctor. in l. qui vias, §. 1. ff. de damno infecto, & Innocent. in cap. cum olim, el. 2. col. 2. in fine, extra de privilegiis. Anton. in cap. cum ad sedem, de rest. spol. pen. col. num. 29. & ibi notabiliter Abb. 7. col. n. 21. & in tantum hoc est verum, vt ex illa probatione facti resultat probatio possessionis naturalis & etiam ciuili: quia annexè & consecutiue iuris dispositione, ei accedit: & in expressio ita tenet & declarat Bald. in cap. cum causam, 3. col. n. 13. extra, de testibus, quod limita nisi ex qualitate personæ, vel ex natura subiectæ materiæ in qua testes deponunt debeat præsumi contrarium, vt si testes deponunt seruum, infantem, colonum, inquilinum, commodatarium, & depositarium habere & tenere aliquam rem: quia ex tali probatione non resultaret probatio possessionis, sed nudæ detentationis: & idem est si constaret vtramque possessionem vel aliquam earum esse ab alio occupatam: quia probatio detentationis non inferret probationem possessionis, argumento text. in l. clam possidere, §. qui ad nund. supra eo, cum materia, vel si testes deponant de aliquo actu apprehensiuo possessionis iunctim cum aliquo titulo vel contractu, ex quo non causatur nisi sola possessio naturalis, vt in fructuario vel simili persona: vel sola ciuili, vt in proprietario vel simili: & in specie ista notabiliter tenet & declarat Anton. de Butr. in dicto capitulo, cum ad sedem de restit. spol. penul. col. n. 29. Bald. in l. 1. C. commun. de usucap. 1. col. Alex. in d. l. stipulatio ista habere licere, §. hac quoque 1. colum. Nunc verò singulariter extende istam communem opinionem, vt procedat etiam si testes deponant de diuerso actu possessionis, vt quia vnus deponit quod vidit Titium habere & tenere fundum, alius quod vidit arare, vel seminare, vel fructus percipere, vel alium diuersum actum possessionis exercere: nam isti tales testes probant: nec obstat si dicas quod sunt singulares & non contestes: quia respondeo, quod possessio est quoddam genus continens in se plures & diuersos actus, vnde licet isti testes sint singulares in illis actibus super quibus deponunt, tamen sunt contestes in probanda possessione in genere sumpta quæ ex istis actibus differentibus resultat: probat Glos. valde notabilis & singularis in l. actor, C. de probat. in gl. 3. vbi ponit regulam & doctrinam, quod genus in se potest probari per differentes species vel actus diuersos & particulares: & ad hoc notat & commendat ibi Bald. 2. colum. num. 4. Salic. qui notabiliter loquitur. 1. col. n. 5. idem Salic. in l. restium, C. de restit. 8. questione. & ibi Angel. 2. colum. n. 9. Bald. in l. de quibus. Ang. notabiliter per textum ibi, in l. 2. §. diem, ff. quem adm. testam. aper. 1. col. n. 2. Ioan. de Imol. notabiliter in l. inter pares, ff.

de ind. fin. col. in fine, istam etiam comprobat Glos. ordinaria in l. ob carmen, §. fin. in glos. fin. ff. de testibus, vbi dicit quod si quis intendat probare se possedisse, & vnus testis dicat, quod vidit eum possidere, & actus possessionis exercere tali tempore, & alius testis dicat, quod vidit eum possidere & actus possessionis exercere alio diuerso tempore, censetur bene probata possessio: & illam Glos. ad hoc reputat ibi mirabilem Bartol. in fine, tenet etiam & commendat Bald. ibi tenet etiam & dicit perpetuò notandum Iacob. de Sanct. Georgi *tertia columna, numero 16.*

Quarto modo quando probatur quem arare, vel seminare fundum de cuius possessione quæritur, vel in eo ædificare, vel aliquem alium vsum exercere: quia eo ipso censetur probata possessio: ita probat textus notabilis in l. vim facit, ff. de vi & vi armat. & ibi communiter Doctores text. in l. 3. §. item videamus, *vers. sic. etenim, ff. vti possideris,* notat etiam Glos. ordinaria & ibi communiter Doctores in lege 3. C. fin. regund. Bartol. in l. de arate, 6. colum. n. 11. f. de minor. Angel. de Aretin. vbi valde commendat in §. sic itaque Institut. de action. quinta columna, numero 7.

Quinto modo quando probatur, quod quis percipiebat fructus ex re, text. in l. Titia, in princ. ff. de solut. & ibi notat Bartol. Angel. Paul. & communiter Doctores textus in lege Pomponius, ff. quibus modis usufruct. amit. & ibi Bald. & Doctores: confirmatur, quia si possessio causat acquisitionem fructuum, vt notatur per Glos. & omnes Scribentes in l. 3. §. ex contrario, supra isto titulo: ergo probato effectu censetur probata ipsa possessio: & in terminis nostris isto argumento vtitur Bald. in l. iudicia, C. de rei vendic. 2. colum. n. 6. Paul. de Castr. in lege 2. C. de acquir. possession. n. 3. Sexto modo quando probatur, quod quis recipiebat mercedem vel pensionem rei ab aliquo tanquam colono vel inquilino: quia eo ipso censetur probata possessio: ita probat textus notabilis in lege qui vniuersas, §. quod per colonum, ff. de acquir. posses. & ibi notat Bartol. Alber. Paul. Imol. & communiter Doctor text. in cap. cum venisset, de restit. spoliat. ibi perceperunt annuam pensionem, & ad hoc notat ibi Glos. ordinaria 2. author. Abb. Cardin. Anchar. & communiter Doctores de quo articulo vide latius quæ dixi supra ista lege, in §. actu fict. possessionis. Ex quibus sume practicam in formando articulos in probatione possessionis: nam debet articulare quod quis habet, tenet, & possidet talem fundum vel rem, eum arando, seminando, fructus colligendo, mercedes percipiendo, vel alia denique faciendo: & re illa vtendo tanquam dominus possessor: & istam practicam & doctrinam ponit Angelus, Paulus de Castro, & communiter Doctores in lege Titia, ff. de solut.

Postremò etiam & finaliter pro complemento 194 materiæ quæro, an in causa & iudicio possessionis admittatur appellatio: & in hoc articulo breuiter & resolutiue teneo, quod modò actum sit iudicio & remedio possessorio adipiscendæ modò retinendæ, modò recuperandæ, victus per sententiam non potest appellare: textus est expressus in generalitate sua, in l. vnic. C. si de moment. posses. fuer. appellatio, cuius verba sunt, cum de possessione & eius momento causa dicatur. Et si appellatio interposita fuerit, tamen lata sententia forsiatur effectum: & ad hoc notat Glossa ordinaria Azor. notat summariū Bart. Bald. Salic. illius tituli & communiter Doctores: probat etiam text. in lege quisquis, C. quor. appellat. non recip. text. in l. momentaria, Cod. vnde vi, & istam conclusionem tenet magistraliter Bartol. in l. 2. 2. col. ff. de appellat. recup. Angel. in l. creditor, §. iustus, ff. de appellat. & ibi notat

notat Imol. *fin. colum.* Cinus & communiter Doctores in l. 1. C. de bonor. posses. secundum tabul. Speculat. in tit. de appellat. §. in quibus, 3. col. vers. 6. non appellantur, cuius ratio est, quia talis sententia parit modicum præiudicium, cum de facili potest reparari in iudicio proprietatis: & ex ista ratione causa possessionis vocatur momentanea: ita Glos. ordinaria in d. l. unica in glos. 2. in fin. Bart. Cinus, Iacob. Butr. Alb. & communiter Doctores Bald. in l. 2. ff. de appell. recup. 2. col. Bald. in c. 1. de caupo. & propr. 1. col. post princ. Quod tamen notabiliter limita & intellige sequentibus modis. Primò quando tale iudiciũ est mere possessoriũ si iudiciũ possessorium contineat admixtã causã proprietatis, vt quia agatur condictione ex l. si quis, in tantam, C. unde vi, quia tunc bene habet locum appellatio: ita tenet Glos. in d. l. unica, in gl. 2. & ibi Bart. Cin. Butr. Alber. & communiter Doctores. Secundò limita & intellige præterquam in tali iudicio possessorio quis est victus vel condemnatus in interesse vel fructibus: quia ab ista condemnatione poterit appellare, quia istud grauen non est reparabile in iudicio proprietatis, argumento prædictorum iurium in ratione & argumento regulæ text. in leg. & in maioribus, C. de appellat. & in expresso ita determinat Bald. in d. l. vn. pen. col. n. 9. & ibi Salic. *fin. col.* & q. Tertio limita & intellige præterquam si ante sententiam quis sentiat grauen quod in definitiua non possit reparari, vt si iudex nolit recipere testes, vel nolit concedere terminum probationis, vel recipiat testes inhabiles: quia tunc poterit appellare: ita originaliter Guillel. in lege si ex causa, §. nunc videndum, ff. de minor. tenet etiam reputabile Bald. in l. post sententiam, C. de sent. & interlocut. omn. iudic. 2. colum. n. 8. Angel. in l. creditor, §. in usus, ff. de appell. in princ. & ibi notat Imol. *fin. col.* Quarto limita & intellige, quando sententia valet, & tenet, secus autem si sit nulla, quia tunc bene poterit victus agere de nullitate: ita probat text. in clem. 1. de re iudic. & tenet Bald. in d. l. unica, per. colum. n. 12. Salic. 5. col. n. 11. idem Bald. in l. vn. C. ne liceat in vna ead. causa ter. propr. 2. col. in 2. not. Ias. in l. 1. ff. de iust. & iur. 4. col. n. 6. idem Iason. in l. 1. C. de bon. posses. secundum tab. *fin. col.* in medio. Philip. Dec. ibi, 2. colum. in fin. Quintò limita præterquam si iudex admiserit appellationem quia tunc valet, & tenet appellatio, & causa debet suum finem habere, ita notat Bald. in l. post sententiam, Cod. de sent. & interl. om. iud. 2. col. n. 7. quod dictum sequitur & reputat singulare Ias. in l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. 3. col. n. 11. idem Iason. leg. 1. Cod. de bon. posses. secundum tab. *fin. colum.* n. 5. Confirmatur ex his quæ posui in repetitione l. 1. de publ. iud. Sextò limita & intellige vt procedat de iure ciuili, secus tamen est de iure canonico: quia bene habet locum appellatio in iudicio mere possessorio ita probat text. in cap. significauerunt, de testib. & ibi notat Innoc. & communiter Doctores textus in capite cum ad sedem, de restitutione spoliatorum, & ibi notat & tenet Glos. magna in fine & ibi plenè & notabiliter Abb. pen. col. n. 3. post antiquos: vbi dicit hanc esse communem opinionem text. in c. ex quo eodem titulo, & ibi communiter Doctores text. in clem. 3. de sequest. pos. & fruct. & ibi Doctores concl. text. in clem. 1. de caupon. & prop. & ibi Scribentes, textus tenet etiam Glos. ordinaria in c. ei qui appellat. §. de possessione, 2. q. 6. & ibi Archid. & communiter Doctores Specul. in tit. de appellat. §. in quibus, 3. col. vers. 6. non appellatus, & ibi Ioan. Andr. Bald. in dict. leg. unica pen. col. in princ. & ibi Salic. pen. col. n. 6. qui dicit hanc esse communem opinionem. Hodie tamen de iure regio eligitur media via: quia omninò non prohibetur appellatio,

vt de iure ciuili: nec omninò & distinctè admittitur, vt de iure Canonico: sed disponitur, quòd si lata fuerint duæ sententiæ conformes, non habeat locum appellatio, alias verò sic: ita disponit l. 28. in l. de Madrid, & pragmatica 31. lib. pragmat. folio 40.

TEXTVS XLVI.

Todas las fortalezas que de aqui adelante se hizieren en las ciudades, villas y lugares, y heredamientos de mayorazgo, y todas las cercas delas dichas ciudales villas y lugares de mayorazgo assi las que de aqui adelante se hizieren de nueuo como lo que se reparare, o mejorarre en ellas, y assi mismo los edificios que de aqui adelante se hizieren en las casas de mayorazgo labrando, e reparando, o reedificando en ellas, sean assi de mayorazgo como lo son, o fueren, las ciudades villas o lugares y heredamientos, y casas donde se labraren. Y mandamos que en todo ello succeda el que fuere llamado al mayorazgo con los vinculos y condiciones en el mayorazgo contenidas sin que sea obligado a dar parte alguna de la estimacion, o valor de los dichos edificios a las mugeres del que los hizo, ni a sus hijos ni a sus herederos ni successores. Pero por esto no es nuestra intencion de dar licencia ni facultad para que sin nuestra licencia, o delos Reyes que de nos vinieren se puedan hazer, o reparar las dichas cercas, fortalezas: mas que sobre esto se guarden las leyes de nuestros reynos como en ellas se contiene. Id est: *Arces omnes qua deinceps adificabuntur in urbibus, oppidis, aut locis vel hereditatibus maioratus, ac moenia omnia prædictarum urbium, oppidorum, & locorum maioratus, tam ea qua de nouo adificabuntur in posterum, quàm quod in illis reficietur aut melius redetur, atque etiam adificia qua deinceps construentur in domibus maioratus reficiendo, instaurando aut reedificando in eis, sint etiam maioratus quemadmodum sunt aut erunt ipsa vrbes, oppida, loci & hereditates ac domus in quibus sunt fabricata. Et præcipimus vt in omne illud succedat qui ad maioratum fuerit vocatus eum vinculis & conditionibus in maioratu contentis, nec sit obligatus ad soluendum aliquam partem estimationis aut valoris prædictorum adificiorum vxoribus illius qui ea adificauerit, aut liberis suis aut heredibus aut successoribus. Verum ob id non est mens nostra permittere licentiam aut facultatem, vt absque nostra licentia, aut regum à nobis descendentium possint adificari aut refici prædicta moenia, arces, sed vt super hoc seruentur leges nostrorum regnorum iuxta earum præscriptum.*

S V M M A R I V M.

- 1 An successor maioratus teneatur soluere expensas factas in re maioratus?
- 2 An bone fidei possessor recuperet sumptus & expensas factas in re aliena?
- 3 An fideicommissarius qui facit sumptum in re subiecta restitutioni, possit tales sumptus recuperare?
- 4 An ista l. sit iusta & iuridica.
- 5 An possit quis in sua propria re facere adificium & in num. 14.
- 6 An & quando possit quis in sua re adificare ad libitum voluntatis.
- 7 Intellectus ad text. in l. fin. §. fin. versic. sancimus C. de feruit. & aquar.
- 8 Si ille qui adificat, adificet principaliter ad damnum vicini, an possit destrui tale opus?